

Flora Posoniensis exhibens plantas circa Posonium sponte crescentes secundum systema sexuale Linneanum

Crusius

Lipsia; Leipzig 1791

Signatur: 49.V.26

Barcode: +Z156997506

Zitierlink: <http://data.onb.ac.at/ABO/%2BZ156997506>

Umfang: Bild 1 - 594


Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen: Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor. Nennen Sie die Österreichische Nationalbibliothek in Provenienzangaben. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z.B. Urheberrechten, verantwortlich.

Hinweis: Das Dokument enthält hinterlegte Textdaten, die eine Suche in der Datei ermöglichen. Diese Textdaten wurden mit einem automatisierten OCR-Verfahren ermittelt und weisen Fehler auf.




MENTEM ALIT ET EXCOLIT




K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK


49. V. 26






49. V. 26.







STEPHANI LVMNITZER
MED. DOCT.
F L O R A
P O S O N I E N S I S
E X H I B E N S
P L A N T A S
C I R C A
P O S O N I V M S P O N T E C R E S C E N T E S
S E C V N D V M
S Y S T E M A S E X V A L E L I N N E A N V M
D I G E S T A S .



L I P S I A E
I M P E N S I S S I E G F R I E D L E B R E C H T C R V S I I
C I D I D C C X C I .



P R A E F A T I O.

Botanicæ non fecus, ac reliquarum *Historiæ Naturalis* partium, nostris temporibus tanto in honore est studium, vt a plerisque Europæ populis diligentissime, et non sine magno generis humani commodo colatur. In sola *Hungaria*, in hoc tam amplo, tamque variis naturæ muneribus abundante *Regno*, nobilissima hæc plantarum scientia segnius culta fuit; quamquam insignis eius sit cum in *re medica* tum in *oeconomia* vtilitas.

Non deerant quidem *Regno* huic in altero sæculi huius dimidio sagaces opum naturæ scrutatores, qui nobis præclara quaedam *Historiæ* eius *naturalis* fragmenta in operibus suis reliquerunt; cui enim sunt celeberrima illa nomina BORNII, FERBERI, JACVINII et SCOPOLII ignota? neque porro deessent in *Patria* nostra homines, qui tantorum virorum insistentes vestigiis longius progre-

derentur: at desiderantur plerumque incitamenta in hoc genere et adiumenta.

Me et animus et vitae degendae genus impulit, vt horis subseciuis, quibus a praxi medica vacabat, inquirerem in plantas circa POSONIUM sponte crescentes, easque colligerem atque describerem: vnde haec ipsa, quam cernis, L. B. orta est *Flora Posoniensis*. Quam ego typis exscribendam curare hoc minus dubitavi, quo minus mihi constat, systematicam vllam enumerationem plantarum, vel singulorum *Comitatum* huius regni, vel vnus alteriusue vrbis eiusque territorii lucem adspexisse. Prodiit quidem TYRNAVIAE ANNO 1774. Inauguralis quaedam Dissertatio, cui titulus erat: SIGISM. HORVATOVSKY *Flora Tyrnaviensis*: sed cum hoc opusculo nonnisi plantae duodecim priorum classium secundum *Systema* LINNAEI contineantur; neque ab eo tempore continuatum esset, cumque praeterea nulla ibi synonyma adducantur, et quam minime locus natalis indicetur: videtur mihi *Dissertatio* illa nihil nisi inchoatam configurationem plantarum in *botanico* illius temporis *Vniuersitatis Regiae* horto obuiarum exhibere.

Quod ad territorium vrbis *Posoniensis* adinet, nullum mihi in hoc labore praeiuisse noui, praeter-

ter-

terquam CAROLVM CLVSIVM, qui saeculo XVI. has partes peragrauit. Non mediocri sane mihi voluptati fuit, post interuallum ducentorum annorum iisdem in locis non paucas plantas inuenisse, quarum oculatissimus ille botanicus in sua *Stirpium per Pannoniam etc. obseruatarum historia*, Antwerpiae 1583. edita, meminit.

Caeterum non ausim affirmare, omnes me plantas regionis Pofonienfis in hoc opere exposuisse. Praxis enim medica non passa est me longius ab vrbe digredi, et vltra tres quatuorue horas abesse. Restant sane adhuc colles montesque ad vicum *Kaltenbrunn*, et maiores syluae inter pagos *Blumenau* et *Ratschdorf* lustrandae et inuestigandae: qui tractus, si non *herbarum*, certe *muscorum* et *lichenum* non contemnendum sperare iubent spicilegium.

Iam de opere ipso, et quae in eo praestita sint, breuiter exponendum est.

Scripsi sermone latino, quod haec lingua BOTANICAE non modo aptissima, sed etiam in patria mea quasi vernacula sit.

Systema, quod elegi, est LINNAEANVM, iam ferme omnibus summis Botanicis probatum: quamquam non desint aliqui, quibus illius methodus vehementer displiceat, et cum BOERHAVIANA commutandam esse arbitrentur. At, quod opus unquam naevis omnibus caruit? quod Systema omnibus numeris perfectum absolutumque fuit?

Genera et nomina plantarum ita exposui, prout illa Cel. MURRAY in LINNAEI Syst. Vegetab. Editione XIV. enarrauit: exceptis generibus quibusdam, ut sunt: CHAITVRVS, POLLICHIA, TARAXACVM, quae ad modum Cel. WILLDENOW disposui.

In classe *Cryptogamiarum*, praecipue quoad *Mucos*, secutus sum ordinem celeberrimi IOAN. HEDWIGII, qui detectis in his tam paruis florescentiae et fructificationis partibus novum lumen scientiae botanicae affudit.

Filices secundum LINNAEI Systema; *Lichenes* vero et *Fungos* exemplo recentiorum botanicorum disposui; obseruatis in genere *Agarici* ordinibus ex colore lamellarum sumtis, praeeunte Cel. HALLERO.

Synonyma pauca adieci, et nonnisi illa, quae instructiua sunt. *Locum natalem* et *vna tempus flo-*

florendi fideliter indicaui. In folis muscis tempus denotat, capsulas maturitati proximas esse. Adnexui his simul nomina plantarum *Hungarica*, *Germanica* et *Slavica*, quantum quidem hic loci usitata sunt, mihiq; innotuerunt.

Iconibus et delineationibus Floram hanc ornandi non defuisset quidem occasio: at cum partim perito delineatore carerem, partim vero Cel. JACQVIN in elegantissima sua *Flora Austriaca* aliisque operibus iam plurimas ex plantis nostris rarioribus depingi, imaginesque earum aeri incidi curasset; actum agere librique pretium augere nolui, solumque *Smyrniium perfoliatum*, cuius praeter rudem in MATTHIOLI ad DIOSCORID. *Comment.* iconem nullam aliam nosco, delineari curavi.

Haec sunt, quae de hac *Flora* praemonenda putavi. Si quid a me hic peccatum inuenient, condonabunt id mihi, credo, aequi rerum arbitri, inprimis, si cognouerint, studium hoc parum hic cultum esse vnquam; me horto botanico et bibliotheca in hoc genere instructa carere, omnique oportunitate conferendi plantas cum similibus caruisse, atque adeo errare facile potuisse.

Denique hic palam Cel. Domino IOANNI HEDWIGIO, Botanices apud Lipsienses Professori P. O. singulares ago gratias, quod non solum Muscos frondosos in hoc opere ipse accurate definiuerit; sed etiam benigne curauerit, vt opus ipsum typis exprimeretur. *Dat. Pofonii diebus Martii 1791.*

F L O R A E
P O S O N I E N S I S.

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

I. SALICORNIA.

Cal. ventricosus integer. Cor. nulla. Sem. 1.

1. *Salicornia herbacea*, patula; articulis apice compressis, emarginato-bifidis. LINN. Syst. Veg. Ed. 14. p. 52. SCOP. Carn. Ed. 2. n. 1.
Habitat *am Neufiedler See* copiosissime. Iulio.
Planta succulenta, ramosa. Rami constant ex articulis compressis, apice crassioribus.

2. HIPPURIS.

Cal. minimus, superus. Cor. nulla. Stigma simplex. Sem. 1.

2. *Hippuris vulgaris*, foliis octonis, subulatis. LINN. Syst. Veg. p. 53. *Limnopeuce vulgaris*. SCOP. Carn. 2. n. 2. HALL. Hist. n. 1572.
In omnibus fossis et lacubus Insularum Danubii. Msio.
Wasserännel.
Folia linearis, acuta, in vno verticillo 10—12, supra aquam erecta aut patula, sub aqua reflexa. Anthera in alis foliorum receptaculo minimo insidet. Stylus basi rubicundus. Semen subrotundum.

DIGYNIA.

3. CALLITRICHE.

Cal. 0. Petala 2. incurva. Caps. 2 — locularis,
4 — sperma.

3. Callitriche *verna* fol. superioribus ovalibus; flor. androgynis. LINN. Syst. Veg. p. 53.

Callitriche foliis apice integris. WILLDENOW. Fl. Berol. p. 2.

In stagnis passim. Aprili, Maio.

Wasserstern. Motlári-Centse fñ.

Folia caulina opposita, linearia, acuminata; summa ovalia, congesta, aquae supernatantia, quorum alis flosculi insident albi masculi et feminei. Anthera globosa, flavescens.

4. Callitriche *autumnalis* fol. omnibus linearibus, apice bifidis; flor. hermaphroditis. LINN. Syst. Veg. p. 53.

Callitriche foliis apice bifidis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 2.

In fossis vbique et cum priore. August. Septemb.

Folia omnia linearia, apice brevissime bifida.

 Classis II.

DIANDRIA.

 MONOGYNIA.

4. LIGSTRVM.

Cal. 4— dentatus. Cor. 4— fida infundibuliformis. Bacca 4— sperma.

5. *Ligustrum vulgare* fol. lanceolatis, acutis; paniculae pedicellis oppositis. MURRAY in LINN. Syst. Veg. p. 56.

Copiose in omnibus dumetis montanis et insularis. Maio. Iunio.

Harrriegel; *Gimpelbeer*. Fagyal-fa, Madár hur. Ptačj zoba.

Bacca nigra hyeme persistens, repletur spongiosa, ficea et violacea pulpa; quae continet locula seminum duo, disperma, septo cartilagineo diuisa.

5. SYRINGA.

Cal. 4— dentatus. Cor. 4— fida. Caps. 2— locularis 2— sperma.

6. *Syringa vulgaris* fol. ovato-cordatis, integris. LINN. Syst. Veg. p. 57.

Lilac. CLVSH Hist. p. 58.

Exoticae originis frequens ad sepes hortorum et in dumetis *unter dem Calvariberg*, passimque inter vineas. Maio.

Spanischer Holler. Borostyán, Boroszlán-fa. *Sspanielsky bez*, *Strenka*.

Arbor et frutex caeruleo et albo flore occurrit.

6. CIRCAEA.

Cal. 2—phyllus, superus. *Cor.* 2—petala. *Caps.*
2—locularis: loculis 1—spermis.

7. *Circaea luteana* caule erecto; racemis pluribus;
fol. ovatis. LINN. Syst. Veg. p. 58.

Circaea foliis subcordatis, subferratis. HALL. Hist. n.
813.

In umbrosis humidis am: *Gemsenberg, bei den Land-
mühlen und in der alten Au.* Iunio.

Caulis pedalis erectus; teres, geniculis tumidis. Folia
opposita, ovata, petiolata, acuminata, denticulata,
glabra. Racemi florales 1—3. Pedunculi florige-
ri patuli, fructiferi deflexi. Petala profunde 2—fi-
da alba aut carnea. Filamenta apice incrassata. An-
therae flavescentes. Stigma rubellum. Fructus
ovatus, pilis vncinatis hirtus.

7. VERONICA.

Cal. profunde 4—fidus, persistens. *Cor.* limbo
4—partito, lacinia infima angustiore. *Caps.*
2—locularis.

*) *Spicatae.*

8. *Veronica spuria* spicis terminalibus; fol. ternis ae-
qualiter ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 58.

In dumetis circa *Modram.* Iul. Aug.

Caulis pedalis et cubitalis, erectus, teres, glaber. Fo-
lia plerumque ternæ, rarius binæ, opposita, breviter
petiolata, lanceolata, acuminata, acute serrata, gla-
bra. Spicae laxae speciosae ad apicem caulis ex alis
foliorum prodeunt. Corollae caeruleae. Antherae al-
bae.

9. *Veronica spicata* spica terminali; fol. oppositis, cre-
natis, obtusis; caule ascendente simplicissimo.
LINN. Syst. Veg. p. 58.

Veronica foliis ellipticis, serratis, coniugatis; flor.
spicatis. HALL. Hist. n. 542.

In

In collibus inter frutices locis lapidosis. Maio in Augustum vsque.

Caulis a semipede ad 2 pedes altus, villosulus, terminatur spica caerulea, densa. Folia opposita, crenata; inferiora obtusa, superiora acuta, vtrinque pubescentia.

10. *Veronica officinalis* spicis lateralibus pedunculatis; fol. oppositis; caule procumbente. LINN. Syst. Veg. p. 58.

Veronica racemis lateralibus, subspicatis, solitariis; fol. oppositis, villosis, ficcis; caule repente. SCOP. Carn. 2. n. 21.

Vbique in syluis. Iunio.

Ehrenpreis. Ditsöléges - fü, Erdei Sálya. Pritr'znik. Veronyka.

Officin. Herba *Veronicae*.

Caulis procumbens e geniculis radicans. Folia ouata, obtusa, serrata, vtrinque pubescentia. Spicae florales laxae ex summis foliorum alis. Flores pallide caerulei.

***) *Corymbofo-racemosae*.

11. *Veronica serpyllifolia* racemo terminali subspicato; fol. ouatis, glabris, crenatis. LINN. Syst. Veg. pag. 59. SCOP. Carn. 2. n. 10.

In pratis, herbis vmbrosis, et iuxta vias. Maio et tota aestate.

Caulis basi procumbens, palmaris et pedalis. Folia ouata, obtusa; inferiora opposita, sub racemo alterna. Corollae albae purpurascensibus lineis pictae. Faux flaua. Antherae caeruleae.

12. *Veronica Beccabunga* racemis lateralibus; fol. ouatis, planis; caule repente. LINN. Syst. Veg. p. 59.

Veronica fol. ouatis, serratis, glabris ex alis racemosa. HALL. Hist. n. 534.

In fossis et circa riuulos. Iunio.

Bachungen. Derétze, Vizi Saláta. Bobownik.

Officin. Herba *Beccabungae* recens.

- Caulis succulentus basi procumbens et geniculis radicans. Folia opposita, carnosa, crenata. Racemi ex alis foliorum plerumque bini, laxi, vno breviorē. Corolla pallide caerulea venis saturatoribus picta. Faux alba.
13. *Veronica Anagallis* racemis lateralibus; fol. lanceolatis, ferratis; caule erecto. LINN. Syft. Veg. p. 59.
Veronica fol. lanceolatis ferratis, glabris, ex alis racemose. HALL. Hist. n. 533.
 Cum priorē. Iunio.
Wasser Gauchheil. Vizi Kakuk terièk. Kurimor.
 Officin. Herba *Anagallid. aquaticae* recens.
- Caulis erectus pede altior, angulatus, glaber. Folia opposita, lanceolata, minutim serrulata, nitentia. Racemi multi ex alis foliorum. Flores pallide caerulei venis purpurascensibus picti, fauce albida.
14. *Veronica scutellata* racemis lateralibus; pedicellis pendulis; fol. lineari-lanceolatis, praecutis, argute dentatis. JACQVIN. *Horvatovskj Fl. Tyrnav.* p. 9.
 In vdis pratis in der Mührlau et circa fossas am Ratzdorfer Weg bei dem rothen Kreuz. Iunio.
 Succulenta; caulibus procumbentibus, geniculis radicansibus. Folia lineari-lanceolata, acuta, dentata, glabra. Racemi axillares, alterni, folio longiores, laxi, diuaticati. Pedicelli penduli. Corollae parvae purpureae, fauce albida. Capsulae compressae, emarginatae.
 Ultima nota definitionis *Ver. scutellatae* LINN. deficit in nostra, quae proxime accedit ad *Veron.* 532. HALL. Hist. cui folia rariter serrata.
15. *Veronica Teucrium* racemis lateralibus longissimis; fol. ovatis, rugosis, dentatis, obtusiusculis; caulibus procumbentibus. LINN. Syft. Veg. p. 59.
 In collibus herbidis, pratis et pascuis vbique. Aestate.
 Praecipuae varietates sunt:

1. *Caule erecto, firmiore; fol. ovatis, inciso-serratis.*
Chamaedryos falsa species. I. BAVH. Hist. III. p. 286.
2. *Caule basi decumbente; fol. obcordatis, serratis.*
Teucrium pannonicum minus II. CLYS. Pann. p. 614.
 615.
3. *Caulibus prostratis; fol. serratis, imis ellipticis, superioribus lineari-lanceolatis.*
Veron. prostrata racemis lateralibus; fol. oblongo-ovatis, serratis; caulibus prostratis. LINN. Syst. Veg. p. 59.?
 Omnibus caules hirsuti basi procumbentes. Racemi ex alis foliorum 2—6 oppositi, spicati, densissimi. Calyces inaequaliter 5 — fidi, laciniis duabus maioribus. Corollae carnea aut caeruleae.
16. *Veronica Chamaedrys* racemis lateralibus; fol. ovatis, sessilibus, rugosis, dentatis; caule bifariam piloso. LINN. Syst. Veg. p. 60.
Veronica fol. cordatis, subrotundis, hirsutis, nervosis; ex alis racemosa. HALL. Hist. n. 536.
 In pratis, dumetis et ad sepes abunde. Maio.
Caulis basi procumbens, debilis. Folia opposita, subcordata, inciso-dentata, hirsuta. E basi foliorum utrinque per caulem lateraliter decurrit linea pilosa, alba, usque ad insertionem folii inferioris. Spica laxa ex alis foliorum. Calyc. folia inaequalia, lanceolata, margine ciliata. Coroll. pallide caeruleae venis saturatoribus pictae. Filam. violacea. Antherae primo caeruleae dein albae.
17. *Veronica latifolia*, racemis lateralibus; fol. cordatis, rugosis, dentatis; caule stricto. LINN. Syst. Veg. pag. 60.
Veronica Pseudochamaedrys. JACQ. Austr. tab. 60. huc pertinet.
 Inter frutices *unter dem Calvariberg* et ad margines sylvarum. Maio.
Caulis erectus, firmus, hirsutus, 2—3 pedalis. Folia opposita: ima subrotunda, superiora cordato-lanceolata, sessilia profunde dentata. Racemi 2—4 ex

summis foliorum alis. Calycina segmenta lineari-lanceolata, glabra. Corollae saturate caeruleae. Filamenta violacea. Antherae caeruleae polline albo. Stylus caeruleus. Stigma flavescens.

***) *Pedunculis unisporis.*

18. *Veronica agrestis* flor. solitariis; fol. cordatis, incis, pedunculo brevioribus. LINN. Syst. Veg. p. 60.

Veronica caule procumbente, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. HALL. Hist. n. 549.

In agris et hortis. Martio, Aprili.

Caules procumbentes, villosuli. Folia ovato-cordata, crenata, raris et brevissimis pilis hirta. Pedunculi alares, solitarii. Calycina segmenta aequalia, ovata. Corollae pallide caeruleae, calyce maiores.

19. *Veronica arvensis* flor. solitariis; fol. cordatis, incis, pedunculo longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 60.

Veronica caule erecto, fol. ovatis, subhirsutis, dentatis, petiolis brevissimis. HALL. Hist. n. 548.

In hortis et pomariis. Aprili et tota aestate.

Caules basi decumbentes, dein erecti, pubescentes. Folia inferiora subrotunda breviter petiolata, superiora sessilia, ovata, crenata, vtrinque pilosa. Pedunculi vix lineam longi. Calycis villosi segmenta lanceolata, inaequalia. Corollae pallide caeruleae, Antherae flavae.

20. *Veronica hederacifolia* flor. solitariis, fol. cordatis, planis quinquelobis. LINN. Syst. Veg. p. 60. SCOP. Carn. 2. n. 24.

Veronica caule procumbente; fol. lobatis, pedunculis unisporis. HALL. Hist. n. 550.

Isdem locis. Martio, Aprili.

Caules procumbentes cum foliis subtus saepe rubelli, albisque pilis hirti. Folia cordata 3 — 5 loba, lobo medio maximo. Pedunculi folio longiores. Calyces hirsuti segmentis cordato-oblongis. Corollae caeruleae. Capsulae locula disperma. Semina flavescentis, vno latere umbilicata.

21. *Veronica triphyllus* flor. solitariis; fol. digitato-partitis; pedunculis calyce longioribus. LINN. Syft. Veg. p. 60.

Veronica fol. ovatis tripartitis et quinquepartitis, floribus longe petiolatis. HALL. Hist. n. 551.

In agris. Aprili.

Cauliculi palmares, ramosi, erecti. Folia inferiora quinque-, superiora tripartita, subtus plerumque rubella. Pedunculi cum calycibus villosuli. Corollae caeruleae venis saturatoribus pictae.

22. *Veronica verna* flor. solitariis; fol. digitato-partitis; pedunculis calyce brevioribus. LINN. Syft. Veg. p. 60.

Veronica fol. ovatis tripartitis et quinquepartitis; foliis brevissime petiolatis. HALL. Hist. n. 552.

Cum prioribus et inter segetes. Aprili.

Caulis erectus, strictus, villosus, basi rubellus, biuncialis et palmaris. Folia radicalia ovata, obtusa, integra; caetera sensim in lacinias diuiduntur, omnia rugosa et subhirsuta. Pedunculi alares brevissimi. Calyx corolla caerulea maior, hirsutus.

23. *Veronica acinifolia* flor. solitariis pedunculatis; fol. ovatis, glabris, crenatis; caule erecto, subpiloso. LINN. Syft. Veg. p. 60. HALL. Hist. n. 547.

In agris. Maio.

Caulis vncialis et palmaris, erectus, pubescens, statim ad radicem plerumque ramosus. Folia caulina opposita, subhirsuta, inferiora breviter petiolata; floralia alterna. Pedunculi alares longitudine folii. Corollae caeruleae.

8. GRATIOLA.

Cor. irregularis, resupinata. *Stam.* 2. sterilia. *Capf.* 2—locularis. *Cal.* 7—phyllus: 2—exterioribus patulis.

24. *Gratiola officinalis* fol. lanceolatis, serratis; flor. pedunculatis. LINN. Syft. Veg. p. 64. HALL. Hist. n. 329. SCOP. Carn. 2. n. 27.

In vdis pratis unter dem Pazenhäusl. Maio.

Nießkraut, Wild Aurin, Gottesgnade. Isten Kegyelme, Csikorgó-fü, Konjtrud.

Officin. Herba, Radix *Gratiolae*.

Caulis pedalis, erectus, teres. Folia sessilia, glabra. Pedunculi ex alis foliorum uniflori. Labium corollae albæ prope faucem flavo tomento barbatur.

9. VTRICULARIA.

Cor. ringens, calcarata. Cal. 2—phyllus, aequalis.

Stam. introrsum curua. Capf. 1—ocularis.

25. *Vtricularia vulgaris* nectario conico; scapo pauciflora. LINN. Syft. Veg. p. 65. HALL. Hist. n. 290. Millefolium aquaticum lenticulatum. C. BAVH. Pin. p. 141.

In stagnis, in der Pötzen. Iulio. Augusto.

Scapus 6—8—florus ad spithamæ longitudinem extra aquam eminet, ad cuius basim folia prodeunt multifida, capillaris, aquæ submersa, quibus vesiculae adhaerent subrotundae, compressae, aqua plenae. Cal. lividus. Corollae saturate flavae, prope faucem venis nigricantibus pictae.

10. VERBENA.

Cor. infundibuliformis, subaequalis, curua. Cal.

unico dente truncato. Stam. in nostra 4.

Sem. 4. nuda.

26. *Verbena officinalis* tetrandra; spicis filiformibus paniculatis; fol. multifido-laciniatis; caule solitario. LINN. Syft. Veg. p. 67.

Verbena fol. rugosis, tripartitis; spicis nudis, gracillimis. HALL. Hist. n. 219.

Ad vias, fossas et in ruderatis passim. Iulio.

Eisenkraut. Szapora-fü, kakas tsimmer. Zeleznik.

Caulis pedalis et altior, erectus, ramosus. Folia opposita, basi pinnatifida, dein inciso-dentata. Flores in

spi-

spicis laxis, tenuibus, caulem ramosque terminantibus caerulei, parui. Calyx villosus.

II. LYCOPUS.

Cor. subringens, 4—fida: lacinia vnica emarginata.
Stam. distantia. Sem. 4. retusa.

27. *Lycopus europaeus* fol. finuato-ferratis. LINN.
Syst. Veg. p. 67.

Lycopus fol. acute ferratis, appendiculatis. HALL.
Hist. n. 220.

Vbique ad riuulos et fossas. Maio. Iunio.

Wasserandorn. Vizi Pesztercze.

Caulis pedalis et cubitalis, sulcatus, tetragonus. Folia opposita, ouato-lanceolata, profunde ferrata aut laciniosa, breuissime petiolata. Verticilli florum inter alas foliorum densi. Bracteolae lanceolatae. Corollae paruae, albae, rubro punctatae, fauce pilosa. Stamina in tubo corollae abscondita.

12. SALVIA.

Cor. ringens, inaequalis. *Filam. transuerse pedicello affixa.*

28. *Salvia syluestris* fol. cordato-lanceolatis, undulatis, biferratis, maculatis, acutis; bracteis coloratis flore breuioribus. LINN. Syst. Veg. pag. 69. JACQ. Austr. tab. 212.

In syluestribus herbidis, pratisque montanis et insularis. Maio.

Scharlachkraut. Mezei Sáallya, Skarlát Sáallya. Hornj Sfalweg.

Officin. Herba *Hornini.*

Caulis pedalis et cubitalis, tetragonus, striatus, pilis reflexis hirtus. Folia opposita vtrinque glabra, acute ferrata petiolis pilosis. Bracteae ouatae, acutae, ambiunt flores breuiter pedicellatos plerumque 3. Calyx hirsutus. Corollae purpureae aut rubrae. Labium a calyce remotum,

29. *Salvia nemorosa* fol. cordato-lanceolatis, ferratis, planis; bracteis coloratis; corollae labio infimo reflexo. LINN. Syft. Veg. p. 69.

In nemoribus in der alten Au et bei Ivánka. Maio rarior.

Caulis pedalis altior, tetragonus, albo villo incanus. Folia glaucescentia, inferiora petiolata, summa sessilia, omnia inaequaliter ferrata. Spicae densiores et flores minores ac in praecedenti. Corollae labium superius ad lentem glandulis diaphanis corollae coloribus adspersum. Labium inferius sub calycem reflexum.

30. *Salvia austriaca* fol. cordato-ouatis, crenatis, ad oras incisive vel lobatis, supra nudis; caule, calycibus bracteisque hirsutissimis. JACQ. in LINN. Syft. Veg. p. 69. Austr. tab. 112.

Hormini sylvestris IV. species altera. CLVS. Hist. pag. XXX.

In pratis am Hauslusten bei dem Brucker Wald; unter den Ziegelöfen; in der Bruck- und Mühlau; et in montanis, ober dem Mazengrund. Maio. Iunio.

Radix perennis calamum et vltro crassa, foris nigra, intus albida. Caulis sesquipedalis, simplex et brachiatus, tetragonus, hirsutus, basi ruber. Folia ad terram rofacee expansa, rugosa, cordata, obtusa, inciso-ferrata, superne viridia, inferne albida, nervis et petiolis hirsutis. In medio caule par foliorum sessilium, oppositorum, quae cordato-lanceolata et eroso-ferrata sunt. Flores in spica pedali, densa digesti. Bractee cordatae, acuminatae, virides. Verticilli 6—flori. Pedicelli lineam longi sustinent calycem hirsutissimum, superne prope basium lineis coloratis pictum. Corollae albae, galea compressa superne violaceis capitatisque villis hirta. Labium trifidum, laciniis lateralibus linearibus, integris; media subrotunda, emarginata, marginibus subrepandis. Filamenta corolla alterum longiora, basi saepe violacea. Antherae primo virentes, dein caeruleae, polline flavo. Stylus albus. Stigma violaceum, Semina ouata, nigricantia, glabra.

31. *Salvia pratensis* fol. cordato-oblongis, crenatis: summis amplexicaulibus; verticillis subnudis; corollis galea subglutinosis. LINN. Syft. Veg. p. 69.

Salvia fol. imis cordatis, superioribus longe lanceolatis; verticillis nudis in spicam continuatis. HALL. Hist. n. 253.

Horminum sylvestre V. *salviae* folio. CLVS. Pann. pag. 581.

In pratis et collibus apricis vbique. Maio, Iunio.

Wilder Salbey. Vad fehér Sáallya. Pláná Sfalweg.

Caules pedales cum foliis canescentes, tetragoni. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina opposita, breuiter petiolata. Bracteae coloratae, ouatae, acuminatae. Verticilli 6—flori. Calyces hirsuti horizontaliter patentes. Corollae caeruleae, galea superne ad lentem villosula. Faux lamellis bidentatis clausa.

32. *Salvia verticillata* fol. cordatis, crenato-dentatis; verticillis subnudis; stylo corollae labio inferiori incumbente. LINN. Syft. Veg. p. 70.

Salvia fol. cordatis, ferratis; verticillis densissimis in spicam continuatis. HALL. Hist. n. 251.

Horminum sylvestre latifolium alterum. CLVS. Pann. p. 577. 578.

Ad muros *im Graf Pálfi Garten*; Iunio.

Tota pilis candidis hirta. Caulis pedalis, tetragonus, plerumque purpurascens. Folia opposita, cordata, obtusa, rugosa, inferne canescentia. Verticilli in spica laxa caulem ramosque terminante, componuntur floribus copiosis, pedicellatis, pendulis. Calyx hirsutus, purpurascens. Corollae caeruleae, faux patula.

33. *Salvia gluzinosa* fol. cordato-sagittatis, ferratis, acutis. LINN. Syft. Veg. p. 70. HALL. Hist. n. 252.

Colus Iouis. CLVS. Pann. p. 577.

In syluis *Modrensisibus*. Iunio.

Caulis pedalis, tetragonus, villosulus. Folia opposita petiolis hirsutis basi latioribus et rubicundis caulem amplectuntur, inferne glabra, superiore pagina raris et albis pilis adspersa. Verticilli 2—4—6—flori.

Ca-

- Calyx striatus, hirsutus. Corolla magna flava; galea hirsuta fauce patula. Pollen antherarum albus. Tota vilcosa est.
34. *Salvia Aethyopsis* fol. oblongis, erosis, lanatis; verticillis lanatis; corollae labio crenato; bract. recurvatis, subspinosis. LINN. Syst. Veg. pag. 71. JACQV. Austr. tab. 211.

In pratis montanis *ober dem Mazengrund, und bei der Kasbergerischen Mühle*. Iunio.

Tota planta graueolens albo densoque tomento incana. Caulis 1—2— pedalis, erectus, tetragonus, striatus, ramosus, ramis oppositis axillaribus. Folia radicalia petiolata, caulina sessilia, opposita; omnia venosa et rugosa. Verticilli 4—6— flori, in spicam congesti, bracteolis oppositis, petuim formantibus, viridibus, basi membranaceis albis cincti. Cal. breviter pedunculatus, valde tomentosus, bilabiatus, dentibus mucronatis. Corollae albae galea conduplicata superne villis purpurascensibus hirta. Labium trifidum, segmentis lateralibus lineari-lanceolatis, medio ovato, crenulato, emarginato. Stamina longitudine corollae aut paulo breviora. Antherae flavae, effuso polline fuscae. Semina nigra.

DIGYNIA.

13. ANTHOXANTHVM.

Cal. Gluma 2— valvis 1— flora. *Cor.* Gluma 2— valvis acuminata. *Sem.* 1.

35. *Anthoxanthum aculearum* spicis subglobosis; involucri foliaceo, breui, mucronato. LINN. Syst. Veg. pag. 73.

Schoenus aculearus culmo tereti, ramoso; capit. terminalibus; involucri triphylo, breuissimo, rigido, patente. LINN. Syst. Ed. 13. p. 81.

Phleum Schoenoides. JACQV. Austr. Append. t. 7.
Ex Insula *Schürt* mihi ficcum adlatum. Augusto.

Plan-

Plantula rigidula, inermis, glauca. Culmi procumbentes diuerſae longitudinis ab uncia ad 6 vel 8 ſemiteretes, geniculati, nodofi, glabri et ſubſtriati, ramis ex axillis foliorum ortis aucti. Folia ex lanceolata baſi in acumen ſenſim deſinentia, ſtriata, ad dorſum orisque ad lentem piloſa oriuntur e vagina ſtriata caulem amplexante, ad originem folii interne barbata. Flores in capitulum caulem et ramos terminans collecti, involucri bifolio cincti: huius foliola ſunt oppoſita, baſi concaua, in acumen foliis caulinis non abſimile attenuata. Glumae 1—florae, compreſſae, oris ad lentem villoſulis. Petala carinata, albida, dorſo linea viridi notato. Filamenta 2. Antherae flavae baſi 2— ſidae. Styli 2. capillares. JACQUIN.

36. *Anthoxanthum odoratum* ſpica oblonga, ouata; floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. LINN. *Syſt. Veg.* p. 73. SCHREB. *Befchreibung der Gräſer.* p. 49. tab. 5.

In pratis montanis vbique. Aprili in aeſtatem uſque.

Ruchgras. Borjú pászit.

Altitudo culmorum pedem raro excedit. Folia glabra aut ad baſim piloſa. Spica floralis flauoſcens. Glumae calycinae glabrae. Petala villoſula; in exteriori ariſta dorſalis, recta; in interiori prope baſim prodiſt ariſta baſi refracta, petalo proprio longior. Antherae flavae aut rubrae. Semen ouale, acuminatum, fulcum.

 Classis III.

TRIANDRIA.

 MONOGYNIA.

14. VALERIANA.

Cal. o. Cor. 1—petala, 5—fida, basi hinc gibba, supera. *Sem. 1*.

37. *Valeriana dioica* flor. triandris, dioicis; fol. pinnatis integerrimis. LINN. Syft. Veg. p. 80.

Valeriana fol. radicalibus petiolatis, ovatis; caulinis pinnatis; sexibus distinctis. HALL. Hist. n. 208.

In pratis vdis, *unzer dem Pazenhäusl*. Maio.

Caulis palmaris et pedalis, 4—gonus, striatus, glaber. Folia radicalia ovata, longe petiolata; caulina opposita, pinnata, pinnis rariter et minute dentatis. Flores terminales, in capitulum collecti, dioici, intermixtis quoque hermaphroditis; fertilis corolla rubicunda, sterilis alba. Antherae rubentes. Styli longitudine corollae. Stigma globosum.

38. *Valeriana officinalis* flor. triandris; fol. omnibus pinnatis. LINN. Syft. Veg. p. 80. HILL. de Valeriana, cum iconibus.

Inter frutices in umbrosis montanis et insularis. Iunio.

Baldrian, *Karzemwurz*, *Augenwurz*. Baldjan, Matska gyökér. Kozljkowy'koren, Odolen.

Officin. Radix *Valerianae*.

Var.

Var. 1. *foliorum pinnis angustis.*

Valeriana sylvestris. HILL. l. c.

Var. 2. *foliorum pinnis latioribus, splendentibus.*

Valeriana aquatica. HILL. l. c.

39. *Valeriana Locusta (olitoria)* flor. triandris; caule dichotomo; fol. linearibus; fructu simplici. LINN. Syft. Veg. p. 80.

Valerianella olitoria, fol. oblongis, rariter incis; corona feminis simplici acuminata. HALL. Hist. n. 214. POLLICH. Flor. Palat. n. 32.

In agris, aruis et vineis. Maio.

Feldsallat, Weingartensallat. Téli Tzikoria, Galambegy, Vad Saláta. Winicny Sfalat.

Caulis erectus, palmaris et pedalis, ramosus, pubescens. Folia radicalia lanceolata, obtusa; caulina linearia integra. Corollulae ex albo caerulecentes.

15. POLYCNEMVM.

Cal. 3—phyllus, persistens. *Perala* 5—calyciformia. *Sem.* 1. subnudum.

40. *Polycnemum aruense.* LINN. Syft. Veg. pag. 83. JACQV. Austr. tab. 365.

Polycnemum aruense caule diffuso; fol. triangularibus. WILLDEN. Flor. Berol. n. 70.

In aruis et agris, *hinter dem Calvariberg.* Iulio.

Habitus *Salsolae*. Folia rigida, subulata, mucrone terminata. Flosculi ex alis foliorum minutissimi, sessiles, utroque latere suffulti bracteola subulata, alba. Antherae rubrae.

16. GLADIOLVS.

Cor. 6—partita, ringens, petalis 3. superioribus conuergentibus. *Stamina* ascendentia.

41. *Gladiolus communis* fol. ensiformibus; floribus distantibus. LINN. Syft. Veg. p. 86. HALL. Hist. n. 1261. SCOP. Carn. 2. n. 48.

Gladiolus floribus vno versu dispositis, maior. c. BAVH.
Pin. p. 41.

Xyphion minus. CLVS. Pann. p. 226.

In pratis ad *Morauam* fluium et circa *Stampfen*. Iunio.

Kleine Schwertel. Madár Liliom, Mezei Dárdatska.

Scapus pedalis, altior, squamis lanceolatis, vaginantibus vestitus. Folia ensiformia, striata, glabra. Flores secundi purpurei, in vno scapo 5—8. e spatha bialui; valua interiore minore et angustiore.

17. IRIS.

Cor. 6—petala, inaequalis: petalis alternis geniculato-patentibus. *Stigmata* petaliformia, cucullato-bilabiata.

*) *Barbatae*. (quarum petala patentia pilis instruuntur. MVRR.)

42. *Iris pumila* barbata; fol. ensiformibus, glabris; scapo vnifloro; petal. oblongis, obtusis. THVNB. in LINN. Syst. Veg. pag. 88. var. η . JACQV. Austr. tab. I.

Chamaeiris flore luteo et pallide luteo. c. BAVH. Pin. p. 34.

In muris *Bazingam* cingentibus, *beim untern Thürl*. Augusto.

Leánka Liliom.

Plantula vix spithamalis, glabra, foliis ensiformibus, striatis, basi vaginantibus vestita. Corollae pallide flavae.

43. *Iris variegata* barbata, fol. ensiformibus, glabris, aequantibus; scapo multifloro, THVNB. in LINN. Syst. Veg. p. 89. JACQV. Austr. tab. 5.

Iris varia, caulifera. CLVS. Pann. p. 245. 246.

Supra arcem *D. Georgii* et ad *Stampfen* legit CLVSIVS. Copiose nascitur in aprico et arido monte supra *Thomasbrunn*. Maio. Iunio.

Caulis

Caulis dodrantalis, raro pedalis, compressus, flexuosus, foliosus, 3—4florus. Folia ensiformia, infima longitudine caulis, basi plerumque purpurascens, longitudinaliter fulcata. Flores lutei erumpunt e spatha viridi. Petala reflexa subtus neruo virescente: superne prope apicem candicantia, purpureis lineis picta; infra medium lutea, venulis obscurioribus. Barba constat villis ferme lineam longis, luteis, capitulo fusco terminatis. Petala erecta pallide flava, a basi medium vsque lineolis purpurascens variegata. Antherarum pollen albus. Stigmata apice bifida. Germen 6—gonum, angulis alternis obsoletis.

***) *Imberbes.*

a) *Foliis ensiformibus.*

44. *Iris pseud-Acorus imberbis*; fol. ensiformibus; petalis alternis stigmatibus minoribus. THUNB. in LINN. Syst. Veg. p. 90.

Iris caule inflexo; fol. ensiformibus; petalis erectis minimis, reflexis imberbis. HALL. Hist. n. 1260.

In vdis *unter dem Pazenhäusel*, et ad fossas viarum. Maio.

Gelbe Schwertlilie. Sárga vizi Liliom.

Caulis erectus, bipedalis, glaber, ramis alternis. Folia vno latere plana, altero carina eminente. Petala corollae flavae imberbis, lineis nigricantibus picta; minora basi auriculata. Antherae marginibus violaceis, polline flavo. Germen trigonum.

b) *Foliis linearibus.*

45. *Iris Sibirica imberbis*; fol. linearibus; scapo subtrifloro, tereti; germinibus trigonis. THUNB. in LINN. Syst. Veg. p. 91. JACQV. Austr. t. 3.

Iris angustifolia, media, f. varia. CLVS. Pann. pag. 252. 253.

In paludoso prato *am Gensenberg hinter dem Kreuz.* Junio.

19. SCIRPVVS.

Glumae paleaceae in spicam rotundam imbricatae.

Cor. o. Sem. I. imberbe, triquetrum, fetis circumdatum.

*) *Spica vnica.*

49. *Scirpus palustris* culmo tereti nudo; spica subovata, terminali. LINN. Syft. Veg. p. 98.

Scirpus caule terete; spica vnica, terete, multiflora. HALL. Hist. n. 1336.

In paludibus, riuulis ac fossis viarum. Maio, Iunio.

Binsengras. 'Arva káka.

Culmus pedalis et altior, nudus, teres, striatus, simplicissimus, terminatus spiculâ ouali. Glumae dorso nigricante marginibus membranaceis, albis. Antherae flavae. Semen ouale flauum.

50. *Scirpus acicularis* culmo tereti nudo, fetiformi; spica ouata, bivalui; Sem. nudis. LINN. Syft. Veg. p. 98.

Mariscus fol. fetaceis, mollibus; spica nuda, pauciflora. HALL. Hist. n. 1346.

In vdis pascuis et in fossis fabulosis circa Danubium. Aestate.

Culmi sesquiunciam vix superant, tenuissimi, basi vagina tecti, abhinc nudi. Folia e radice filiformia longitudine culmi. Spiculae paruae, saepe tam exiguae, vt vix visibiles sint, terminales, ouatae, nigricantes.

**) *Culmo tereti polystachio.*

51. *Scirpus lacustris* culmo tereti nudo; spicis ouatis, pluribus pedunculatis terminalibus. LINN. Syft. Veg. p. 99.

Scirpus caule tereti; panicula laterali ramosa; locustis ouatis. HALL. Hist. n. 1337.

•) *Scirpus palustris altissimus.* SCHEVCHZ. Agr. p. 354.

In stagnis in der Pötschen. Iulio.

β) *Scirpus palustris humilior*. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 356.

In fossis inter prata paludosa, et bei den Ziegelöfen. Maio, Iunio.

Vtroque culmus teres, nudus, terminatus panicula florali, 2 foliis inaequalibus cincta. Pedunculi vno latere conuexi, altero plani, inaequales. Spiculae ouales, fuscae. Glumae bifidae, neruo in acumen ex-eunte. Semen subtrigonum, fuscum.

52. *Scirpus Holoschoenus* culmo tereti nudo; spicis subglobosis, glomeratis, pedunculatis; inuolucro diphylo inaequali, mucronato. LINN. Syst. Veg. p. 99. SCOP. Carn. 2. n. 61.

Scirpoides maritimum, capitulis sparsis, glomeratis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 371. t. 8. f. 2.

In vdis pratis bei Weincr und Ratschdorf.

Scapi femicylindrici, bipedales, plures ex eadem radice, cincti ad basim vaginis foliorum albis, margine lacero-ciliatis. Folia femiteretia, canaliculata. Spicae globosae magnitudine pisi maioris, sessiles 1—2. pedunculatae 2—4, pedunculis angulatis. Inuolucrum folium maius ascendens, minus reflexum. Squamae flosculorum acutae, ouatae, fusco-virentes. Antherae flavae. Semina trigona.

53. *Scirpus fetaceus* culmo nudo fetaceo; spica terminali, sessili. LINN. Syst. Veg. p. 99.

Scirpus culmo nudo fetaceo, spicis lateralibus subfoliariis sessilibus. LINN. Sp. Pl. p. 49.

Mariscus fetaceus, capitulis lateralibus paucissimis. HALL. Hist. n. 1345.

In vdis montanis am Gemsenberg; in Insulis Mühlau, Bürgerau et bei den Ziegelöfen. Aestate.

Culmi vnciales, digitales, palmares, teretes. Fol. 2—3. fetacea basi culmum inuoluunt, compressa, canaliculata. Infra culmi apicem lateraliter prodeunt spiculae 1—2, rarius 3, paruae, ouatae, sessiles, fusciscentes, foliolo breuissimo suffultae. Glumae dorso viridi gaudent. Antherae flavae.

***) *Culmo triquetro; Panicula nuda.*

54. *Scirpus mucronatus* culmo triangulo, nudo, acuminato; spicis conglomeratis, sessilibus, lateralibus. LINN. Syst. Veg. p. 100.

Scirpo-Cyperus panicula glomerata, e spicis imbricatis composita. SCHEVCHZ. Agrost. p. 404. t. 9. fig. 14.

Ad glareosas Danubii ripas *bei der Mühlaubrücke.* Augusto.

Culmus nudus basi vaginis tectus, bipedalis, triquetre, angulis acutis, sub apice ad distantiam trium digitorum transuerforum, lateraliter profert fasciculum spicarum ferruginearum, quae ouatae sunt et sessiles. Squamae florales fuscescentes, obtusae, margine albicante, neruo in acumen brevissimum exeunte.

****) *Culmo triquetro; Panicula foliacea.*

55. *Scirpus maritimus* culmo triquetro; panicula conglobata, foliacea; spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. LINN. Syst. Veg. p. 100. SCOP. Carn. 2. n. 57.

a) *Panicula foliacea conglobata.*

Cyperus panicula compacta, e spicis teretibus crassioribus composita. SCHEVCHZ. Agrost. p. 400. tab. 9. fig. 9.

In stagno saliceti *bei den Ziegelöfen.* Iulio.

Culmus plerumque sesquipedalis cum foliis glaberrimus. Spiculae sessiles 5—6 in apice culmi cinguntur foliis 2—3, e quorum alis breues prodeunt pedunculi, 2—tribusue spiculis terminati. Spiculas sic conglobatas ab 8. ad 17. saepe numeravi.

β) *Panicula foliacea sparsa.*

Cyperus panicula sparsa, e spicis longioribus, tenuioribus, teretibus composita. SCHEVCHZ. Agr. p. 398. t. 9. f. 7.

In stagnis *in der Pötschen et in der alten Au.* Augusto.

Culmus

Culmus 2—3 pedalis. Folia deorsum strictu aspera. Panicula culmum terminans tribus foliis suffulta constat pedunculis vncias 2—3 longis, compressis, spiculas 1—2—3. angustas, pallidioresque gerentibus.

Communiter huic scirpo sunt folia prope radicem breviora; superiora culmo longiora, carinata, striata. Spiculae ovatae, obtusae, ferrugineae. Glumae trifidae, dente medio aristato. Semen trigonum, ferrugineum, nitens.

56. *Scirpus sylvaticus* culmo triquetro folioso; umbella foliacea; pedunculis nudis supra decompositis; spicis confertis. LINN. Syst. Veg. pag. 100. SCOP. Carn. 2. n. 58.

Scirpus planifolius, panicula ramosissima; locustis ovatis. HALL. Hist. n. 1340.

In pratis vdis *unter dem Pazenhäusl* et in sylvestribus humidis *am Gemsenberg* alibique. Iunio.

Culmus pedalis, 3—4phyllus, retrorsum scaber. Folia canaliculata, striata, deorsum strictu scabra, vaginantia. Panicula ampla constat pedunculis ramosissimis. Spiculae ovatae, atro-virentes. Glumae mucronatae. Antherae flavae.

20. ERIOPHORVM.

Cal. 1—valvis: glumis paleaceis vndique imbricatis.

Cor. o. *Sem.* 1. lana longissima cinctum.

57. *Eriophorum polystachion* culmis teretibus; foliis planis; spicis pedunculatis. LINN. Syst. Veg. pag. 102.

Eriophorum foliis planis; spicis pendulis. HALL. Hist. n. 1331.

Linagrostis polystachia. SCOP. Carn. 2. n. 66.

In pratis humidis *unter dem Pazenhäusl*. Maio, Iunio.

Wollgras, Wiesenwolle. Gyapjas lás, Gyapju-fű.

Culmus pedalis, obtuse trigonus, glaber. Folia plana, carinata, glabra, vaginis nigricantibus. Exapi-

ce culmi spicae oustae pendulae fasciculatim prodeunt. Antherae flavae. Pappus albus, nitens.

DIGYNIA.

21. PHALARIS.

Spicula uniflora. Cal. 2—valvis carinatus, longitudine aequalis, corollam includens.

58. *Phalaris phleoides* panicula cylindrica, spiciformi, glabra, passim vivipara. LINN. Syst. Veg. p. 104.

Phleum culmo recto; spicis cylindricis, glabris; calycibus brevissime mucronatis. HALL. Hist. n. 1531.

In agrorum marginibus. Maio.

Facies *Phlei*. Panicula spicata, cylindrica, pallide virens, si insectatur in lobos plurimos divisibilis. Culmi pedales adultiores rubelli. Folia glauco-viridia, ad lentem pubescentia. Glumae calycinae margine albae in mucronem terminatae.

59. *Phalaris arundinacea* panicula oblonga, ventricosa, ampla. LINN. Syst. Veg. p. 104.

Arundo locustis unifloris, fasciculatis, imbricatis; glumis floralibus nitentibus subhirsutis. HALL. Hist. n. 1524.

Ad ripas *Danubii* passim, et ad stagna in *der alten Au*. Junio.

Facies *Arundinis*. Culmus 3—4pedalis, teres, geniculis purpurascens. Folia glabra, glaucescentia, margine et dorso scabra. Panicula lanceolata diversae longitudinis, palmaris et sesquipedalis, contracta. Spiculae purpurascens. Glumae florales nitentes, subhirsutae.

22. PANICVM.

Spicula uniflora. Cal. triualuis: valuula tertia minima.

*) *Spicatae.*

60. *Panicum verticillatum* spica verticillata; racemulis quaternis; involuclis unifloris, bifetis; culmis diffusis. LINN. Syst. Veg. p. 105.

Panicum spica vnica, paniculata; fetis perpaucis.
HALL. Hist. n. 1543.

Panicum cynosuroides. SCOP. Carn. 2. n. 68.

In hortis, et in primis in vineis calamitosum. Iunio, Iulio.

Culmus 1—2pedalis anceps, basi procumbens ibidemque saepe ramosus, nodis atro annulo cinctis. Vaginae ad basim foliorum pilosae. Spica simplex, teres, 3—4uncialis. Flores solitarii, tubefiles, suffulti fetalis rigidis, saturate flauis et flosculo longioribus. Glumae 2—3. Petalum inferius planiusculum, subbifidum; superius conuexum, acuminatum. Semen transverse rugosum.

61. *Panicum glaucum* spica tereti; involuclis bifloris fasciculato-pilosis; semin. undulato-rugosis. LINN. Syst. Veg. p. 105. feminibus transuersim rugosis, culmo erecto. WILLDEN. Fl. Berol. n. 122.

In campis vbique. Iulio, Augusto.

Culmus simplex, pedalis, teres, striatus. Folia lanceolata, in mucronem sensim attenuata, deorsum striata aspera. Pedunculus profunde sulcatus. Spica unciam longa, teres, compacta. Involuclli setae ad 10 primo flauae, dein maturo semine fuscae. Semina transverse rugosa.

62. *Panicum viride* spica tereti; involuclis bifloris fasciculato-pilosis; semin. neruosis. LINN. Syst. Veg. p. 105. semin. ad longum sulcatis; culmo decumbente. WILLDEN. Fl. Berol. n. 123.

In pratis ficcioribus. Iunio, Iulio.

Facies et totus habitus prioris: sed culmus basi inclinatus, setae constanter virentes, longiores; feminaeque longitudinaliter nervosa.

63. *Panicum Crus corui* spicis alternis, secundis; spiculis subdivisis; glumis subaristatis, hispidis; rachi trigona. LINN. Syft. Veg. p. 105.

Gramen paniceum, spica diuisa. SCHEVCHZ. Agrost. p. 49.

In cultis inter olera passim. Iunio.

Culmus pedalis, altior, debilis. Folia striata, glabra, margine subaspera. Panicula laxa, secunda, constat spicis nutantibus, rachi trigonae insidentibus. Glumae acuminatae plerumque muticae, rarius aristata 3—4 lineas longa terminatae, glabrae, solisque nervis hispidae.

64. *Panicum Crus galli* spicis alternis coniugatisque; spiculis subdivisis; glumis aristatis, hispidis; rachi quinquangulari. LINN. Syft. Veg. p. 105.

Gramen paniceum spica aristis longis armata. SCHEVCHZ. Agr. p. 48.

Ad vias earumque fossas passim. Iunio, Iulio.

Culmus erectus, 2—3—pedalis, firmus. Folia margine et pagina deorsum strictu asperrima. Panicula erecta, pyramidalis, primo contracta, dein patens. Spicae inferiores coniugatae, caeterae alternae insident rachi 4—5 gonae. Glumae acuminatae, hirsutae, nervis hispidis; plurimae harum terminantur arista vnciam et ultra longa atque flexuosa.

65. *Panicum sanguinale* spicis digitatis, basi interiore nodosis; flosculis geminis, muticis; vaginis foliorum punctatis. LINN. Syft. Veg. p. 106. SCHREB. Gram. p. 119. t. 16.

Digitaria sanguinalis. SCOP. Carn. 2. n. 72.

In hortis ac vineis abunde. Aestate.

Culmus 1—2pedalis, teres, striatus, ex infimis geniculis saepe ramosus. Vaginae foliorum inferiorum hirsutae. Folia glabra, margine subundulata. Spicac

cae 5—8 alternatim e summitate culmi prodeunt, lineares, compressae, rectae: 4—6. uncias longae. Flosculi binati, breuissime pedicellati.

66. *Panicum dactylon* spicis digitatis, patentibus: basi interiore villosis; flor. solitariis; sarmentis repentibus. LINN. Syft. Veg. p. 106.

Digitaria dactylon. scop. Carn. 2. n. 73.

Vbique ad muros et in sabulosis. Aestate.

Culmus e stolonibus repentibus basi reclinatus, semipedalis. Vaginae glaucae ad basim folii glabri villosae. Spicae ex apice culmi 4—5, sesquiunciales, modice incuruae. Flosculi solitarii, alterni, imbricati, insident rachi semicylindricae. Antherae purpureae.

**) *Paniculatum.*

67. *Panicum capillare*, panicula capillari, erecta, patente; foliorum vaginis hirtis. LINN. Syft. Veg. p. 106.

Locus natalis e memoria excidit, quem ad margines sylvarum esse suspicor.

Culmus sesquipedalis, erectus, villosulus. Vaginae foliorum pilosissimae. Folia 3. lineas lata, semipedem longa, sensim in acutum mucronem attenuata, deorsum strictu scabra, vtrinque villosula. Panicula ampla, erecta, componitur ramulis tenuibus villosis. Spiculae pedicello flexuoso insident. Glumae acuminatae, glabrae.

23. PHELVUM.

Spicula uniflora. Cal. bivalvis, sessilis, linearis, truncatus, apice bicuspidato. Cor. inclusa, mutica.

68. *Phleum pratense* spica cylindrica, longissima, ciliata; culmo erecto. LINN. Syft. Veg. p. 107. SCHREB. Gram. p. 102. tab. 14.

Gramen typhoides maximum, spica longissima. c. v.
SCHEVCHZ. Agr. p. 60.

In pratis et ad fossas viarum. Iunio.

*Lieschgras, Fuchschwanz. Ló pérje, Matska farkú-
pérje.*

Culmus 2—3 pedalis, basi plerumque incurvatus, geniculis nigricantibus. Folia deorsum scabra. Spica ab vncia vna ad quatuor longa est. Petalum vnum truncatum, aliud bifidum.

24. ALOPECURVS.

*Spicula vniflora. Cal. 2—valuis. Cor. 1—valuis,
aristata: arista e basi prodeunte.*

69. *Alopecurus pratensis* culmo spicato, erecto; glumis villosis; corollis muticis. LINN. Syft. Veg. pag. 108. SCHREB. Gram. p. 133. t. 19.

Gramen myurum, spica molli, candicante, villosa.
SCHEVCHZ. Agr. p. 70.

In pratis humidioribus, et pomariis. Maio.

Culmus 2—3 pedalis, basi incurvatus, dein erectus, geniculis annulo atro cinctis. Folia mucronata, leviter pubescentia. Panicula cylindrica, spicata, villosa. Glumae villosae. Petalum lineatum viride, splendens e basi producit aristam spicula longiorem. Antherae ochroleucae.

70. *Alopecurus geniculatus* culmo spicato, infracto; corollis muticis. LINN. Syft. Veg. p. 108.

Gramen aquaticum, geniculatum, spicatum. c. v.
SCHEVCHZ. Agr. p. 72.

Repens in sabulosis humidis *bei der Mühlau-Brücke*; natans abunde *in der alten Au* in lacubus. Iunio, Iulio.

Culmi procumbentes, quaquaversum late diffusi, ramosi, geniculis atro-purpureis. Folia glauca, glabra, mucronata. Spicae vnciales, graciles, densae. Spiculae ciliatae. Arista ultra corollam prominēt. Antherae primo flavescentes, dein fulvae.

25. AGROSTIS.

Spicula uniflora. Cal. 2—valvis: valvulis acutis, corolla paulo minor. *Strigmata* longitudinaliter hispida.

*) *Aristatae.*

71. *Agrostis spica venti* petalo exteriori arista recta, stricta, longissima; panicula patula. LINN. Syst. Veg. p. 110.

Græmen segetum altissima panicula sparsa. c. B. SCHEVCHZ. Agr. p. 144.

In pratis sterilioribus et inter segetes vulgarissima. Iunio.

Culmi 1—2—pedales, teretes, glabri. Panicula variae longitudinis, ab unciis 6 ad 10, viridis aut ex viridi purpurascens, apice plerumque nutans. Arista spicula triplo longior.

72. *Agrostis arundinacea* panicula oblonga; petalo exteriori basi villoso aristaque torta calyce longiore. LINN. Syst. Veg. p. 110.

Arundo locustis unifloris, glumis ex imo dorso aristatis. HALL. Hist. n. 1522.

In omnibus Insulis *Danubii*. Iunio, Iulio.

Panicula contracta, semipedalis, ex viridi flavescens. Glumae folliculis paulo maiores. Petalum exterius supra basin educit aristam modice refractam.

73. *Agrostis canina* calycibus elongatis; petalorum arista dorsali recurva; culmis prostratis, subramosis. LINN. Syst. Veg. p. 110.

Avena monantha, panicula diffusa, multiflora, ascendente; gluma calycina exasperata. HALL. Hist. n. 1479.

In pratis pascuisque humidis et ad agrorum margines. Iunio.

Culmus basi declinatus, dein erectus, ex infimis geniculis saepe ramosus. Panicula primo contracta, dein

dein diffusa. Spiculae spadiceae, nitentes. Arista petalo longior in medio quasi geniculata.

***) *Muticae.*

74. *Agrostis stolonifera* paniculae ramulis patentibus, muticis; culmo repente; calycibus aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 111.

Poa monantha, stolonifera; calycibus leuiter exasperatis. HALL. Hist. n. 1473.

Gramen caninum supinum, minus. C. B. SCHEVCHZ. Agr. p. 128.

In cultis, et ad vias passim. Iunio, Iulio.

Radix repens e geniculis stolonifera. Culmi basi decumbentes, ab ultimo vel penultimo geniculo tantum erecti. Panicula 3—4 uncialis, patens, ex viridi spadicea, Glumae aequales, acuminatae.

75. *Agrostis capillaris* panicula capillari, patente; calycibus subulatis, aequalibus, hispidiusculis, coloratis; flosculis muticis. LINN. Syst. Veg. pag. 111. SCOP. Carn. 2. n. 87.

Poa monantha, caule erecto; panicula diffusa; calycibus dorso exasperatis. HALL. Hist. n. 1475.

Gramen montanum, panicula spadicea, delicatiore. C. B. SCHEVCHZ. Agr. p. 129. t. 3. f. 5.

In pratis montanis et ad margines sylvarum. Iunio.

Straußgras. Ször-fü.

Culmus bipedalis, basi incurvatus. Folia vtrinque scabriuscula. Panicula primo coarctata, dein patens, ex spadiceo-purpurascens. Pedunculi capillares, colorati. Calyces subaequales, scabri. Antherae flavae aut purpureae.

76. *Agrostis alba* panicula laxa; calycibus muticis, aequalibus; culmo repente. LINN. Syst. Veg. p. 111. POLLICH. Fl. Pal. n. 74.

In pratis paludosis et subsylvestribus in der Bürgerau. Iunio.

Culmus prope radicem repens, pedalis, altior. Panicula modo patula, modo contracta, viridis aut purpurascens.

purascens. Glumae calycinae carina vna cum pedicellis ad lentem hispidiusculae.

26. AIRA.

Spicula 2—flora. Cal. 2—valuis. Flosculi absque interiecto rudimento.

*) *Mutica.*

77. *Aira aquatica* panicula patente; flor. muticis, laevibus, calyce longioribus; fol. planis. LINN. Syst. Veg. p. 112.

Poa locustis bifloris, glabris; florali gluma maiori, plicata, ferrata. HALL. Hist. n. 1471.

Gramen miliaceum, aquaticum. SCHEVCHZ. Agrost. p. 176.

In pratis vdis et circa riuulos. Iunio, Iulio.

Culmus basi incuruatus, dein erectus. Panicula laxa, 3—4. vncialis, ex viridi-flauescens. Spiculae plerumque biflorae, in sicciore tamen solo 3—4 et 5—florae nonnunquam occurrunt. Petala calyce alterum longiora.

**) *Aristatae.*

78. *Aira cespitosa* fol. planis; panicula patente; petalis basi villosis aristatisque: arista recta, breui. LINN. Syst. Veg. p. 112. SCOP. Carn. 2. n. 93.

Avena diantha; panicula amplissima, patula, bicolore. HALL. Hist. n. 1487.

Gramen segetum, panicula arundinacea. SCHEVCHZ. Agrost. p. 244. t. 5. f. 2. 3.

In pratis et inter segetes. Iunio.

Folia radicalia longitudine culmi, superne profunde sulcata, aspera; inferne plana, glabra. Panicula fere pedalis, ante florescentiam coarctata, viridis, nitens: sub illa patentissima, glumis ex flauo et spadiceo variis. Petala apice caerulescentia, denticulata, dorso e basi aristam linea longiorem producit.

79. *Aira flexuosa* fol. setaceis; culmis subnudis; panicula divaricata; pedunculis flexuosis. LINN. Syst. Veg. p. 112. POLlich. Fl. Pal. n. 79.

In montanis arenosis et ad margines sylvarum. Iunio.

Culmus sesquipedalis, inferne vaginis foliorum striatis cinctus, superne nudus. Folia ex semilinea lata, basi sensim in setam attenuata, deorsum scabriuscula. Paniculae laxissimae color albidus ex virore translucens, nitens. Pedicelli flexuosi. Petalum maius inferne pilosum e basi emittit aristam in medio geniculatam.

80. *Aira canescens* fol. setaceis: summo spathaceo paniculam inferne obuolvente. LINN. Syst. Veg. pag. 112.

Avena diantha, fol. setaceis; panicula stricta; aristas clauatis. HALL. Hist. n. 1483.

In arenosis circa *Danubium in der Bruckau* et in pratis sterilioribus. Iunio, Iulio.

Culmus spithamalis, pedalis, erectus, basi saepe incurvus. Folia setacea, mucronata, glauco-viridia, villosula. Panicula densa 1—2 vncialis, nitens, subflorescentia sensim prodit e vagina summi folii, tanquam e spatha. Glumae subaequales flavo-virentes. Arista e basi petali exterioris subclauata. Antherae rubicundae.

81. *Aira caryophyllea*, fol. setaceis; panicula diuvaricata; flor. aristatis, distantibus. LINN. Syst. Veg. p. 112.

Avena diantha; fol. setaceis; panicula diuvaricata. HALL. Hist. n. 1482.

Gramen paniculatum, minimum, molle. SCHEVCHZ. Agrost. p. 215. t. 4. f. 15.

In subsyluestribus *unter dem Gensenberg bei dem rothen Kreuz*. Iunio.

Culmus teres, gracilis, pede altior. Folia vaginantia 1—2—vncialia, radicalia 5—6. vncias longa, setacea, femiteretia. Panicula diuvaricata, laxissima, continuo fit ex ramis 2. basi approximatis, filiformibus et spadicis. Pedicelli flexuosi. Spiculae ouatae, acutae,

acutae, ex albo et fusco splendentes. Petalum exterius basi ad lentem villosum, emittit aristam supra medium parum incuruatam.

27. MELICA.

Spicula biflora. Cal. 2—valvis. Rudimentum floris tertii inter flosculos, pedicellatum.

82. *Melica ciliata* flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. LINN. Syst. Veg. pag. 112. SCOP. Carn. 2. n. 96.

Gramen auenaceum, spica simplici; locustis densissimis, candicantibus et lanuginosis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 174. t. 3. f. 16. G. H. I. K.

In fissuris rupium circa *Theben*, passim in lapidosis inter vineas et in muris *hinter dem Urfuliner Kloster*. Iunio, Iulio.

Culmus 1—2pedalis, erectus, teres, glaber. Folia plana, superne deorsum scabriuscula et leniter pubescentia. Panicula spicata, cylindrica ante florescentiam ex viridi spadicea, glabra; dein flavescens, plumosa. Spiculae lanceolatae; flosculus externus longis pilis ciliatus, internus glaber saepeque sterilis.

83. *Melica nutans* petalis imberbibus; panicula nutante, simplici. LINN. Syst. Veg. pag. 112. SCHREB. Gram. p. 62. t. 6. f. 2.

Gramen auenaceum; locustis rubris, montanum. SCHEVCHZ. Agrost. p. 171. t. 3. f. 16. D. E. F.

In fyluis umbrosis, et in dumetis passim. Maio, Iunio.

Culmus tetragonus, basi vna cum vaginis foliorum inferiorum ruber, geniculis purpurascens; folia laete viridia, striata; glabra, deorsum scabriuscula. Panicula racemosa, secunda, antrorsum nutans. Spiculae pedicellatae. Calyces purpurei, striati. Petala virentia, marginibus membranaceis albis. Rudimentum flosculi tertii album, truncatum, pedicello rotundo insidens.

84. *Melica caerulea* panicula coarctata; floribus cylindricis. LINN. Syft. Veg. p. 113.
 Gramen paniculatum autumnale, panicula ampliore ex viridi nigricante. SCHEVCHZ. Agrost. p. 207. tab. 4. fig. 11. 12.
 In pratis vdis *unter dem Pazenhäusl, bei den Ziegelöfen*, alibique. Iulio, Augusto.
 Culmus 2—3—pedalis ad radicem incrassatus, prope basim vnico geniculo instructus, teres, glaber. Folia mucronata, glabra, conuoluta. Panicula pedalis fere, contracta, rigida. Glumae subulatae, atrovirentes, 1—4—florae; flosculi basi villosuli. Antherae caeruleae.

28. P O A.

- Cal.* 2—valuis, multiflorus, *Spicula* ouata; valuulis margine scariosis, acutiusculis.
85. *Poa aquatica* panicula diffusa; spiculis 6—floris, linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 113. SCOP. Carn. 2. n. 105.
 Gramen palustre paniculatum altissimum. SCHEVCHZ. Agrost. p. 191. t. 4. f. 1.
 In fossis aquosis sylvarum, et ad stagna in Insulis *Danubii*. Iunio, Iulio.
 Culmus erectus 4 et 6—pedalis. Folia glauca basi ad apicem vaginae vtrinque macula fusca notata. Panicula palmaris et pedalis, diffusa. Spiculae 5—10—florae, compressae, ex albo virides aut purpurascens. Petalum exterius striatum. Antherae purpureae.
86. *Poa trivialis* panicula diffusa; spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto, tereti. LINN. Syft. Veg. p. 113. SCOP. Carn. 2. n. 99.
 In pratis montanis frequentissima. Maio, Iunio.
 Culmus erectus, pedalis, teres. Folia radicalia in cespitem congesta, reliqua breuia, striata, mucronata. Panicula primo contracta, florescentiae tempore patet. Spiculae 3—florae, subinde et 2—florae. Petalum

talum exterius basi et carina lanatum. Antherae flavae.

87. *Poa angustifolia* panicula diffusa; spiculis quadrifloris, pubescentibus; culmo erecto, tereti. LINN. Syst. Veg. p. 113.

In pratis ficcioribus et ad agrorum versuras. Maio.

Hanc coniungit cum priore Cl. SCOPOLI a qua differt: fol. dimidio angustioribus; panicula oblonga, patula; antheris violaceis.

88. *Poa pratensis* panicula diffusa; spiculis quinquefloris, glabris; culmo erecto, tereti. LINN. Syst. Veg. p. 113. SCOP. Carn. 2. n. 100.

In pratis omnibus vulgarissima. Maio, Iunio.

Panicula digitalis primo contracta, dein patens. Spiculae 3—5—florae, glaberrimae. Antherae caerulelescentes.

89. *Poa annua* panicula diffusa angulis rectis; spiculis obtusis; culmo obliquo, compresso. LINN. Syst. Veg. p. 113. SCOP. Carn. 2. n. 102.

Poa culmo infracto; panicula triangulari; locustis trifloris, glabris. HALL. Hist. p. 1466.

Ad vias, in pratis et hortis vbique. Aprilii in hyemem vsque.

Culmi palmares, semipedales, semiprocumbentes, compressi. Panicula contracta triangularis apparet. Spiculae 3—5—florae, virentes aut ex spadiceo-purpurascens, glumis margine argenteo nitore fulgentibus.

90. *Poa bulbosa* panicula sectanda, patentiuscula; spiculis quadrifloris. LINN. Syst. Veg. pag. 115. SCOP. Carn. 2. n. 103.

Poa foliis bulbosis; panicula diffusa; locustis quadrifloris, folliculis tubulosis. HALL. Hist. n. 1461.

In omnibus apricis asperisque montibus, et in pascuis. Maio in Augustum vsque.

E radice fibrosa prodeunt culmi et folia basi bulbosa. Panicula 1—2. vncialis, contracta, densa, subsecun-

da. Spiculae 4—6—florae compressae. Corollae petalum exterius saepius in foliolum terminatur, fere vnciam longum, flexuosum.

91. *Poa Phoenix* spiculis octofloris, teretibus, compressis, pendulis. SCOP. Carn. 2. n. 107.

Gramen loliaceum panicula multiplici et spicata. SCHEVCHZ. Agrost. p. 200. t. IV. f. 6.

In pratis montanis et ad margines vinearum *über dem Zuckermandel, Bräundel*, et in *Pöllenberg*. Iunio.

Culmus bipedalis et altior, basi vaginis foliorum vestitus, glaber, geniculis nigricantibus. Folia semipedem longa, lineas 3—4 lata, in mucronem attenuata, striata, vtrinque laevia. Panicula semipedalis, et pedalis, racemis constat laxis, flaccidis. Spiculae primo teretes, dein compressae, distichae, 6—8—10—florae. Glumae calycinae inaequales, flosculis breviores. Petalum exterius viride, striatum margine membranaceo, albo; interius album, apice bifidum. Antherae flavae.

29. BRIZA.

Cal. 2—valvis, multiflorus. Spicula disticha, valvulis cordatis, obtusis: exteriore minuta.

92. *Briza media* spiculis ovatis; calyce flosculis brevioribus. LINN. Syst. Veg. p. 115.

Briza spiculis septemfloris, ovatis. SCOP. Carn. 1. pag. 198. 2. n. 109.

Gramen tremulum maius. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 204. t. IV. f. 8.

In pratis vulgatissima. Maio, Iunio.

Zittergras.

Culmus 2—pedalis, erectus, geniculis nigricantibus. Folia angusta, plana, margine deorsum strictu aspera. Panicula racemosa, patens. Pedunculi ex latere bini, ternati, scabri; pedicellis flexuosis. Spiculae 7—8—florae, subrotundae, nitentes, ex albo flavoque virentes, aut ex albo viridique purpurascetes. Petalum minus bifidum. Antherae flavae.

30. DACTYLIS.

Cal. 2—valuis, compressus; altera valuula maiore carinata. *Cor.* 2—valuis; altera valuula apice aristata.

93. *Dactylis glomerata* panicula secunda, glomerata. LINN. Syst. Veg. p. 116. SCHREB. Gram. p. 68. tab. 8. fig. 1.

Bromus locustis tetranthis, fasciculatis, imbricatis. HALL. Hist. n. 1512.

In pratis, aggeribus et iuxta vias vbiq̄ue. Iunio.

Panicula densa scabra, rigida, vnilateralis. Spiculae quadriflorae. Glumae calycine dorso margineque ciliatae. Petalum exterius apice tenui breuique aristata terminatum.

94. *Dactylis polygama* panicula laxa; flosculis binis femineis sessilibus, medio hermaphrodito, pedicellato. HORVATOVSKJ Flor. Tyrnaviens. p. 15.

In dumetis in der Bruckau et in syluis passim. Maio, Iunio.

Culmus 4—5. pedalis, erectus, striatus, glaber; geniculis 4—5. nigricantibus. Folia uncias 6—8. longa, semiunciam lata, striata, vaginis membranaceis. Ligula folii alba, truncata, lacera. Panicula paimaris, spithamalis, laxa, subsecunda. Pedunculi bini ex geniculis albicantibus. Spiculae lanceolatae. Glumae calycinae glabrae, virides, striatae. Floris *hermaphroditi* petala ovata, viridia, nitentia; antherae flavae; pistillum longitudine corollae: *feminei* petala lanceolata; pistillum corolla longius. Stigmata in fila fatiscientia.

31. CYNOSURUS.

Cal. 2— valuis, multiflorus. *Receptaculum* proprium vnilaterale, foliaceum.

95. *Cynosurus cristatus* bracteis pinnatifidis. LINN. Syst. Veg. p. 116. SCHREB. Gram. p. 69. t. 8. f. 2. Gramen pratense cristatum, f. spica cristata, laeui. SCHEVCHZ. Agroft. p. 79.

In pratis et pomariis *in der Mühlau*; in pascuis subtyl-
vestribus *bei Zuckersdorf*. Maio, Iunio.

Culmus basi incuruus, teres, striatus, geniculis pur-
purascentibus. Folia mucronata, scabriuscula. Pa-
nicula cylindrica, subsecunda, 2—3vncialis. Bra-
ctea sub singula spicula pinnatifida, segmentis seta-
ceis.

96. *Cynofurus durus* spiculis secundis, alternis, sessi-
libus, rigidis, obtusis, appressis. LINN. Syst. Veg. p.
117. POLLICH. Fl. Pal. n. 100. t. 1. f. 1.

Poa dura: SCOP. Carn. 2. n. 101.

In alodiis suburbialibus *Bazinü*, abunde. Iunio.

Culmi digitum aut dodrantem longi, duri: in aridiore
solo rosacei super terra expansi procumbunt; in
fertiliore magis eriguntur. Folia carinata, glabra
vnciam aut sesquiunciam longa. Panicula unilate-
ralis, spicata et disticha, tactu dura, constat spiculis
3—4—floris, linearibus, compressis. Gluma caly-
cina exterior interiore duplo maior est, vna cum pe-
talis obtusa; viridis, margine albo. Antherae fla-
velcentes. Stigmata plumosa, alba.

32. FESTUCA.

Cal. 2—valuis. *Spicula* multiflora, teretiuscula, ob-
longa: glumis in acumen vel aristam exeunti-
bus.

*) *Panicula secunda.*

97. *Festuca ovina* panicula secunda, coarctata, aristata;
culmo tetragono, nudiusculo; fol. setaceis. LINN.
Syst. Veg. p. 118.

Gramen foliolis iunceis, breuibus, maius; radice nigra,
SCHEVCHZ. Agrost. p. 279. t. VI. f. 8.

In campis, muris et aruis arenosis. Maio.

Figura culmi tetragona in nostra tantum sub panicula
apparet. Panicula erecta, primo coarctata, dein pa-
tens. Spiculae 5—6—florae. Glumae calycinae in-
aequa

aequales. Petalum exterius lanceolatum, arista acuta terminatum; interius bifidum.

98. *Festuca rubra* panicula secunda, scabra; spiculis 6—floris aristatis; flosculo ultimo mutico; culmo semitereti. LINN. Syft. Veg. p. 118.

Festuca foliis perangustis; locustis 5—floris, teretibus, aristatis, oris membranaceis. HALL. Hist. n. 1440.

In pratis et pascuis montanis, et ad margines sylvarum. Maio.

Culmus infra paniculam nec non pedunculi scabri. Panicula 4—5 uncias longa; inferne patens, superne contracta. Spiculae 5—7—florae, perfecta florescentia rubentes. Petalum exterius brevis arista donatum.

99. *Festuca duriuscula* panicula secunda, oblonga; spiculis oblongis, laevibus; fol. setaceis. LINN. Syft. Veg. p. 118.

Festuca foliis perangustis; panicula stricta; locustis distichis, aristatis, glabris, septifloris. HALL. Hist. n. 1437.

In pascuis ficioribus, pratis arenosis et in muris. Maio.

Folia radicalia aequae ac in culmo setacea, tactu dura et deorsum scabra. Panicula lanceolata, subsecunda, 3—uncialis. Spiculae 4—7—florae glauco-virides aut purpurascens, compressae, glabrae. Petalum exterius brevissime aristatum.

100. *Festuca elatior* panicula secunda, erecta; spiculis subaristatis: exterioribus teretibus. LINN. Syft. Veg. p. 118. SCHREB. Gram. p. 34. t. 2.

Poa fol. latis, asperis; locustis teretibus muticis; glumarum oris membranaceis. HALL. Hist. n. 1451.

Vbique in pratis fertilibus, pomariis ac dumetis. Maio.

Folia striata, superne aspera. Panicula palmaris et pedalis, patula, apice plerumque nutans. Pedunculi angulosi, flexuosi, asperi. Spiculae 7—9—florae primo teretes, dein compressae. Glumae, inaequales,

les, exterior mucronata. Folliculi valus exterior viridis, margine membranaceo, albo, in mucronem terminata.

***) *Panicula aequali.*

101. *Festuca fluitans* panicula ramosa, erecta; spiculis subsessilibus, teretibus, muticis. LINN. Syst. Veg. p. 19. SCHREB. Gram. p. 37. t. 3. BRVZ. *Diff. de Gramine Mannae, siue Festuca fluitante.* Vien. 1775.

Poa locustis teretibus multifloris; glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. HALL. Hist. n. 1453.

In humidis argillofis, *bei den Ziegelöfen*, et circa lacus in Insulis danubialibus. Maio, Iunio.

Mannagrass; Schwaden; Himmelrhau. Manna - Kása; Harmat - Kása; Boszorkány - Kása.

Panicula pedalis et longior, superne contracta, infimis pedunculis patentissimis. Spiculae vnciam longae, teretes, lineares, virides et albae, splendentes, 12—15—florae. Folliculorum valuae exteriores striatae, margine albo, nitente; apice obtuso et lacero.

33. BROMVS.

Cal. 2—valuis. *Spicula* multiflora, oblonga, teres, disticha: arista infra apicem bifidum petali exterioris.

102. *Bromus secalinus* panicula patente; spicis ouatis; aristis rectis; seminibus distinctis. LINN. Syst. Veg. p. 19.

Bromus foliis glabris; locustis duodecimfloris. HALL. Hist. n. 1502.

In pratis, iuxta vias et inter segetes. Maio, Iunio.

Trespe. Rosnok.

Culmus tripedalis, glaber, geniculis pubescentibus. Folia neruo et margine aspera, vtrinque pubescentia. Panicula patens, apice subnutans. Spiculae crassae, ouato-oblongae, 10—12—florae, ex albo-viren-

virentes. Petala viridia, margine membranacea; exteriora apice bifida. Arista plus minus longa, aut plane nulla.

103. *Bromus versicolor* panicula patente; spiculis angustis, linearibus, arista longioribus. POLLICH. Fl. Pal. n. 109.

Bromus fol. hirsutis, per oras asperrimis; locustis glabris, teretibus, nouemfloris. HALL. Hist. n. 1503.

In pratis vbique et ad agrorum versuras. Maio, Junio.

Culmus 2—3. pedalis, teres, striatus. Folia 2. lin. lata, uncias, 6—7 longa, plana, vtrinque hirsuta, marginibus deorsum strictu asperrimis. Vaginae pilosae. Panicula erecta, fere pedalis, ramosissima, patens. Spiculae 9—11 florum, unciam longae, ante florescentiam teretiusculae, glabrae, ex albo viridique purpurascens. Arista recta, fuscescens, 3. lineas longa prodeit infra apicem bifidum petali exterioris obtusi.

104. *Bromus mollis* panicula erectiuscula; spicis ova-
tis, pubescentibus; aristis rectis; fol. mollissime vil-
losis. LINN. Syst. Veg. p. 119. SCHREB. Gram. p. 60.
t. 6.

Gramen auenaceum villosum; locustis amplioribus, viridantibus, margine argenteo cinctis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 253. t. V. f. 10.

Circa vias, agros et in pratis ficcioribus. Maio.

Culmus pedalis. Folia vtrinque cum vaginis mollissime villosa. Panicula erecta, patentiuscula. Aristae in apice spiculae 8—10—florum in fasciculum collectae. Petalum exterius villosulum, margine membranaceo, albo.

105. *Bromus squarrosus* panicula nutante; spicis ova-
tis; aristis diuaticatis. LINN. Syst. Veg. p. 119.

Auena locustis teretibus, nouemfloris; aristis reflexis. HALL. Hist. n. 1501.

Festuca auenacea, glumis vacuis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 251. t. V. f. 11.

Cum priore passim. Maio.
 Diversus a priore panicula suberecta, angustiore; culmo tenuiore foliisque angustioribus. Spiculae 7—9—florae. Aristae primo confertae, peracta florescentia diuaticatae et reflexae.

106. *Bromus inermis* panicula erecta; spiculis subteretibus, subulatis, nudis, submuticis. LINN. Syst. Veg. p. 119. SCHREB. Gram. p. 93. t. 13.

Bromus inermis panicula diffusa; spiculis subteretibus, subulatis, muticis aristatisque. LEYS. Fl. Halens. n. 109.

In dumetis, pratis et agrorum marginibus. Iunio.

Panicula fere pedalis versus apicem nutans, primo contracta, dein diffusa. Spiculae lineares ex tereti compressiusculae, ex viridi alboque purpurascens, 7—8—florae. Gluma calycina maior lanceolata, obtusa. Arista infra apicem petali maioris brevissima aut plane nulla.

107. *Bromus sterilis* panicula patula; spiculis oblongis, distichis; glumis subulato-aristatis. LINN. Syst. Veg. p. 120.

Bromus panicula nutante, locustis septifloris; glumis argute lanceolatis, lineatis, subhirsutis. HALL. Hist. n. 1505.

Gramen auenaceum, panicula sparsa; locustis maioribus et aristatis. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 258. tab. 5. fig. 14.

Circa sepes hortorum in der Engerau et ad vias passim. Maio, Iunio.

Folia superne cum vaginis villosula. Panicula summitate nutans, pedunculis longis ancipitibus late quaquaversum patet. Spiculae 7—9—florae, pendulae. Petala maiora longe aristata, striata, marginibus membranaceis, albis: minora marginibus virentibus, ad lentem pilosis.

108. *Bromus arvensis* panicula nutante; spiculis ovato-oblongis. LINN. Syst. Veg. p. 120.

Bromus glaber; locustis octifloris, nutantibus, glabris; glumis marginatis. HALL. Hist. n. 1509.

Festuca graminea effusa iuba. SCHEVCHZ. Agrost. p. 262. t. V. f. 15.

In pratis siccioribus et ad agrorum margines. Maio, Iunio.

Folia cum vaginis pilosa. Panicula laxa, nutans. Spiculae 6—8—florae. Petala glabra, striata, glauco-viridia, marginibus albis. Arista longitudine petali. Antherae flavae, dein fulvae.

109. *Bromus rectorum* panicula nutante, spiculis linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 120.

Bromus hirsutus; panicula nutante, pauciflora; locustis quinquefloris, hirsutis; glumis acute lanceolatis. HALL. Hist. n. 1508.

In muris, tectis stramineis pagorum et iuxta vias. Maio, Iunio.

Cespitosus. Panicula nutans, secunda. Spiculae 5—florae villosae. Arista petalo longior.

110. *Bromus giganteus* panicula nutante; spiculis quadrifloris; aristis brevioribus. LINN. Syst. Veg. p. 120. SCHREB. Gram. p. 88. t. 11.

Gramen bromoides, aquaticum, latifolium; panicula sparsa, tenuissime aristata. SCHEVCHZ. Agrost. p. 264. t. V. f. 17.

In vdis umbrosis Insularum *Danubii* vbique. Iunio, Iulio.

Culmus 4—6—pedalis, erectus. Folia glabra ad semiunciam lata, striata, margine deorsum scabriuscula. Panicula ampla, nutans, subsecunda. Spiculae 4—7—florae, ex viridi et albo variegatae, glabrae. Arista petalo duplo longior.

111. *Bromus pinnatus* culmo indiviso; spiculis alternis subsessilibus, teretibus, subaristatis. LINN. Syst. Veg. p. 120.

Bromus pinnatus, spiculis sessilibus, culmo indiviso; aristis folliculi gluma brevioribus. POLLICH. Fl. Pal. n. 117.

In

In pratis, dumetis, et in argillofis ad vias et margines sylvarum. Iunio, Iulio.

Culmus teres vsque medium pilis raris hirtus. Folia hirsuta, plana. Spica lanceolata, disticha: Spiculae teretes, pubescentes, 10—12—Nodae, vnciam longae, breuiter pedicellatae. Arista sesquilineam longa ex apice petali.

34. STIPA.

Cal. 2—valuis, vniflorus. Cor. 2—valuis; valuula exteriore arista terminali: basi articulata.

112. *Stipa pennata* aristis lanatis. LINN. Syft. Veg. pag. 121. HALL. Hist. n. 1514. SCOP. Carn. 2. n. 122.

Spartum austriacum, aristis pennatis. CLVS. Pann. pag. 719. 720.

In saxosis et apricis montibus über dem Thomasbrunn. Maio.

Hungaris Fejér árva. Leány-haj. Tollú-fü.

Folia pedalis longitudinis, conuoluta. E primo paniculae articulo pedunculi duo, ex caeteris vnicus oritur. Spiculae lanceolatae, glabrae, flauescentes. Petalum exterius terminatur arista ferme pedali, contorta, basi ad vncias 2. glabra, dein plumis albis, tenuissimis vestita. Receptaculum barbatum.

113. *Stipa capillata* aristis nudis, curuatis; calycibus femine longioribus; foliis intus pubescentibus. LINN. Syft. Veg. p. 121. POLLICH. Fl. Pal. n. 121.

In argillofis tenui gramine tectis am Calvariberg. Iulio, Augusto.

Culmus 1—2pedalis, erectus, teres. Folia conuoluta, externe glabra, striata; interne pubescentia. Panicula lanceolata, contorta, prodit e folio conuoluto quasi ex spatha. Petalum exterius basi hirsutum ex apice emittit aristam nudam, semipedalem, deorsum scabriusculam, spiraliterque diuersimode contortam.

35. AVENA.

Cal. 2—valvis, multiflorus: arista dorsali contorta,
in medio geniculata.

114. *Avena elatior* paniculata; calycibus bifloris; flosculo hermaphrodito submutico, masculino aristato. LINN. Syst. Veg. p. 121. SCHREB. Gram. p. 25. t. I.

Avena diantha, folliculis basi villosis, maioris aristageniculata. HALL. Hist. n. 1492.

In pratis, pomariis et dumetis vbique. Aestate.

Panicula spithamalis et pedalis apice nutans. Spiculae ouatae, teretiusculae, biflorae, ex viridi alboque flavescens aut purpurascens, nitidae. Petalum exterius basi plumosum. Arista fusca, apice albicans. Antherae flavae aut purpurascens.

115. *Avena fatua* paniculata; calycibus trifloris; flosculis omnibus aristatis basique pilosis. LINN. Syst. Veg. p. 122. SCHREB. Gram. p. 109. t. 15.

Avena triantha; locustis patulis, folliculis villosis. HALL. Hist. n. 1495.

Inter fruges in agris bei der Mühlaubrücke Ao. 1782. calamitosa fuit. Iunio.

Wilder Haber; *Schwarzer Haber*. Vad zab; Üre zab; Szörös feketé zab.

Panicula spithamalis, patula. Spiculae lanceolatae, triflorae, flosculo tertio plerumque abortiente. Petalum exterius pilosum, e medio profert aristam adgeniculum vsque contortam et fuscam, superne flavescentem. Semen villosum, nigricans.

116. *Avena pubescens* subspicata; calycibus subtrifloris, basi pilosis; fol. planis, pubescentibus. LINN. Syst. Veg. p. 122.

Gramen avenaceum, panicula purpureo argentea, splendens. SCHEVCHZ. Agrost. p. 226. t. IV. f. 20.

In pratis et pomariis unter den Kupferhammer; in der Engerau. Maio, Iunio.

Graminis elegantis culmus est sesquipedalis, basi incurvatus; glaber, striatus. Folia superiora glabra, inferiora

feriora vna cum vaginis hirsuta. Panicula palmaris et semipedalis, erecta, contracta, florescentiae tempore laxa. Spiculae 1—4 in vno pedunculo, lanceolatae, 3—4—florae, ex viridi et albo purpurascens, splendentes. Gluma calycina exterior longitudine totius spiculae, lanceolata, diaphana, a medio ad basim lineis tribus viridibus picta; interior dimidia minor, subulata. Receptaculum albis et longis pilis barbatur. Folliculi valua exterior ad medietatem viridis, dein purpurascens, versus apicem lacera, diaphana, albida, nitens: interior tota diaphana, acuminata. Antherae flavae.

36. ARUNDO.

Cal. 2— valuis. *Flosculi* congesti, basi pilis laneis cincti.

117. *Arundo phragmitis* calycibus quinquefloris; panicula laxa. LINN. Syst. Veg. p. 123. SCOP. Carn. 2. n. 128.

Arundo foliis secantibus; locustis trifloris, papposis, muticis. HALL. Hist. n. 1515.

Vbique in fossis, lacubus et stagnis. Augusto.

Rohr, Schilf. Borda-nád, Fedö-nád. *Test.*

Radix quaquaversum repens culmos edit orgyales et altiores. Panicula pedem longa, iunior erecta, adultior antrorsum nutans, subsecunda. Calyces 5—flori, glumis exterioribus maioribus, lanceolatis. Folliculi valua exterior aristata, interior mutica. Pappus copiosus, albus, nitens, folliculo longior.

118. *Arundo epigeios* calycibus vnifloris; panicula erecta; fol. subtus glabris. LINN. Syst. Veg. pag. 123. SCOP. Carn. 2. n. 125.

Arundo locustis vnifloris, sericeis, muticis; panicula stricta. HALL. Hist. n. 1520.

In sylvis montanis, caeduis, et in lapidosis inter frutices passim. Iulio.

Culmus simplex, tripedalis. Panicula erecta, contracta, aequalis, 3—4 vncialis, ex albo-viridis, nitens.

Ca-

Calyces uniflori, glumis subulatis, mucronatis. Folliculi valva exterior conuoluta, et tenuissimo mucrone terminata. Pappus albus longitudine folliculorum.

119. *Arundo arenaria*, calycibus unifloris; fol. inuolutis, mucronato pungentibus. LINN. Syst. Veg. p. 123.

In arenosis ad ripas Danubii passim. Iunio, Iulio.

Sandrohr. Homok-Nád.

Culmus bipedalis, teres, erectus, basi incurvatus. Folia pedem longa, conuoluta, striata, glauca, mucrone acuto terminata. Panicula palmaris, erecta, subspicata, spadicea. Glumae calycinae subulatae. Folliculi valva exterior diaphana, alba, mucronata. Pappus albus, folliculis paulo breuior.

37. LOLIVM.

Cal. monophyllus, fixus, multiflorus.

120. *Lolium perenne* spica mutica; spiculis compressis, multifloris. LINN. Syst. Veg. p. 124. SCOP. Carn. 2. n. 129.

Lolium radice perenni, locustis contiguis, octifloris. HALL. Hist. n. 1416.

Iuxta vias, muros, et in pratis sterilioribus. Iunio, Iulio.

Winterlolch. Kutya-zab.

Spica simplex, palmaris, compressa, disticha. Spiculae 5-8-florae, muticae, alternae, gluma calycina longiores. Folliculi virides, oris albis: valuis exterioribus acutis, interioribus bifidis.

121. *Lolium temulentum*, spica aristata; spiculis compressis, multifloris. LINN. Syst. Veg. p. 124. SCOP. Carn. 2. n. 130.

Lolium annuum; locustis dissitis. HALL. Hist. n. 1420.

Inter segetes passim. Copiose creuit Ao. 1783. inter *Triticum aestiuum* bei der *Mühlaubrücke*. Iunio.

Lolch. Semina inter frumentum nostris *Darst* audit.

Üszögös konkoly. *Kankol.*

Spica simplex, palmaris et dodrantalis, disticha. Spiculae alternae, compressae, 5—8florae. Gluma calycina striata, spicula breuior. Folliculi valua exterior concava prope apicem emittit aristam flavescentem, 3. lineas longam.

38. ELYMVS.

Cal. lateralis, 2—valuis, aggregatus, multiflorus.

122. *Elymus caninus* spica nutante arcta; spiculis rectis involucro destitutis: infimis geminis. LINN. Syst. Veg. p. 125.

Triticum, radice fibrosa; fol. hirsutis; locustis quinquefloris, aristatis. HALL. Hist. n. 1429.

In umbrosis humidis *in der Pörschen*. Iunio, Iulio.

Ultima nota definitionis LINN. in nostris speciminibus deficit; hinc merum *Triticum* refert; a quo dignoscitur: Radice fibrosa minime repente; spica nutante et aristis folliculis longioribus.

39. HORDEVM.

Cal. 2—valuis, lateralis, vni-florus, ternus.

123. *Hordeum murinum* flosculis lateralibus masculis, aristatis; involucris intermediis ciliatis. LINN. Syst. Veg. p. 126. SCOP. Carn. 2. n. 1241.

Hordeum spica crassa, longe aristata; calycinis glumis aristatis. HALL. Hist. n. 1536.

In ruderalis, ad muros, iuxta vias et sepes abunde. Iunio, Iulio.

Mäusegerste. Egér árpa.

Culmus pedalis, spica densa, biuncialis. Spiculae triflorae, lateralibus masculis, medio hermaphrodito, involucro hexaphyllo cinctae. Glumae una cum folliculo exteriori aristis longis instructae.

40. TRITICVM.

Cal. 2—valuis, solitarius, multiflorus. *Flos* obtusiusculus, acutus. *Receptaculi* basis callosa.

124. *Triticum villosum* spiculis subquadrifloris, hirsutis, breuiter aristatis.

Bromus villosus. scop. Carn. 2. n. 119. *Var.* 3.

Gramen tritici spica muticae simili, angustifolium. SCHEVCHZ. Agrost. p. 7.

Ad margines vinearum, v. g. am tiefen Weg unter dem Pöllenberg. Iunio.

Totum glaucum. *Radix* alba, repens. *Culmus* 3—4 pedalis, basi inflexus, striatus, glaber. *Folia* radicalia cum suis vaginis hirsuta; culmi conuoluta, glabra, striata, vaginis margine villosis. *Spica* 4—5 vncialis, spiculae 3—5—florae. *Glumae calycinae* inaequales, muticae, hirsutae. *Folliculi* valua exterior hirsuta, sulcata, breuissima arista terminata: interior glabra, subtruncata. *Antherae* flavae.

125. *Triticum iunceum* calycibus quinquefloris, truncatis; fol. inuolutis. LINN. Syft. Veg. p. 127.

Bromus truncatus. scop. Carn. 2. n. 121.

In vineis eorumque marginibus passim. Iunio.

Culmus 4—5—pedalis, erectus. *Folia* inferne glabra, striata, superne deorsum aspera. *Spica* semipedalis. *Spiculae* 4—5—florae, glaberrimae. *Glumae calycinae* oblique truncatae. *Folliculi* glumis maiores, obtusi.

126. *Triticum repens* calycibus quadrifloris subulatis, acuminatis; foliis planis. LINN. Syft. Veg. p. 127.

In hortis calamitosum, iuxta vias, et ad sepes. Aestate. *Hundsgras*, *Graswurz*, *Peyer*. Pörje, Gyoker, Peyrowykoren.

Spica 3—4 vncialis. *Spiculae* 4—5 et 6—florae. *Glumae calycinae* inaequales, lanceolatae, mucrone rigido terminatae. *Folliculi* valua exterior, acuta, margine ad lentem ferrulato.

TRIGYNIA.

41. HOLOSTEUM.

Cal. 5—phyllus. *Cor.* 5—petala. *Caps.* 1—locularis, subcylindrica, apice dehiscens, denticulis fenis reuolutis.

127. *Holosteum umbellatum* floribus umbellatis. LINN. Syft. Veg. p. 129.

Alpine floribus umbellatis; petalis serratis. HALL. Hist. n. 879.

In aruis argillofis, iuxta vias montanas et circa vineas. Aprili.

Caulis semipedalis, erectus, superne villosulus. Folia radicalia in cespitem congesta, obuerse lanceolata, in petiolum decurrentia; caulina ouato-lanceolata, connato-amplexicaulia. Pedunculi 6—7. in apice caulis umbellam faciunt, floriferi nutantes, fructiferi erecti. Petala parua, alba, unguibus virentibus, apicibus tridentatis.

Classis IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

42. GLOBULARIA.

Cal. communis imbricatus: proprius tubulatus, inferus. *Cor.* labio superiore 2—partito: inferiore tripartito. *Receptaculum* paleaceum.

128. *Globularia vulgaris* caule herbaceo; fol. radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 142. SCOP. Carn. 2. n. 132. In herbidis collibus passim: frequens inter frutices in der Bürgerau. Maio.

Caulis palmaris et spithamalis, basi incurvatus; testus est foliis lanceolatis, acuminatis. Folia radicalia in cespitem congesta, spatulaeformia, in petiolum decurrentia, apice tridentata. Flores in globulum sphaericum caulem terminantem collecti, caerulei.

43. DIPSACVS.

Cal. communis polyphyllus, spinosus: proprius superus. *Receptaculum* paleaceum.

129. *Dipsacus sylvestris* fol. integris, paleis rectis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 143. Austr. t. 402.

Dipsacus capitulo ovato, foliis arcuatis circumvallato; aristis squamarum rectis. HALL. Hist. n. 198.

Dipsacus sylvestris, fol. sessilibus, serratis; aristis fructus erectis. MILL. LEYS. Fl. Halens. Ed. 2. p. 32.

Circa fossas viarum et in dumetis passim. Iunio, Iulio.

Wilde Karrendistel. Bogats-kóró. Sftietka.

Caulis 2—3pedalis, sulcatus, aculeatus. Folia connata, dentibus obtusis margine serrata. Capitulum conicum. Corollae purpureo-caeruleae. Paleae corollis longiores, rigidae, rectae.

130. *Dipsacus laciniatus* foliis connatis, sinuatis. LINN. Syst. Veg. p. 143. JACQV. Austr. t. 403.

In ruderatis et montanis sterilioribus. Iunio.

Caulis angulatus basi pilosus, dein aculeatus. Folia opposita, connata: inferiora pinnatifide laciniata, laciniis lanceolatis, dentatis; summa integra. Capitulum conicum, obtusum. Corollae albae aut carnea. Paleae lanceolatae, rigidae.

131. *Dipsacus pilosus* foliis petiolatis, appendiculatis. LINN. Syst. Veg. p. 143. JACQV. Austr. t. 248.

Dipsacus foliis biauribus; capitulis hemisphaericis. WALL. Hist. n. 199.

In virgultis iuxta viam ad aquaeductum St. Georgii bei der Neumühle. Iulio.

Caulis inferne pilosus, superne aculeatus, angulatus. Folia opposita, petiolata, ad basim foliolis duobus minoribus ornata. Flores in capitulum hemisphaericum collecti caulem ramosque terminant. Paleae flores distinguentes, lanceolatae, acuminatae, fetis hispidae. Corollae albae, infundibuliformes. Antherae atro-purpureae.

44. SCABIOSA.

Cal. communis polyphyllus: proprius duplex, superus. Receptaculum haemisphaericum, paleaceum, f. nudum.

*) *Corollulis quadrifidis.*

132. *Scabiosa succisa* corollulis quadrifidis aequalibus; caule simplici, ramis approximatis; fol. lanceolato-ovatis. LINN. Syst. Veg. p. 144.

Succisa

Succisa caule triflora; floribus conuexis; fol. radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis. HALL. Hist. n. 201. In pratis humidiusculis *unter dem Pazenhäusl*; in nemoribus et syluis *am Gemßenberg*. Augusto, Septembri.

Teufels Abbiß. Sikkatyu-fü, Ördög harapta-fü. Cert Kuföwykoren.

Officin. Herba, radix *Morsus Diaboli*.

Folia radicalia et caulina inferiora in petiolum decurrentia, integerrima aut rariter crenata, vtrinque raris pilis hirsuta. Flosculi saturate caerulei. Paleae herbaceae triangulares. Cal. quadridentatus, villosus.

133. *Scabiosa tatarica*, corollulis quadrifidis radiantibus; fol. lanceolatis pinnatifidis, lobis subimbricatis; caule hispido. LINN. Syst. Veg. p. 144.

Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus; caule hispido; capitulis ante florescentiam imbricatis. HORVATOVSKI Fl. Tyrn. p. 19.

Ad viam prope *Lanschitz* semel reperi: frequenter occurrit ad fossas viarum circa *Tyrnaviam*. Iulio.

Caulis 2—4pedalis, ramosus. Folia opposita, decursive pinnata, raris et longis pilis hirta; ima lobo extimo maximo, lanceolato, serrato, in superioribus et in ramis sublineari, integerrimo: pinnulis lateralibus minimis, distantibus, decurrentibus, recurvulnularis, margine superiore inciso-dentatis, inferiore integris aut vno aliove denticulo instructis. Paleae lanceolatae, membranaceae, concavae, nervo in mucronem exeunte; imbricatae, ante florescentiam in sphaeram coloratam compactae; postea albae, persistentes. Corollae albae. Antherae violaceae. Semina quadrangula, denticulis 8. alternis minoribus coronata.

134. *Scabiosa arvensis* corollulis quadrifidis radiantibus; fol. pinnatifidis incisis; caule hispido. LINN. Syst. Veg. p. 144.

Scabiosa fol. petiolatis, ovato lanceolatis, dentatis; superioribus semipinnatis. HALL. Hist. n. 206.

Vbique in pratis ficcioribus, ad viarum agrorumque margines. Aestate.

Scabioſe. Rühes-fü. Kawyas, Sfkabioza.

Officin. Herba *Scabioſae.*

Foliis diuerſimode ludit: mox enim in tota planta integra ſunt et rariter dentata; mox omnia pinnatifida; mox demum ſuperiora pinnatifida, inferiora dentata.

135. *Scabioſa ſyluarica* corollulis quadrifidis, radiantibus; fol. omnibus indiuiſis, ouato oblongis, ferratis; caule hiſpido. LINN. Syſt. Veg. p. 144. JACQV. Auſtr. t. 362.

Scabioſa latifolia rubro et purpureſcente flore. CLVS. Pann. p. 535. 536.

In ſylueſtribus vmbroſis, in primis montanis. Maio.

Caulis 3—4 pedalis, ramosus, longis et rigidis pilis hiſpidus, et punctis atro-purpureis adſperſus. Folia inferiora in petiolum decurrentia; ſuperiora ſeſſilia, amplexicaulia, ouato-lanceolata, ferrata, hiſpida. Calycis communis foliola lata, lanceolata; proprius ex ſetulis albis conſtat. Corollae purpureae et rubrae.

***) Corollulis quinquefidis.*

136. *Scabioſa columbaria* corollulis quinquefidis, radiantibus; foliis radicalibus ouatis, crenatis; caulibus pinnatis, ſetaceis. LINN. Syſt. Veg. p. 145.

Succifa foliis imis ouatis, ſuperioribus pinnatis, pinnis ſemipinnatis, acutis; ciliis floſculorum longitudine. HALL. Hiſt. n. 202.

In pratis fertiliſſimis vbique; ad agrorum viarumque margines. Aestate.

Caulis pedalis et cubitalis baſi atro-purpureus. Folia radicalia obuerſe ouata, obtuſa, hiſpida, crenata: caulina pinnatifida, infima pinnulis lanceolatis, lobatis, ferratis, decurrentibus, quae ſenſim in ſuperioribus foliis anguſtiores fiunt, vt in ſummis ſimilibus neares, integerrimae. Flores violacei caulem ramosque terminant.

137. Scabiosa *ochroleuca* corollulis quinquefidis radiantibus; fol. bipinnatis linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 146. JACQV. Austr. t. 439.

Scabiosa multifido folio albo flore. CLVS. Pann. p. 537. 538.

In omnibus pratis, collibus siccoribus, ad margines agrorum et iuxta vias. Augusto in autumnum vsque.

Totus habitus prioris. Flores ochroleuci. Antherae albae, transuerse filamento adnexae.

45. SCHERARDIA.

Cor. 1—petala, infundibuliformis, quadrifida. Sem.

2, tridentata.

138. Scherardia *aruenfis* fol. omnibus verticillatis; floribus terminalibus. LINN. Syst. Veg. p. 148.

Scherardia foliis senis, lanceolatis; floribus sessilibus, umbellatis. HALL. Hist. n. 734.

In agris locisque fabulosis circa Danubium. Iunio, Iulio.

Cauliculi palmares, tetragoni, scabri, ramosi. Folia 6—8. elliptico-lanceolata, mucronata; sub umbellis ciliato-pilosa. Flores 3—4. terminales pallide purpurei. Antherae virides polline cinereo. Stigma bifidum.

46. ASPERULA.

Cor. 1—petala, infundibuliformis. Sem. 2. globosa.

139. Asperula *odorata* foliis octonis, lanceolatis; florum faucibus pedunculatis. LINN. Syst. Veg. pag. 148.

Asperula caule erecto; foliis octonis; petiolis ramosis, erectis; seminibus hirsutis. HALL. Hist. n. 728.

In sylvis vbique. Maio, Iunio.

Waldmeister, Sternleberkraut. Erdei-Mester, Tfillag-Sziv-fu, Tfillagos-Maj-fu. Swizel.

Officin. Herba *Marrifyluae*.

Caulis pedalis, simplex, erectus, tetragonus. Folia 8—10. lanceolata, patentia, nervo margineque scabra. Corymbus trifidus caulem terminat. Flores albi. Antherae albae. Germen villosum.

140. *Asperula cynanchica*, fol. quaternis, linearibus: superioribus oppositis; caule erecto; flor. quadrifidis. LINN. Syst. Veg. p. 149.

Asperula caule firmo, ramoso; fol. linearibus, quaternis, summis coniugatis. HALL. Hist. n. 730.

In siccis apricisque collibus, passim. Iulio.

Caulis basi procumbens, dein erectus, duriusculus, obsolete tetragonus. Folia linearia, ad singulum geniculum quatuor, scabriuscula; summa et ramea bina, opposita. Corollae rubellae saturatioribus lineis pictae, ad lentem villosulae. Antherae flavae. Stigmata globosa. Semina punctata.

47. GALIVM.

Cor. 1.—petala, plana. Sem. 2. subrotunda.

*) *Fructu glabro.*

141. *Galium rubioides* fol. quaternis, lanceolato-ovatis, aequalibus, subtus scabris; caule erecto; fructibus glabris. LINN. Syst. Veg. p. 150. SCOP. Carn. 2. n. 146.

Galium fol. quaternis, glabris, ovato-lanceolatis; racemis brevissimis, reflexis, aequalibus. HALL. Hist. Nomencl. n. 720.

Copiosissime in der Pötschen. Iunio, Iulio.

Radix farmentosa, repens, calami crassitie, nigra, geniculis radicans. Caules pedales et lesquipedales, erecti, ramosi, tetragoni, angulis sursum strictu asperis, geniculis tumidiusculis, purpurascens. Folia quaterna, sessilia, duriuscula, lanceolata, 5—6. lineas lata, obtusa, trineruia, marginibus reflexis, subtus pallidiora, nervis orisque spinulis sursum flexis scabra. Flores in apice caulis ramorumque dense paniculati; pedunculis racemosis, diphyllis. Corollae

rollae albae, segmentis ovatis, acutis. Filamenta e segmentis corollae alba, primo erecta, dein effuso poliline reflexa. Antherae flavae; basi bifidae, in medio diuisurae filamentis insident. Stigmata globosa virentia, semina glaberrima. Odor florum melles.

Variar. foliis angustioribus, caule graciliori, glabro.

142. *Galium palustre* fol. quaternis, obovatis, inaequalibus; caulibus diffusis. LINN. Syst. Veg. p. 150.

In pratis humidis et in fossis, passim. Iunio.

Caules prostrati, tetragoni, angulis scabriusculis. Folia inaequalia, lanceolata, obtusa; caulina 4—6. ramea 4. Flores in corymbis trifidis, minimi, albi. Antherae flavae.

143. *Galium vinctorium* foliis linearibus; caulinis ternis; ramorum quaternis; caule flaccido; pedunculis subbifloris; fructibus glabris. LINN. Syst. Veg. p. 150.

In arenosis humidis *am Hellwasser in der Bruckau*. Iunio.

Caulis debilis, 4-gonus, angulis sursum scabriusculis. Folia linearia, inferiora sena; intermedia quina; summa et ramea quaterna. Flores in corymbis trifidis albi. Pedunculi biflori foliolis duobus oppositis suffulti.

144. *Galium verum* fol. octonis, linearibus, sulcatis; ramis floriferis brevibus. LINN. Syst. Veg. p. 150.

Galium floribus paniculatis; fol. octonis, linearibus, sulcatis, glabris; caule ancipiti. SCOP. Carn. I. pag. 341. 2. n. 153.

In collibus, nemoribus ac dumetis ubique. Aestate.

Unser Frauen Bettstroh. Szent Iános viraga, Roschodnjk.

Caulis erectus, cubitalis, obtuse tetragonus, geniculis incrassatis. Folia 8—10. linearia, florente planta reflexa. Flores in panicula densa, flavi.

Gratissimum pabulum Larvae *Phalaenae purpureae*,

145. *Galium Mollugo* fol. octonis, ovato-linearibus; subferratis, patentissimis, mucronatis; caule flaccido; ramis patentibus. LINN. Syst. Veg. p. 150.

Ad vias, sepes, agrorum versuras et inter frutices. Aestate.

Luxurians; caule quadrangulo; foliis latiusculis margine hispida. Flores albi.

Var. 1. *Foliis ex angusta basi sensim latioribus, apice rotundatis; nervo in acumen exeunte.*

Erectum; fol. superne glabris, inferne cum caule hirsutis: Panicula laxa, trichotoma.

Var. 2. *Foliis lanceolatis, spinoso-denticulatis.*

Suberectum. Caulis glaberrimus, nitens. Folia nervo et oris asperissima. Panicula laxa.

Var. 3. *Foliis linearibus, versus apicem spinoso-denticulatis.*

Prostratum. Folia cum caule glabra. Flores in densum racemum conferti.

146. *Galium sylvaticum* fol. octonis, laevibus, subtus scabris: floralibus binis; pedunculis capillaribus; caule laevi. LINN. Syst. Veg. p. 150.

Galium fol. octonis, ellipticis; caule terete. HALL. Hist. n. 712.

Galium album, latifolium, sylvaticum. RYFF. Fl. Ien. Edit. HALLERI p. 4.

In sylvis humidiusculis *unter dem Gensenberg*, Maio.

Facies *Asperulae odoratae*. Caulis pedalis, erectus, tenuis, teres, laevis, ramosus, geniculis tumidiusculis, albis. Folia ovato-lanceolata 8-9. mucronata, stellatim patentia, utrinque glabra, margine fersum strictu aspera. Pedunculi paniculae laxae capillares, duobus foliolis suffulti. Corollae albae, minutae. Antherae flavae.

147. *Galium sylvestre* foliis lineari-lanceolatis, senis et novenis, subalperis, aristatis. POLLICH. Fl. Palat. I. p. 151.

Galium caule anguloso; foliis senis, subalperis, aristatis. HALL. Hist. n. 715.

In sylvis et dumetis montanis abunde. Iunio, Iulio.

*Caulis

Caulis 2—3 pedalis, firmus, teres, laevis, geniculis tumidis, purpureis. Folia 7—9. lineari-lanceolata, duriuscula, inferne cum marginibus glabra, nervis aristis terminatis. Flores in corymbis albi. Antherae flavae.

148. *Galium glaucum* fol. verticillatis, linearibus; pedunculis dichotomis; caule laevi. LINN. Syst. Veg. p. 151. JACQV. Austr. t. 81.

Galium foliis octonis, obtusis supremis lanceolatis; floribus in summa planta fasciculatis. HALL. Hist. n. 716.

Inter frutices et ad margines sylvarum passim. Junio.

Tota planta glauco-virens. Caulis pedalis, erectus, teres, glaber. Folia linearia, glabra, 8—10. in uno verticillo, mucronata, marginibus reflexis et deorsum stricto asperis. Ramificatio prima dichotoma est, dein per trichotomias in plures ramos diuiditur. Vltimi ramuli umbellatim flores gerunt 3—5. albos. Antherae flavae.

**) *Fructu hispido.*

149. *Galium boreale* fol. quaternis, lanceolatis, trineruis, glabris; caule erecto; sem. hispidis. LINN. Syst. Veg. p. 151.

Galium floribus paniculatis; racemis diphyllis; fol. quaternis, trineruis, lanceolatis. SCOP. Carn. 1. p. 343. 2. n. 151.

In pratis vdis in der Mühlau et circa St. Georgen. Maio.

Caulis debilis, erectus, tetragonus. Folia elliptico-lanceolata, marginibus reflexis. Racemi florales diphylli. Corollae albae. Semina hirsuta.

150. *Galium Aparine* fol. octonis lanceolatis, carinis scabris retrorsum aculeatis; geniculis villosis; fructibus hispidis. LINN. Syst. Veg. p. 151. SCOP. Carn. 2. n. 157.

In cultis, dumetis, ad lepes abunde. Maio et per totam aestatem.

Kleb-

Klebkraut, Bézlerlaus. Ragado-fü, Ragadály.
 Caulis tetragonus angulis, et foliis aculeis vncinatis scaber. Flores in ramorum apicibus fasciculati, ex albo flavescentes, exigui. Antherae flavae. Stigmata globosa, alba. Germen hirsutum.

48. RUBIA.

Cor. 1—petala, campanulata. Baccae 2. monospermae.

151. *Rubia tinctorum* foliis annuis, caule aculeato.
 LINN. Syst. Veg. p. 152.

Rubia fatiqa. CLVS. Pann. p. 686.

Inter *Pofonium* et *Theben* legit ELVSIVS. Ego nondum inueni; forte periit? cum in hac plaga omnia prata per Danubium abrepta sint.

49. PLANTAGO.

Cal. 4—fidus. Cor. 4—fida: limbo reflexo. Stamina longissima. Caps. 2—locularis, circumscissa.

*) *Scapo nudo.*

152. *Plantago maior*, foliis ovatis, glabris, scapo tereti; spica flosculis imbricatis. LINN. Syst. Veg. pag. 155.

Var. 1. foliis sinuatis, glaberrimis.

In arenosis sterilibus, et ad vias vbique.

Var. 2. foliis integerrimis, subhirsutis.

In pomariis et herbidis fertilioribus. Aestate.

Breiter Wegerich. Uti-fü, Széles levelü uti-fü. Wólówé Vcho, Welky' Kolozjr.

Nostrae scapus angulosus est; folia 7—neruia, ovata.

153. *Plantago media* fol. ovato-lanceolatis, pubescentibus; spica cylindrica; scapo tereti. LINN. Syst. Veg. p. 155.

Plantago foliis subhirsutis, ellipticis; spica cylindrica, densa. HALL. Hist. n. 659.

In

In pratis arenosis, ad vias et ripas Danubii. Aestate.
Weisser Wegerich. Szörös Uti-fü. Mensly Kolozjr.
 Scapus teres, pilis scapo adpressis hirsutus. Folia ouata, hirsuta, 5—neruia. Filamenta purpurea. Antherae albae.

Ab hac et praecedente *officinalia* sunt Radix et Herba *Plantaginis*.

154. *Plantago lanceolata* fol. lanceolatis; spica subouata, nuda; scapo angulato. LINN. Syft. Veg. p. 155. SCOP. Carn. 2. n. 163. HALL. Hist. n. 656.

In pratis ficcioribus, pascuis et ad vias. Maio.
Spitzwegerich. Hegyes Uti-fü, Pfy-Gazy'cek, Gitrocel.

155. *Plantago maritima* fol. semicylindraceis, integerrimis, basi lanatis; scapo tereti. LINN. Syft. Veg. p. 156.

Plantago Holosteum. SCOP. Carn. 2. n. 164.

In pratis *am Neusiedler See.* Iunio, Iulio.

Scapus teres villis adpressis pubescens. Folia canaliculata, integerrima, aut vno aliove dente in vno latere sursum, in altero deorsum flexo instructa. Antherae flavae.

**) *Caule ramoso.*

156. *Plantago Pfyllum* caule ramoso, herbaceo; fol. subdentatis, recuruatis; capitulis aphyllis. LINN. Syft. Veg. p. 156.

Plantago caulibus erectis, herbaceis; fol. linearibus, patulis; capitulis ouatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 661.

Ad ripam Danubii *in der Pörschen*; in arenosis *bei dem Damm*, et in muris *im Erdödi Garten* frequens. Iulio.

Flöhsamenkraut. Balha-fü, Balha-mag. Ehmeljck.
 Officin. Semen *Pfyllii*.

50. SANGVISORBA.

Cal. 2—phyllus, persistens. *Germen* inter calycem corollanque.

157. *Sanguisorba officinalis* spicis ovatis. LINN. Syst. Veg. p. 158.

Sanguisorba spicis subrotundis; floribus hermaphroditis. SCOP. Carn. 1. p. 286. 2. n. 166.

Pimpinella tetraestemon; spica breui. HALL. Hist. n. 705.

In umbrosis omnium Insularum Danubii; in pratis vdis *unter-dem Pazenhüsl.* Julio, Augusto.

Sperberkraut, Blutkraut. Vêr-fü.

Caulis 2—4—pedalis, glaber, angulatus. Folia pinnata; pinnulis lanceolatis, ferratis, glabris. Ad basim singuli folii stipulae duae, magnae, recurvae, lunatae, margine superiore ferratae. Spicae ovatae atro-purpureae. Antherae concolores, aureo polline plene.

51. CORNUS.

Involucrum 4—phyllum aut nullum. *Petala* super 4. *Drupa* nucleo 2—loculari, loculis 1—spermis.

158. *Cornus mascula* arborea; umbellis involucrum aequantibus. LINN. Syst. Veg. p. 159. HALL. Hist. n. 815.

Cornus arborea, floribus umbellatis; foliis ovatis. SCOP. Carn. 2. n. 170.

In sylvis montanis et insularis. Martio floret; Aprilii folia prodeunt.

Tiendling. Som-fa. Drjn, Drjenka.

Flores umbellati, flavi. Involucri foliola lanceolata, concava, scabriuscula, mucrone nigricante terminata. Petala reflexa. Drupa ovata, rubra, nitens.

159. *Cornus sanguinea* arborea; cymis nudis; ramis rectis. LINN. Syst. Veg. p. 159. HALL. Hist. n. 816.

Cornus arborea; floribus cymosis. SCOP. Carn. 2. n. 171.

In dumetis iuxta Danubium, et in fyluis vbique. Iunio, Iulio.

Hundsbeer. Gyürü - fa.

Flores cymosi, albi. Inuolucrum nullum. Druparotunda, nigra.

52. ALCHEMILLA.

Cal. 8—fidus. Cor. o. Semen 1. calyce inclusum.

160. *Alchemilla vulgaris* foliis lobatis. LINN. Syst. Veg. p. 166.

Alchemilla fol. ferratis, palmatis, feminouemlobis. HALL. Hist. n. 1566.

In pascuis collibusque tenui gramine tectis; *bei Kalzenbrunn* et *Stampfen*. Maio.

Sinau, *Frauenmantel*, *Löwenfuß*. Oroszlán - talp - fü. Lewowá - Noha. Hufnuzka.

Officin. Herba *Alchemillae*.

DIGYNIA.

53. CUSCUTA.

Cal. 4—fidus. Cor. 1—petala, 4—fida. Capf. 2—locularis circumscissa.

161. *Cuscuta europaea* flor. sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 167. SCOP. Carn. 2. n. 176.

Cuscuta europaea floribus sessilibus, confertis, quadridis. RÉTZ. WILLDEN. Fl. Ber. n. 231.

Inter vineas et inter frutices passim, copiose *Ericam vulgarem* inuoluit *bei dem alten Thor über der Lägerischen Mühle*. Iulio.

Filzkraut, *Flachsfeide*. Aranyka, Boldog Aszszonyhaja. Görény - fü, Köszvény - fü. Kokotice.

Officin. Herba *Cuscusae*.

Tota succulenta; aphylla. Flores sessiles in densum fasciculum collecti, quadrifidi, rubelli.

T E T R A G Y N I A.

54. POTAMOGETON.

Cal. o. Petala 4. persistentia. Stylus o. Semina 4.

162. *Potamogeton natans* fol. oblongo-ouatis, petiolatis, natantibus. LINN. Syft. Veg. p. 168. HALL. Hist. n. 843.

In aquis stagnantibus in der alten Au.

Saamkraut, Flußkraut. Uszán-fü, Béka Szöllő.

Folia ouata, acuta, nervosa, integerrima, longe petiolata, aquae supernatantia. Stipulae maximae, lanceolatae, nitentes. Spica floralis ex alis foliorum, recta, densa, cylindrica.

163. *Potamogeton perfoliatum* fol. cordatis, amplexicaulis. LINN. Syft. Veg. p. 168. HALL. Hist. n. 845.

In stagnis in der Pörschen. Iunio.

Folia alterna, amplexicaulia, cordata, versus apicem tenuiter ferrulata. Stipulae nullae. Pedunculi ex summis foliorum alis crassi. Spica floralis semiunciam longa, cylindrica, densa.

164. *Potamogeton densum* fol. ouatis, acuminatis, oppositis, confertis; caulibus dichotomis; spica quadriflora. LINN. Syft. Veg. p. 168.

Tribulus aquaticus minor. CLVS. Pann. p. 713. 714.

Cum priore. Iunio.

Folia cordato-lanceolata, coniugata, vndulata, versus apicem caulis ramorumque dense imbricata, trinervia; nervis conuergentibus. Pedunculus folio brevior, basi stipulis 2. cinctus. Spica globosa, exigua, 4—6—flora. Capsulae ouatae, compressae.

165. *Potamogeton lucens* fol. lanceolatis, planis, in petiolos desinentibus. LINN. Syst. Veg. p. 169.

Potamogeton foliis tenuibus, longissime lanceolatis. HALL. Hist. n. 847.

In stagnis in der Pörschen und alten Au. Iunio.

Stipulae lanceolatae inter caulem flexuosum. Folia lanceolata alterna, mucronata, venis reticulata, diaphana, marginibus subundulatis. Spica uncias 2—3 longa, laxa in valido pedunculo ex aqua eminet.

166. *Potamogeton crispum* fol. lanceolatis, alternis oppositisque, undulatis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 169. HALL. Hist. n. 848.

Tribuli aquat. minoris variet. 2. CLVS. Pann. pag. 713. 715.

Cum prioribus et in Danubio tardius fluente bei der Mühlaubrücke Maio.

Folia alterna, lanceolata, amplexicaulis, undulata, ferrulata, diaphana. Flores in spica cylindrica, laxa 7—9.

167. *Potamogeton compressum* fol. linearibus, obtusis; caule compresso. LINN. Syst. Veg. pag. 169. HALL. Hist. n. 851.

In stagno in der Engerau. Iunio.

Caulis compressus, cespitosus, flexuosus. Folia graminea, lineam lata, uncias 2—3 longa, pellucida, integerrima. Spiculae ex alis foliorum breuiter pedunculatae, pauciflorae.

168. *Potamogeton pusillum* fol. linearibus oppositis alternisque, distinctis, basi patentibus, caule tereti. LINN. Syst. Veg. p. 169.

Potamogeton minimum capillaceo folio. c. v. p. p. 193. Iisdem cum prioribus locis. Maio, Iunio.

Caulis et folia capillacea. Stipulae foliis latiores. Spicula 6—8. flora in pedunculo unciali, inter duas membranaceas vaginulas ad apicem caulis prodit.

55. SAGINA.

Cal. 4—phyllus. *Petala* 4. *Capsf.* I—locularis,
4—valuis, polysperma.

169. *Sagina procumbens* ramis procumbentibus. LINN.
Syst. Veg. p. 169.

Alpine tetrastemon, foliis connatis, lanceolatis. HALL.
Hist. n. 861.

In umbrosis humidis *bei den Landmühlen*. Maio, Junio.
Cauliculi 2—3vnciales, ramosi, diffusi. Folia opposi-
ta, lineari-lanceolata. Petala minima, membrana-
cea, alba. Calyx patens post florescentiam capsulam
inuoluit.

 Classis V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

56. HELIOTROPIVM.

Cor. hypocrateriformis, 5—fida, interiectis dentibus:
fauce clausa fornicibus.

170. *Heliotropium europaeum* fol. ovatis, integerimis, tomentosis, rugosis; spicis coniugatis. LINN. Syft. Veg. p. 184. JACQV. Austr. t. 207.

Heliotropium fol. ovatis, petiolatis; spicis inferioribus simplicibus; supremis gemellis. HALL. Hist. n. 593. In arvis montanis et insularis. Iulio in autumnum vsque.

Sonnenwende. Nap-füve, Napra néző-fü.

Caulis pedalis, ramosus. Folia ovata, petiolata, molli-ter pubescentia. Spicae arcuatae; terminales gemellae; inferiores 1—2. solitariae. Flores albi, secundi. Calyx sessilis, pilosus. Semina in sphaeram compacta, rugosa.

57. MYOSOTIS.

Cor. hypocrateriformis, 5—fida, lobis emarginatis:
fauce clausa squamulis conuexis.

171. *Myosotis arvensis* feminibus laevibus; caule ramo-
sissimo; fol. ovato-lanceolatis, hirsutis. WILLDEN. Fl.
Berol. n. 240.

- Myosotis scorpioides* feminibus laevis; foliorum apicibus callosis. LINN. Syst. Veg. pag. 184. *variet. α)* *arvensis*, fol. hirsutis. Sp. Pl. Ed. Holm. 1. p. 131.
In agris et aruis primo vere.
Caulis et folia hirsuta sunt. Corollae calyce minores.
172. *Myosotis scorpioides* caule subsimplici; fol. linearilanceolatis; feminibus laevis. WILLDEN. Fl. Berol. n. 241.
Myosotis scorpioides β) palustris, fol. glabris. LINN. Sp. Pl. 1. p. 131.
In pratis humidis et circa riuulos. Aestate.
Vergiß mein nicht. Béka Szem-fü.
Tota planta glabra. Corollae calyce maiores.
173. *Myosotis Lappula* femin. aculeis glochidibus; fol. lanceolatis, pilosis. LINN. Syst. Veg. p. 185.
Cynoglossum Lappula. SCOP. Carn. 2. n. 192.
In agris argilloso-sabulosis et iuxta vias. Maio, Junio.
Kleine Hundszunge. Béka-bojtorján.
Caulis pedales, scabri. Folia alterna, sessilia, linearilanceolata, hirsuta. Flores parui, dilute caerulei in spicis incuruis. Semina aculeis incuruis hispida.

58. LITHOSPERMUM.

Cor. infundibuliformis, fauce perforata, nuda. Cal.
5—partitus.

174. *Lithospermum officinale* feminibus laevis; corollis vix calycem superantibus; fol. lanceolatis, LINN. Syst. Veg. p. 185. SCOP. Carn. 2. n. 186.
Lithospermum caule erecto, ramosissimo; floribus calycem vix superantibus. HALL. Hist. n. 595.
Ad viam publicam in der Engerau bei der Kapellen, et in dumetis im Brucker Wald, copiose. Maio.
Steinhirs, Meerhirs. Madár Kőles, Gyöngy Kőles, Nap Kása, Kömagu-fü. Wrabj Semeno.
Officin. Semen *Milii solis* 1. *Lithospermi*.

Caulis pedalis, teres, scaber, ramosus. Folia lanceolata, acuminata, scabra. Flores ex alis foliorum, breuiter petiolati, parui, ex albo flauescentes. Calyx pilosus. Semina alba, nitida.

175. *Lithospermum aruense* femin. rugosis, coroll. vix calycem superantibus. LINN. Syft. Veg. pag. 185. SCOP. Carn. 2. n. 187.

Buglossum floribus alaribus, radice rubra. BOEHM. Lipl. n. 23.

Heliotropium foliis lingulatis, floribus tubulosis. HALL. Hist. n. 594.

In agris et aruis. Aestate.

Radix rubra annua. Caules ramosi, erecti, asperi. Folia lanceolata, pilosa, subtus exiguis tuberculis aspera. Calyx hirsutus longitudine corollae albae. Semina rugosa.

176. *Lithospermum purpurocaeruleum* fem. laeuis; coroll. calycem multoties superantibus. LINN. Syft. Veg. p. 185. JACQV. Austr. t. 14.

Lithospermum caule procumbente, radicato; ramis floralibus erectis. HALL. Hist. n. 596.

Lithospermum repens. CLVS. Pann. p. 684. 686.

In syluaticis lapidosis passim; frequentissime *im Mazengrund über dem Steinbruch*. MAÏO.

Radix nigra, lignosa, plures promit caules simplices, hispido, vno florifero erecto; aliis sterilibus, qui demum procumbunt, et apice radículas emittunt terram intrantes, vt noua soboles generetur. Folia longe lanceolata, hispida. Flores breuiter pedunculati. Cal. hispidus, laciniis linearibus. Corolla magna, speciosa, primo rubra, dein caerulea, tandem purpurascens. Semina glabra, subrotunda.

59. ANCHUSA.

Cor. infundibuliformis: fauce clausa fornicibus; tubo basi prismatico. *Sem.* basi insculpta.

177. *Anchusa officinalis* fol. lanceolatis; spicis imbricatis, secundis. LINN. Syft. Veg. p. 185. scor. Carn. 2. n. 189.

Buglossum angustifolium matth. c. b. p. p. 256.

Circa vias, agros et in ruderatis. Maio, Iunio.

Ochsenzunge. Ökör nyely: Mezei-atratzél. Wolowy Gazyk.

Officin. Flores *Buglossi*.

Tota planta pilosa et scabra. Folia lanceolata. Spicae secundae, coniugatae, incurvatae. Calyces rubelli. Squamae fauces claudentes albo tomento barbatae, retro macula triangulari purpurea pictae.

In sylvis hirsutiem saepe penitus exuit.

178. *Anchusa angustifolia* racemis subnudis, coniugatis. LINN. Syft. Veg. p. 186.

Buglossum foliis linguiformibus, asperis; spicis supremis gemellis. HALL. Hist. n. 599.

Buglossum angustifolium minus. c. b. p. p. 256.

In arenosis in *der Bürgerau* frequens. Iulio.

Caulis pedalis et cubitalis, angulosus, hispidus. Folia lineari-lanceolata, pilosa, margine rariter ac minutissime denticulata; inferiora versus basim sensim angustiora, superiora basi rotundata, amplexicaulia. Racemi florales bifidi. Corollae caeruleae.

60. CYNOGLOSSUM.

Cor. infundibuliformis, fauce clausa fornicibus. *Semina* depressa, aculeata, interiore latere stylo affixa.

179. *Cynoglossum officinale* staminibus corolla brevioribus foliis lato-lanceolatis, tomentosis, sessilibus. LINN. Syft. Veg. p. 186.

Cynoglossum fol. ellipticis, lanceolatis, sericeis; caule folioso. HALL. Hist. n. 587.

Ad vias, in ruderatis et aggeribus, passim. Maio.

Hundszunge. Eb-nyelv, Atratzél, Pszy Gazyk.

Officin. Radix *Cynoglossi*.

180. *Cynoglossum sylvaticum* staminibus corolla brevioribus; fol. lanceolatis, asperis, planis, remotis, subsessilibus. JACQV. Collect. Austr. V. 2. p. 77.

Cynoglossum fol. planis, sessilibus, elliptico-lanceolatis, asperis. HALL. Hist. n. 588.

Cynoglossum folio virente. I. BAVH. Hist. III. pag. 600.

In sylvis *am Gensenberg*. Maio.

Simile praecedenti, sed folia scabra omni tomento destituta laxius obident caulem ac *Cynogl. officinale*. Flores obscure rubri, unilaterales in racemo deorsum reflexo.

61. PULMONARIA.

Cor. infundibuliformis; fauce peruvia, pilosa. Cal. prismatico-pentagonus.

181. *Pulmonaria angustifolia* fol. radicalibus lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 187. HALL. Hist. n. 598.

Pulmonaria angustifolia, caeruleo flore. CLVS. Pann. p. 673. 674. et rubro flore, ibid. p. 676. 677.

In fruticetis *im Mazengrund*, et ad margines sylvarum frequens. Aprili, Maio.

Caulis pedalis, erectus, angulosus, pilosus, scaber. Folia hirsuta, ovato-lanceolata; radicalia in petiolum decurrentia; caulina semiamplexicaulia. Cal. hirsutus, 5-dentatus, longitudine tubi corollae. Corolla primo rubra, dein caerulea.

182. *Pulmonaria officinalis* fol. radicalibus ovato-cordatis, scabris. LINN. Syst. Veg. pag. 187. HALL. Hist. n. 597.

Pulmonaria vulgaris maculoso folio. CLVS. Hist. II. p. 168. et non maculoso folio, ibid. p. 169.

In syluis vbique. Aprili.

Fleckigtes Lungenkraut. Tüdö-fü; Galna-fü. Plicnjk, Plucnjk.

Officin. Herba *Pulmonariae*.

Caulis erectus, pilosus. Folia hirtuta, scabra; radicalia cespitosa, cordata, longe petiolata, petiolis canaliculatis; caulina ovata, sessilia. Calyx pilis simplicibus et glandulosis hirtus. Corollae primo rubrae, dein caeruleae.

62. SYMPHYTUM.

Corollae limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis subulatis.

183. *Symphytum officinale* foliis ovato-lanceolatis, decurrentibus. LINN. Syst. Veg. p. 187. HALL. Hist. n. 600.

Consolida maior. Matthiol. in Dioscor. p. 620.

In pomariis, in umbrosis humidis et pratis paludosis. Maio, Iunio.

Schwarzwurz, Wallwurz. Fekete Nadály, Nagy Nadály. Cerny koreh Swálnikowy koren.

Officin. Radix *Consolidae* maioris.

Radix extus nigra, intus alba. Caulis ramosus foliis decurrentibus alatus, hirsutus. Racemi florales cernui, secundi. Corollae purpureae, rarissime albae. Antherae albae. Pali florales interstamina, integerrimi.

184. *Symphytum tuberosum* fol. semidecurrentibus: summis oppositis. LINN. Syst. Veg. p. 187. JACQV. Austr. t. 225. CLVS. Pann. p. 671. 672.

In humidis syluestribus et in pomariis vbique. Aprili, Maio.

Radix tuberosa, alba. Caulis simplex, pedalis, angulosus, basibus foliorum decurrentium subulatus, terminatus racemis duobus mono- et diphyllis. Folia ovato-lanceolata, hirsuta. Corollae pallide luteae, limbo superne ferrugineo. Pali florales denticulati, albi.

albi. Antherae basi bifidae, fulcescentes. Stylus albus, corolla longior.

63. CERINTHE.

Corollae limbus tubulato-ventricosus: fauce peruia.

Antherae antrorsum hamulis cohaerentes. *Semina* 2. bilocularia.

185. *Cerintho minor* fol. amplexicaulibus integris; corollis acutis, clausis. LINN. Syft. Veg. pag. 187. JACQV. Austr. t. 124.

Cerintho quorundam minor, flauo flore. CLVS. Hist. II. p. 168.

In herbidis bei der Bucklischen Mühle; in pratis intulanicis, et ad agrorum margines. Maio, Iunio.

Fleckenkraut, *Wachsblume*. Párdutz-fü, Szeplö-lapu.

Caulis pedalis et altior, ramosus, per aetatem caerulefcens. Folia glauca, glabra, lanceolata, obtusa et emarginata, integerrima, vel omnia; vel saltem radicalia albo-maculata. Corollae flavae.

64. ONOSMA.

Corolla campanulata, fauce peruia. *Semina* 4.

186. *Onosma echioides* foliis lanceolatis, hispidis; frutibus erectis. LINN. Syft. Veg. p. 188. JACQV. Austr. tab. 295.

Symphytum foliis lingulatis hispidis. HALL. Hist. n. 601.

Cerintho echioides. SCOP. Carn. 2. n. 197.

Anchusa exalbido flore. CLVS. Pann. p. 677. 678.

In aridis montis *Keibel* supra *Theben* et circa rudera arcis *D. Georgii*. Maio.

Gelbe Ochsenzunge. Sárga Atratzél.

Caulis pedalis, ramosus, lignosus, cum foliis lingulatis, setis rigidis, pungentibus, albis hispidus. Calyx pilosus, profunde diuisus. Corollae luteae, speciosae, absque palis.

65. BORRAGO.

Corolla rotata: fauce radiis clausa.

187. *Borrago officinalis* foliis omnibus alternis; calycibus patentibus. LINN. Syft. Veg. p. 188.

Borrago fol. asperis lanceolatis; palis florum duplicatis. HALL. Hist. n. 607.

In hortis eorumque relictamentis, frequens; originis exoticæ iam indigena facta. Aestate.

Borragen; *Herzblümlein*. Borrágo, Kerti ökör nyelv. Ugorka Szágu-fü. Borrák.

Caulis bipedalis, ramosus, hispidus. Folia ovato-lanceolata scabra, setis albis hispida. Pedunculi multiflori. Corollæ cyaneæ, rotatæ. Pali florales duorum ordinum, exteriores emarginati.

66. ASPERUGO.

Cor. infundibuliformis. *Cal.* fructus compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

188. *Asperugo procumbens* calycibus fructus compressis. LINN. Syft. Veg. p. 188. HALL. Hist. n. 606.

Ad sepès, in ruderatis et inter segetes calamitosa, Maio.

Caulis prostratus, angulosus, vndique hamulis albis deorsum directis hispidus. Folia petiolata oblongo-ovata, aspera. Calyx molli lanugine hirtus. Corollæ parvæ, violaceæ.

67. LYCOPSIS.

Cor. infundibuliformis, fauce fornicata, tubo incurvato.

189. *Lycopsis pulla* foliis integerrimis; caule erecto; calycibus frutescentibus inflatis, pendulis. LINN. Syft. Veg. p. 188. JACQV. Austr. t. 188.

Echium pullo flore. CLVS. Pann. p. 679. 680.

In pratis cis et trans Danubium, et iuxta vias frequens.
Maio.

Caulis pedalis, basi incurvatus, ramosus, pubescens.
Folia sessilia, alterna, cordato-lanceolata, obtusa,
integerrima, hirsuta. Flores secundi. Calyx hirsutus
maturante femine inflatus est. Corollae atro-
purpureae, tubo albicante.

190. *Lycopsis arvensis* fol. lanceolatis, hispidis; caly-
cibus florescentibus erectis. LINN. Syst. Veg. pag.
189.

In agris ficcioribus, in primis montanis *hinter dem Schloß*.
Maio, Iunio.

Caulis pedalis, erectus, tuberculofus, hispidus. Folia
lineari-lanceolata, parum undulata, aspera, et pilis
rigidis hispida. Flores in spicis secundi, pallide cae-
rulei, lineis albis picti.

68. ECHIVM.

Cor. irregularis, fauce nuda. Stamina inaequalia.

191. *Echium vulgare* caule tuberculato-hispido; foliis
caulinis lanceolatis, hispidis; floribus spicatis latera-
libus. LINN. Syst. Veg. pag. 190. SCOP. Carn. 2. n.
200.

In aggeribus, agris, montibus aridis et iuxta vias. Ma-
io, Iunio.

Wilde Ochsenzunge. Töviskes Atratzél, Vad Atratzel,
Pirofito-gyöker. Plany Wolowy Gazyk.

Caulis cubitalis, erectus, ramosus, cum foliis lingula-
tis hispidus. Flores in spicis secundis, primo rubri,
dein caerulei.

69. ANDROSACE.

Involucrum umbellulae. Cor. tubus ovatus: ore glandu-
loso. Caps. unilocularis, globosa.

192. *Androsace maxima* perianthiis fructuum maximis.
LINN. Syst. Veg. p. 192. JACQV. Austr. t. 331.

An-

Androsace stipulis quinis, amplissimis. HALL. Hist. n. 624.

Inter segetes insulae Schütz et in pomariis pratisque in der Mühlau. Aprili, Maio.

Nabelkraut. Gomba-fü.

Cauliculi palmares et spithamales, nudi, villosuli, rubelli. Folia ad terram rosaceae expansa, elliptica, acuminata, dentata. Involucrum folia 5, denticulata, patula. Cal. 5—fidus, segmentis ovatis, acutis, denticulatis. Corolla initio carnea, dein alba. Capsula cartilaginea. Semina trigona, fusca.

193. Androsace elongata foliis subdentatis; pedicellis longissimis; corollis calyce brevioribus. LINN. Syst. Veg. p. 192. JACQV. Austr. t. 330.

In faxis roridis in tiefen Weg unser dem Calvariberg. Maio.

Plantula palmaris. Folia radicalia elliptica, supra medium dentata, glabra. Scapus simplex ad lentem villosulus. Involucrum umbellae 5—7—phyllum, foliolis lanceolatis, acuminatis, integerrimis. Pedicelli a femiuncia ad duas uncias longi, 2—7. Cal. 5—fidus, pentagonus, corolla duplo longior. Corollae albae lacinae emarginatae.

70. PRIMULA.

Involucrum umbellulae. Corollae tubus cylindricus: ore patulo.

194. Primula veris foliis dentatis, rugosis. LINN. Syst. Veg. p. 192.

α) *Officinalis*, limbo corollarum concavo.

Vbique in pomariis et nemoribus. Aprili.

β) *Elatior*, limbo corollarum plano.

Apud nos rara; frequentior *Modrae*. Aprili. Schlüsselblumen; Himmelschlüssel. Káta-virag; Szent György-virag; Sarga Kükörits. Kacicka; Pan Bohoweklucky.

Officin. Flores *Paralyseos* s. *Primulae veris*.

71. MENYANTHES.

Cor. hirsuta. Stigma 2—fidum. Caps. I—ocularis.

195. *Menyanthes trifoliata* foliis ternatis. LINN. Syft. Veg. p. 194. SCOP. Carn. 2. n. 212. HALL. Hist. n. 633.

In pratis paludosis bei Tierling et Ivanká. Aprili.
Bitterklee, Fieberklee. Vidra-fü; Keferü harom levelii-fü. Horky-getel.

Officin. Herba *Trifolii fibrini.*

72. HOTTONIA.

Cor. hypocrateriformis. Stamina tubo corollae imposita. Caps. I—ocularis.

196. *Hottonia palustris* pedunculis verticillato-multifloris. LINN. Syft. Veg. pag. 194. SCOP. Carn. 2. n. 213.

Hottonia florum verticillis spicatis. HALL. Hist. n. 632. Millefolium aquaticum, f. Viola aquatica caule nudo. C. B. P. 141.

In fossis paludosis im Schur bei St. Georgen, iam defloratam inueni Iunio.

Folia pinnata, pinnis setaceis simplicibus et ramosis.

73. LYSIMACHIA.

Cor. rotata, 5—fida. Caps. globosa, mucronata, 10—valuis.

*) *Pedunculis multifloris.*

197. *Lysimachia vulgaris* paniculata: racemis terminalibus. LINN. Syft. Veg. p. 195.

Lysimachia fol. ouato-lanceolatis; spicis paniculatis. HALL. Hist. n. 630.

Lysimachia lutea communis. CLVS. Hist. II. p. 50.

Ad riuculos in vallibus fyluarum et in salicetis. Iunio.

Gelber Weiderich. Füzény. Zlutá Wrbina.

Caulis

Caulis bipedalis, erectus, ramosus. Folia bina, terna et quaterna, ovata, acuminata, subtus hirsuta. Florum racemi terminales, densi. Corollae saturate flavae, glandulis adspersae.

***) *Pedunculis unisloris.*

198. *Lyfimachia punctata*, foliis subquaternis, subsessilibus; pedunculis verticillatis, unisloris. LINN. Syft. Veg. p. 196. SCOP. Carn. 2. n. 215:

Lyfimachia lutea II. CLVS. Hist. II. p. 52. Pann. p. 475-476.

Inter frutices in umbrosis über dem Kindsgraben, et circa rivulos bei den Landmühlen. Iunio.

Caulis simplex et ramosus, 1—2—pedalis. Folia elliptica, acuminata, 3—4, utrinque hirsuta, pagina inferiore nigris copiosisque punctulis adspersa. Pedunculi ex alis foliorum, unislori. Calyx villosus. Corollae flavae tubus purpurascens. Filamenta villosa capitatis hirta. Germen angulis purpureis.

199. *Lyfimachia Nummularia* fol. subcordatis; flor. solitariis; caule repente. LINN. Syft. Veg. p. 196.

Lyfimachia caule prostrato; fol. subrotundis; petiolis alaribus, unisloris. HALL. Hist. n. 629.

Ubique in humidis herbidisque pomariis et salicetis. Iunio.

Pfennigkraut. Pénz levelü - fü. Penizek, Babka, Pagácek.

Caulis repens, tetragonus. Folia opposita ex subrotundo ovata, obtusa. Pedunculi ex alis foliorum, unislori. Calycina segmenta cordata, marginibus reflexis. Corollae flavae saepe maculis nigricantibus adspersae.

74. ANAGALLIS.

Cor. rotata. *Capsf.* circumscissa, 1—locularis. *Stigma* capitatum.

200. *Anagallis arvensis* caule procumbente; fol. ovato-lanceolatis; calycis segmentis lanceolatis. HALL. Hist. n. 625. WILLDEN. Fl. Ber. n. 256.

Anagallis arvensis foliis indivisis; caule procumbente. LINN. Syst. Veg. p. 196.

Anagallis phoeniceo flore. c. B. F. p. 252.

In arvis, hortis et inter fegetes. Iulio.

Gauchheil, *rother Hühnerdarm*. Tyuk-Szem. Kurimor.

Caules procumbentes, angulosi. Flores phoenicei, nutantes.

201. *Anagallis caerulea* caule procumbente; fol. ovato-lanceolatis; calycis segmentis subulatis. HALL. Hist. n. 626. WILLDEN. Fl. Ber. n. 257.

Anagallis caeruleo flore. c. B. F. p. 252.

In saliceto ad stagnum in *der Engerau* copiose. Iunio.

Caules basi procumbentes, dein erecti. Flores in pedunculis rectis constanter caerulei.

75. CONVULVULVS.

Cor. campanulata, plicata. *Stigmata* 2. *Capsf.* 2—locularis; loculis dispermis.

202. *Convolvulus arvensis* foliis sagittatis, vtrinque acutis; pedunculis subunifloris. LINN. Syst. Veg. p. 200.

Convolvulus arvensis fol. sagittatis, vtrinque acutis; pedunculis vnifloris; calyce nudo. WILLDEN. Fl. Ber. n. 262.

In agris et aggeribus vbique. Iunio.

Ackerwinde; *Erdwinde*. Kis Fulák; Szúlák. Malj Slak, Swlacec, Pupenec, Poponec.

Corolla ex albo et rubro varia.

203. *Convolvulus sepium* fol. sagittatis, peltice truncatis; pedunculis tetragonis, unifloris. LINN. Syft. Veg. p. 200.

Convolvulus sepium fol. sagittatis, peltice truncatis; pedunculis unifloris bracteatis: bracteis cordatis calyce longioribus. WILLDEN. Fl. Ber. n. 263.

In dumetis et ad sepes. Iulio, Augusto.

Zaunwinde; Glöckenwinde. Nagy Fulák; Fel-fútó. Welky: Slak.

Corolla alba, ampla.

76. CAMPANULA.

Cor. campanulata, fundo clauso valvis staminiferis.

Stigma trifidum. *Caps.* infera; poris lateralibus dehiscens.

*) *Foliis* laevioribus, angustioribus.

204. *Campanula rotundifolia* foliis radicalibus reniformibus; caulinis linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 206.

Campanula minor alpina, rotundioribus imis foliis. CLVS. Hist. II. p. 173.

In herbidis in der Pörschen et alten Au. Iulio.

Wiesenglöckl. Apró harang-virág; Tsengettyü-virág. Zwonek.

Folia radicalia cordata aut reniformia; crenata, longe petiolata: caulina inferiora lanceolata, serrata; superiora linearia integerrima. Caules 2—3 et multiflori. Calycina segmenta subulata. Corollae suae caeruleae.

205. *Campanula parula* fol. strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus; panicula patula. LINN. Syft. Veg. p. 206.

Campanula caule angulato; fol. lanceolatis, serratis; calycinis segmentis erectis, basi dentatis. SCOP. Carn. I. p. 262. 2. n. 227.

In pratis vbique. Maio.

Caulis tesquipedalis, angulosus. **Folia** ima ovata, in petiolum decurrentia, caulina lanceolata, sessilia, crenata. **Pedunculi** in ramis sparsis uniflori. **Calycina** segmenta erecta, basi vtrinque denticulo instructa. **Corolla** pallide caerulea.

206. *Campanula persicifolia* fol. radicalibus obovatis; caulinis lanceolato-linearibus, subferratis, sessilibus, remotis. LINN. Syst. Veg. p. 206.

Campanula Persicae folio. CLVS. Hist. II. p. 171.

In montanis inter frutices, passim. Iunio.

Waldglocken. Örog harang - virág.

Caulis cubitalis, striatus, glaber. **Folia** radicalia obverse lanceolata, obtusa, in petiolum decurrentia; caulina lineari-lanceolata, sessilia, crenata. **Pedunculi** ex alis foliorum, uniflori. **Calycina** segmenta lanceolata. **Corollae** magnae, speciosae, caeruleae. **Germen** et **capsulae** hirsutae.

**) *Foljis scabris, lazieribus.*

207. *Campanula rapunculoides* fol. cordato-lanceolatis; caule ramoso; flor. secundis, sparsis; calycibus reflexis. LINN. Syst. Veg. p. 207.

Campanula fol. cordato-lanceolatis, hirsutis; petiolis unifloris. HALL. Hist. n. 692.

In dumetis inter vineas über dem heiligen Brunn. Iunio.

Caulis cubitalis, angulatus, apud nos plerumque simplex, pilis reflexis scaber. **Folia** cordato-lanceolata, ferrata: inferiora petiolata, superiora sessilia; superne glabra, inferne aspera. **Flores** in spica laxa, spithamali, secundi: pedunculi 1—2—flori. **Calyces** reflexi, hirsuti; segmentis integerrimis. **Corollae** caeruleae ad medium vsque 5—fidae.

208. *Campanula Trachelium* caule angulato; fol. petiolatis; calyc. ciliatis; pedunculis trifidis. LINN. Syst. Veg. p. 208.

Campanula fol. cordato-lanceolatis, acute serratis, hirsutis, petiolis ex alis paucifloris; calycibus hispidis. HALL. Hist. n. 690.

Trachelium foliis Viticæ. CLVS. Pann. p. 687.

Circa sepes et in dumetis montanis ac insularis. Iunio. Fattyú harang-virág.

Caulis cubitalis, angulosus, rubellus, pilis rigidiusculis hispidus. Folia ima longe petiolata, cordata; caulina subsessilia ovato-lanceolata, serrata. Pedunculi plerumque trifidi, triflori. Cal. rigidis albisque pilis hispidus. Corolla magna, violacea, intus pilosa.

209. *Campanula glomerata* caule angulato, simplici; flor. sessilibus; capitulo terminali. LINN. Syst. Veg. p. 208.

Campanula caule simplici, aspero; foliis amplexicaulibus; floribus capitatis. HALL. Hist. n. 685.

In montanis aridis passim; inter frutices montis *Caluarie*. Iunio.

Caulis sesquipedalis, erectus, simplex, angulosus, pilis albis hirsutus. Folia infima cordato-lanceolata, petiolata; media ovato-lanceolata, sessilia: summa amplexicaulia, crenata, hirsuta. E singula basi folii lateraliter per caulem decurrit linea eleuata. Flores in summitate caulis et in supremis foliorum alis sessiles, conglomerati. Calycina segmenta lanceolata, erecta. Corollae paruae, violaceae, intus albis pilis barbatae.

210. *Campanula Cernicaria* hispida; flor. sessilibus; capitulo terminali; fol. lanceolato-linearibus, vndulatis. LINN. Syst. Veg. p. 208.

Campanula caule simplici aspero; fol. lingulatis asperis; floribus capitatis. HALL. Hist. n. 686.

Campanula foliis Echii. c. v. p. p. 94.

In nemoribus montanis et dumetis; *bei dem heiligen Brunn*. Iunio, Iulio.

Borstige Glockenblume. Nyak-ftü.

Tota planta pilis albis, rigidis hispida. Caulis cubitalis, simplex. Folia inferiora in petiolum decurrentia,

decurrentia, lanceolata; superiora sessilia linearia. Flores ex summis 2 vel tribus foliorum alis glomerati. Capitulum terminale subrotundum. Petala caerulea.

***) *Capf. obrectis calycis sinukas reflexis.*

211. *Campanula sibirica* capsulis trilocularibus obtectis; caule paniculato. LINN. Syst. Veg. pag. 209. JACQV. Austr. t. 200.

In pratis; auf der Kapirelwiese, copiose. Iunio.

Caulis pedalis, erectus, striatus, hispidulus, supra medium in ramulos breves diuisus. Folia sessilia, vtrinque villosa et scabra; inferiora versus basim angustata, crenata, marginibus undulatis; superiora lineari-lanceolata, amplexicaulia. Flores laxè paniculati, penduli. Pedunculi ex alis foliorum, imi triflori, summi uniflori. Cal. hirsutus, marginibus rigidis pilis ciliatis; ad basin cuiusque fissurae adnectitur lacinula parua, ciliata, germen et capsulam tegens. Corollae caeruleae, 5-fidae, diameter lin. 5. neruis et laciniis prope faucem raris, longis et albis pilis hirtis. Antherae flavae. Stylus villosulus. Stigma cylindricum albo-flauescens. Capf. trilocularis.

212. *Campanula speculum* caule ramosissimo, diffuso; foliis oblongis, subcrenatis; flor. solitariis; capf. prismaticis. LINN. Syst. Veg. p. 209.

Campanula caule procumbente; fructibus prismaticis; flor. rotatis, longissime petiolatis, solitariis. HALL. Hist. n. 703.

Ad ripam Danubii in gramineis bei der Kapelle in der Engerau semel inueni; frequentior inter segetes in Insula Schütt. Iunio.

Caulis angulatus, palmaris et pedalis. Folia ovata, crenulata: radicalia in petiolum decurrentia; caulina amplexicaulia. Corollae violaceae, rotatae, sub-5-fidae, calyce breuiore.

77. PHYTEVMA.

Cor. rotata laciniis linearibus, 5—partita. *Stigma*
2. f. 3—fidum. *Capf.* 2. f. 3—locularis, infera.

213. *Phytevma spicata* spica oblonga; caps. bilocularibus; foliis radicalibus cordatis. LINN. Syst. Veg. p. 212.

Rapunculus fol. radicalibus cordatis; tubis bicornibus, revolutis. HALL. Hist. n. 684.

In sylvis montanis. Maio.

Caulis sesquipedalis, angulatus, simplex. Folia radicalia longe petiolata, cordata, obtuse ferrata; caulina lanceolata, sessilia. Spica florum terminalis, ovata, densa. Flores ochroleuci. Filamenta undulata, villosa.

78. LONICERA.

Cor. monopetala, irregularis. *Bacca* polysperma, 2—locularis, infera.

*) *Periclymenum; caule volubili.*

214. *Lonicera Caprifolium* floribus verticillatis, terminalibus, sessilibus; fol. summis connato-perfoliatis. LINN. Syst. Veg. p. 215. JACQV. Austr. t. 357.

Ad sepes infra *Paxenhäusl*, et in dumetis sub rudibus arcis *St. Georgii*. Maio, Iunio.

Frutex procumbens, teres, glaber, circa dumeta semet convolvens. Folia inferiora ovata, connato opposita; summa orbicularia, perfoliata, omnia glaucoviridia. Flores in verticillo sex, sessiles, solitarii. Calyx 5—dentatus, minimus. Corollae sesquiunciam longae, ex albo rubellae, suave olentes, bilabatae; labium inferius integrum; superius in 4. laciniis divisum. Antherae flavae. Stigma capitatum, viride. Baccae subrotundae, rubrae.

**) Cha-

***) *Chamaeceraia*; *pedunculis bifloris*.

215. *Lonicera Xylosteum* peduncul. bifloris; baccis distinctis; fol. integerrimis, pubescentibus. LINN. Syst. Veg. p. 216. SCOP. Carn. 2. n. 244.
Caprifolium foliis ovatis, acuminatis, subhirsutis; baccis gemellis. HALL. Hist. n. 677.
 In dumetis et sylvis montanis aequae ac insularis. Maio.
Heckenkirsche; *Fiedelrumpfen*. Ikeres; Vörös Ükörke; Kutya tseresznye.
 Frutex 2—3. cubitalis. Folia opposita, ovata, integerrima, hirsuta. Pedunculi ex axillis foliorum biflori. Corollae primo albae, dein flavescentes, extus pubescentes. Filamenta cum stylo villosa. Baccae geminae, rotundae, rubrae.

79. VERBASCUM.

Cor. rotata, subinaequalis. *Stam.* inclinata, barbata,
Caps. 2—locularis.

216. *Verbascum Thapsus* foliis decurrentibus utrinque tomentosis; caule simplici. LINN. Syst. Veg. p. 219. SCOP. Carn. 2. n. 247. HALL. Hist. n. 581.

In collibus aridis et lapideis, iuxta vias frequens. Aestate.

Himmelbrand; *Königskerze*. Ökör-fark; Kiraly-gyerta; Gyapju-fü. Woloweoko; 'Wolowy' ocafs; Diwina.

Officin. Herba, flores *Verbasci*.

Caulis erectus 3—4—pedalis. Folia amplexicaulia, alterna, ovato-lanceolata, rotunde crenata. Flores in spicis longis, flavi. Corollae monopetalae lacinae duae inferiores, maiores. Barba staminum flavescentis. Pollen antherarum aurantius.

217. *Verbascum Lychnitis* fol. cuneiformi-oblongis, LINN. Syst. Veg. p. 219. SCOP. Carn. 2. n. 248.

Verbascum spica ramosa; fol. ovato-lanceolatis, inferioribus petiolatis. HALL. Hist. n. 583.

Verbascum pulverulentum. I. BAVH. Hist. III. p. 872.

In argillosis iuxta viam *Bazinü bei der Zeile* copiose. Aestate.

Caulis erectus, cubitalis, angulosus. Folia radicalia et caulina infima pedem fere longa, longe lanceolata, dein sensim minora fiunt et caulem totum imbricatum tegunt; summa basi auriculata sunt; omnia sessilia et tomento puluerulento testata. Flores in spicis caulem terminantibus, flavi, minores ac in *V. Thapso*. Filamenta duo longiora, coccinea, inferne tantum barbata.

218. *Verbascum nigrum* fol. cordato-oblongis, petiolatis. LINN. Syst. Veg. pag. 219. SCOP. Carn. 2. n. 249.

Verbascum foliis imis petiolatis, cordato-lanceolatis; superioribus sessilibus, ovatis, acutis. HALL. Hist. n. 584.

In montibus arenosis, ad margines sylvarum et iuxta vias. Iunio, Iulio.

Caulis ramosus, angulatus, glaber, plerumque rubens. Folia oblonga, crenata, superne glabra, inferne subhirsuta. Flores laxè spicati. Corollae flavae, faucibus maculis rubris variegatae. Filamenta omnia barbata. Pollen antherarum flavus.

219. *Verbascum phoeniceum* fol. ovatis, nudis, crenatis, radicalibus; caule subnudo, racemoso. LINN. Syst. Veg. p. 219. JACQV. Austr. t. 125.

Verbascum flore caeruleo, vel purpureo. I. BAVH. Hist. III. p. 875.

Blattaria purpurea. C. B. P. p. 241.

In pascuo *bei dem steinern Kreuz; am Weg nach Ivánka zu*. Maio, Iunio.

Blauer Himmelbrand. Kék Moly-fü. Kek viragu ökör-fark.

Caulis erectus, angulatus, simplex, rarius ramosus, hirsutus, pilis apice viscidis. Folia radicalia rosaceae super terram expansa, ovata, crenata, rugosa, superne glabra, inferne nervis hirsuta: caulina 3—4. parva, cordato-lanceolata, sessilia, rugoso-venosa. Flores in longum terminalemque racemum dispositi. Pedunculi

dunculi graciles, simplices, uniflori, cum calycibus hirsuti, bracteola lanceolata suffulti. Cal. 5—partitus, segmentis 2. minoribus. Corolla rotata, atropurpurea, 5—fida, segmentis 2. superioribus minribus; prope tubum maculis albis picta. Filamenta violacea, superiora tria pilis albis barbata. Antherae reniformes, compressae, nigricantes, polline fulvo. Pistillum purpureum, deflexum. Stigma clavatum.

Flores staminibus omnibus imberbibus aliquoties vidi.

220. *Verbascum Blattaria* fol. amplexicaulibus, oblongis, glabris; pedunculis solitariis. LINN. Syst. Veg. p. 219. SCOP. Carn. 2. n. 251.

Verbascum spica rarissima; fol. glabris, ferratis, cordato-lanceolatis, imis semipinnatis, superioribus amplexicaulibus. HALL. Hist. n. 585.

Blattaria lutea. L. BAVH. Hist. III. p. 858.

In argillofis ad margines vinearum, iuxta viam publicam *hinter dem Calvariberg*. Iunio.

Schabenkraut. Moly-tü; Penész-tü.

Tota planta glabra. Caulis 2—3pedalis, striatus. Folia alterna, amplexicaulia, inciso-ferrata, rugosa. Spicae florales laxae. Corollae flavae. Filamenta rubris villis barbata. Stylus violaceus, glandulosus.

80. DATURA.

Cal. tubulosus, angulatus, deciduus. Cor. infundibuliformis, plicata. Caps. 2—locularis, 4—valvis.

221. *Datura stramonium* pericarpis spinosis, erectis, ovatis; foliis ovatis, glabris. LINN. Syst. Veg. p. 220. STOERCK. de *Datura*, cum icone. SCOP. Carn. 2. n. 152.

Stramonium foliis angulosis; fructu erecto, muricato; calyce pentagono. HALL. Hist. n. 586.

In ruderalis, fimetis, hortorum reiectamentis et iuxta vias. Iulio.

Stechapfel; Tollapfel. Tſuda-fü; Maszlag; Tſat-tantó.

Officin. Herba, ſemen *Daturae*, ſeu *Stramonii*.

Caulis ſesquipedalis, ramosus, teres. Folia anguloſo-dentata, petiolata, deſlexa, glabra. Corolla magna, alba, plicata. Semina reniformia, nigra.

81. HYOSCYAMVS.

Cor. infundibuliformis, obruſa. *Stamina* inclinata.

Capſ. operculata, bilocularis.

222. *Hyoscyamus niger* foliis amplexicaulibus, ſinuatis; floribus ſeſſilibus. LINN. Syſt. Veg. pag. 220. STOERCK. de *Hyoscyamo* cum icone. HALL. Hiſt. n. 580.

Iuxta vias, in ruderatis et ſimeticis vbique. Maio. Junio.

Bilfenkraut. Belénd-fü; Bolonditó-fü. Bly'n. Blén.

Officin. Herba, ſemen *Hyoscyami*.

Caulis bipedalis, ramosus, piloſus. Folia ſeſſilia, amplexicaulia, ſinuato-dentata, villoſa, ſubviſcida. Flores ſeſſiles aut breuiſſime pedicellati. Calyx villoſus, viſcidus. Corolla inaequaliter 5-fida, limbo flauelſcente et venis nigricantibus reticulatis picto; faucē atro-purpurea. Capſulae ſecundae.

82. ATROPA.

Cor. campanulata. *Stam.* diſtantia. *Bacca* globoſa, calyci expanſo impoſita, bilocularis.

223. *Atropa Belladonna* caule herbaceo; foliis ovatis, integris. LINN. Syſt. Veg. p. 221. JACQV. Auſtr. tab. 309.

Belladonna. CLVS. Pann. p. 503. 504.

In ſyluis am *Gemſenberg*, et toto illo tractu verſus *Mordram*. Junio, Iulio.

Tollkirſchen. Nagy-fü; Bolond-fü; Farkas tſereſznye; *Nadrágula.* Nemnica.

Officin. Herba, Radix *Belladonnae*.

Caulis

Caulis tripedalis, altior, herbaceus, apice in tres ramos diuiditur dichotomos. Folia magna, ouata, integerrima. Pedunculi ex alis foliorum vniflori. Corolla purpurea venis reticulatis picta. Filamenta basi barbata. Bacca nigra, nitens, magnitudine cerasi, cui non absimilis.

83. PHYSALIS.

Cor. rotata. Stam. conniuentia. Bacca intra calycem inflatum, bilocularis.

224. *Physalis Alkekengi* foliis geminis, integris, acutis, caule herbaceo, inferne subramoso. LINN. Syst. Veg. p. 222.

Physalis fol. coniugatis cordatis, sinuatis, caule ramoso. HALL. Hist. n. 577.

Solanum vesicarium. C. BAVH. P. p. 116.

In syluestribus in *der alten Au.* Maio, Iunio.

Judenkirschen. Papyonia; Sidó tferesznye, Muhartz; Zidowské Wifne.

Officin. *Baccae Alkekengi.*

Caulis pedalis, teres, ad terram ramosus. Folia ouata, petiolata. Calyx hirsutus per aetatem ruberrimus. Corollae albae, hirsutae. Antherae albae. Stigma conicum, basi annulo flauo cinctum. Bacca rubra, rotunda.

84. SOLANVM.

Cor. rotata. Antherae subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. Bacca 2—locularis.

225. *Solanum Dulcamara* caule inermi, frutescente, flexuoso; foliis superioribus hastatis; racemis cymosis. LINN. Syst. Veg. pag. 223. SCOP. Carn. 2. n. 257.

Solanum scandens f. *Dulcamara.* C. BAVH. P. p. 167,

Ad fepes et in dumetis insularis vbique. Iunio.

Körher Nachtscharten: Je länger, je lieber; Bitterjüß.
 Vörös eb Szöllö; Keserü édes eb Szöllö. Wodnj
 Kalinka. Sladkahorka.

Caulis lignosus, scandens, ramis rubicundis. Folia
 alterna, petiolata; inferiora ovata, integerrima; su-
 periora hastata, partim simplicia, partim trifida.
 Segmentis inferioribus minoribus. Racemi florum
 dichotomi, folio oppositi. Corollae violasceae ad ba-
 sim singuli segmenti superne notatae sunt maculis
 binis, viridibus, inferne albis. Bacca ovata, ru-
 bra.

Planta in solo arenoso aprico recta, minime scandens,
 nec folia hastata habet.

226. *Solanum rubrum* caule inermi, subperennante;
 fol. geminis, ovatis, integerrimis; pedunculis sub-
 umbellatis. LINN. Syst. Veg. p. 224.

In aggere argilloso ad Danubium, *an der Linie am Ende
 der Hollergassen im Blumenthal.* Iunio.

Caulis pedalis, subfruticosus, lignosus, ramosissimus,
 angulosus. Folia plerumque gemina, ovata, inte-
 gra, rarius dentata, in petiolum decurrentia, vtrin-
 que vna cum caule levi tomento incana. Pedicelli
 2—5. insident umbellatim pedunculo communi infra
 folia ex caule exeunti. Baccae rubrae.

Habitu et duratione a sequeute differre videtur.

227. *Solanum nigrum* caule inermi, herbaceo; fol.
 ovatis, dentato angulatis; racemis distichis, nutan-
 tibus. LINN. Syst. Veg. p. 224. HALL. Hist. n. 576.

Solanum officinarum. C. B. P. p. 166.

In cultis, ruderatis, iuxta vias et fossas. Iunio.

Nachtscharten. Eb Szöllö. Blusft.

Officin. Herba *Solani.*

Folliis insigniter variat. Baccae nigrae.

85. RHAMNVS.

Cal. tubulosus, patens: squamis stamina munientibus. Cor. o. Fructus baccatus, 3—4spermus.

*) *Spinosus.*

228. *Rhamnus catharticus* spinis terminalibus; floribus quadrifidis, dioicis; foliis ovatis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 232. SCOP. Carn. 2. n. 259.

Rhamnus fol. spinosis, ovato-lanceolatis, ferratis. HALL. Hist. n. 824.

In dumetis inter vineas über dem heiligen Brunn, et in Insulis Danubii. Maio.

Kreuzdorn; Kreuzbeer. Festő kökény; Has tüztfő-kökény; Szarvas tövés. Bodlák.

Officin. *Baccae spinæ ceruinæ.*

Rami adulti spina terminantur. Folia ovata, ferrata; subtus nervosa, pallida; superne nitentia. Flores ex alis foliorum pedicellati, fasciculati, parvi. Calyx ex viridi flavescens. Petala minutissima inter segmenta calycina tegunt stamina. Antherae flavae. *Feminam florentem non vidi.*

**) *Inermis.*

229. *Rhamnus Frangula inermis*; flor. monogynis hermaphroditis; fol. integerrimis. LINN. Syst. Veg. p. 234. SCOP. Carn. 2. n. 263.

Rhamnus inermis, fol. ovato-lanceolatis integris, floribus quinquefidis, androgynis. HALL. Hist. n. 821.

In nemoribus dumetisque montanis et insularis. Maio.

Faulbaum. Büdös fa; Büdös tferesznye. Krussina.

Folia ovata, acuminata, obiter crenata, e quorum alis prodeunt pedunculi solitarii, vniiflori. Calyx rubellus. Petala alba. Inter segmenta calycis bacca magnitudine pisi, bilocularis; primo rubra, dein nigra.

Cal. patens. Cor. 5—petala. Caps. colorata, 5—gonna, 5—locularis, 5—valuis. Sem. pellicula pulposa, colorata vestita.

230. *Euonymus europaeus* floribus plerisque quadrifidis; foliis sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 238.

Euonymus foliis ovato-lanceolatis, ferratis; ramis tetragonis. HALL. Hist. n. 829.

In marginibus vinearum, sylvis ac dumetis montanis et insularis. Maio.

Pfaffenhütlein; Spindelbaum. Ketske rágó-fa. Bieslen. Rami iuniores virides lineis 4 albis aut rubicundis picti, quae adultiores in totidem alas eleuantur, vt rami quadranguli videantur. Flores primarii ad characterem generis sunt; caeteri omnes numero quaternario omnium partium floris et fructus gaudent. Petala albo-viridia, oblonga, oris reuolutis. Germen viride. Capsula rubra ad lentem villosula.

231. *Euonymus verrucosus* flor. omnibus quadrifidis; ramis verrucosis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 238. Austr. t. 49. SCOP. Carn. 2. n. 268.

Euonymus II. CLVS. Pann. p. 95. 96.

Euonymus flore phoeniceo. I. BAVH. Hist. I. Part. 2. p. 203.

In dumeto über dem Teufelsessel; über den Landmühlen passim; in sylua supra thermas *Bazinienses* copiose. Maio.

Frutex 2—3 cubitalis, et altior. Rami teretes, saepius oppositi; iuniores virentes cum maculis nigris, quae in adultioribus eleuantur in verrucas nigras, duras, corticem exasperantes. Folia breuiter petiolata, ovata, acuta, ferrulata. Pedunculi ex alis foliorum vnciales, in apice sustinent pedicellos binos vix tres lineas longos. Flores tetrandri et tetrapetali. Calycis segmenta et petala phoenicea, vtrinque rubropunctata. Antherae rotundae, flavae. Stylus nullus. Stigma vesicae simile. Capsula quadrilocularis, flavescens continet semina vno latere nigra, altero pallida.

87. RIBES.

Petala 5. et stamina calyci inserta. *Stylus* bifidus.
Bacca polysperma infera.

*) *Ribes inerme*.

232. *Ribes rubrum inerme*, racemis glabris, pendulis; floribus planiusculis. LINN. Syft. Veg. p. 242.

Grossularia rubra. SCOP. Carn. 2. n. 269.

In virgultis *im Kindsgraben*, passimque ad margines vinearum. Aprili, Maio.

Ribessel; *Iohannisbeer*. Vörös Szőlő; Szent Iános Szőlőskéje. Rjbežle.

Officin. Fructus *Ribesiorum*.

Flores racemosi; baccae rubrae.

**) *Grossularia aculeata*.

233. *Ribes Grossularia* ramis aculeatis; petiolorum ciliis pilosis; baccis hirsutis. LINN. Syft. Veg. pag. 243.

Grossularia Vva. SCOP. Carn. 2. n. 270.

In sylva *über der Kaßbergerischen Mühle*. Maio.

Wilde Stachelbeer; *wilde Agrisch*. Vad Egres. Planá Polka.

Pedunculi uniflori. Baccae hirsutae, pellucidae, ex viridi albae.

88. HEDERA.

Umbella inuolucrata. *Petala* 5. oblonga. *Bacca* 5—sperma, calyce cincta.

234. *Hedera Helix* foliis ovatis lobatisque. LINN. Syft. Veg. p. 243. SCOP. Carn. 2. n. 271.

Hedera fol. sterilibus trilobatis; fructiferis ovato-lanceolatis. HALL. Hist. n. 826.

In sylvis supra terram repens, vel arbores scandens; copiosissime *in der alten Au*. Augusto.

Ephen;

Ephen; *Baumwinde*; *Immergrün*. Fai-Borosfyán; Fára futó-Borosfyán. Brectán.

Caulis lignosus. Folia semperverentia, iuniora et inferiora, trilobata, angulata, summa floralia integerrima, ovata. Flores in umbella terminali, densa, subrotunda.

89. VITIS.

Petala apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* 5—sperma, supera.

235: *Vitis vinifera* foliis lobatis, sinuatis, nudis. LINN. Syft. Veg. p. 244. JACQV. Collect. Austr. V. I. pag. 160.

Vitis fol. femitrilobatis, hirsutis, dentatis. HALL. Hist. n. 825.

Vitis vinifera fyluestris, f. *Labrusca*. I. BAVH. Hist. II. p. 96.

In dumetis in der alten Au frequens. Maio.

Wilde Reben. Vad Szőlő-töv. Winny kmen.

Sarmentosa, per vicinas arbores fruticesque scandit.

Folia cordata, triloba, dentata, dentibus mucronatis; superne glabra, inferne nervis petiolisque pilis rigidis inflexis hispida. Autumno folia ruberrimum colorem induunt. Baccae parvae, rubrae.

90. THESIVM.

Cal. I—phyllus, staminifer. *Sem.* I. tubo calycino tectum.

236. *Thesium alpinum* racemo foliato; foliis linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 249. JACQV. Austr. t. 416. SCOP. Carn. 2. n. 173.

Anonymos linifolio. CLVS. Pann. p. 312. 313.

In collibus herbidis ad margines sylvarum vsque. Maio.

Caulis antiqui procumbentes e gemmis producant cauliculos erectos, semipedales, simplices. Folia sparsa, rigida, linearia, acuminata. Panicula florum foliosa.

Flores

Flores plerumque tetrandri, quadrifidi, vidi tamen etiam immixtos pentandros, 5—fidus, rarius triandros, trifidos. Antherae globosae, flavae. Stigma rotundum, album. Fructus ovalis, striatus.

91. VINCA.

Contorta. Cor, hypocrateriformis. Folliculi 2. erecti.
Sem. nuda.

237. *Vinca minor* caulibus procumbentibus; foliis lanceolato-ovatis; flor. pedunculatis. LINN. Syst. Veg. p. 252.

Peruinca caulibus procumbentibus; fol. ovato-lanceolatis, petiolis unifloris. HALL. Hist. n. 572.

In dumetis et sylvis vbiq. Aprili.

Wintergrün; Sinngrün. Börvény; Szász-fü. Zymzelen, Berwjnek.

Pedunculi ex alis foliorum superiorum solitarii. Calyx minutus, 5—fidus. Corolla caerulea, fauce barbata. Antherae pilosae. Germina inuoluta folliculis binis brevissimis. Stigma albis villis hirsutum.

DIGYNIA.

92. ASCLEPIAS.

Contorta. Nectaria 5. ovata, concava, corniculum exferentia. Caps. 2. uniloculares. Sem. papposa.

238. *Asclepias Vincetoxicum* foliis ovatis basi barbatis; caule erecto; umbellis proliferis. LINN. Syst. Veg. p. 259. SCOP. Carn. 2. n. 275.

In montanis lapidosis vbiq., rarius in sylvis. Iunio.

Schwalbenwurz. Szent Lörintz-fü. Fetske fü. Wlasztowicznik.

Caulis erectus, 1—2pedalis. Folia opposita, petiolaria, cordato-ovata, inferne nervis et petiolis villosis. Racemi axillares, subumbellati. Corollae albae, monopetalae, 5—fidae.

93. HERNIARIA.

Cal. 5—partitus. *Cor.* o. *Stamina* 10, alterna sterilia.
Capf. 1—sperma.

239. *Herniaria glabra*. LINN. Syft. Veg. pag. 261.
SCOP. Carn. 2. n. 276.

Herniaria glabra glomerulis multifloris. HALL. Hist. n.
1552.

In arenosis circa Danubium; in *der Engerau* copiose.
Iunio.

Bruchkraut. Kis Ports-fü. Sto. Zrnjčko.

Cauliculi palmares, humifusi, ramosissimi. Folia par-
va, ovata, glabra, e quorum alis prodeunt glome-
ruli multiflori, oblongi. Flosculi virentes. Anthe-
rae globosae, flavae. Germen rotundum.

94. CHENOPODIUM.

Cal. 5—phyllus, 5—gonus, foliolis concavis.
Cor. o. *Sem.* 1. lenticulare, superum.

*) *Foliis angulosis*.

240. *Chenopodium Bonus Henricus* foliis triangulari-
sagittatis, integerrimis; spicis compositis, aphyllis,
axillaribus. LINN. Syft. Veg. p. 261. SCOP. Carn. 2.
n. 278.

Chenopodium fol. triangularibus, undulatis, integerrimis,
subtus farinosis. HALL. Hist. n. 1578.

In fimetis circa hortos et vineas, *unter dem Geisthürl
beim Rappel*. Iunio.

Wilder Spinat. Kenö-fü; Vad Spinätz. Plany' Spínát.

Caulis erectus, pedalis, simplex. Folia petiolata, al-
terna, subtus saponacea farina adspersa. Flores in
spica paniculata, caulem terminante, glomerati, fla-
vescentes.

241. *Chenopodium urbicum* fol. triangularibus, subdentatis; racemis confertis, strictissimis, cauli approximatis, longissimis. LINN. Syst. Veg. p. 261.

In ruderatis et fimetis *am Zuckermandel* copiole. Iunio, Iulio.

Caulis 2—3—pedalis, erectus, fulcatus, glaber. Folia alterna, sinuato-dentata, glabra. Racemi florales spicati, erecti, tenues, virides et cauli paralleli.

242. *Chenopodium serotinum* fol. deltoideis, sinuato-dentatis, rugosis, glabris, uniformibus; racemis terminalibus. LINN. Syst. Veg. p. 261.

Chenopodium fol. glabris, trilobatis, dentatis. HALL. Hist. n. 1582.

Ad fossas paludosas *im Schur bei St. Georgen*. Augusto.

Caulis pede altior, erectus, simplex, fulcatus. Folia subopposita, utrinque glabra, rugosa, inaequaliter dentata, prope basim ad utramque partem profunde incisa. Racemi ex summis foliorum alis vno alioue foliolo instructi. Flosculi glomerati, flavescentes.

243. *Chenopodium murale* fol. ovatis nitidis, dentatis, acutis; racemis ramosis, nudis. LINN. Syst. Veg. p. 261.

Atriplex sylvestris folio sinuato, candicante. C. B. P. p. 119.

In ruderatis, ad vias et muros vbique. Aestate.

Wilde Melde. Ester Parej.

Folia utrinque nitentia, glauca, subtus albidiora. Racemi erecti, glomerati, sessiles.

244. *Chenopodium viride* fol. rhomboideis, dentato-sinuatis; racemis ramosis, subfoliatis. LINN. Syst. Veg. p. 262.

Chenopodium fol. rhomboideis, dentatis, subtus incanis. HALL. Hist. n. 1580.

Chenopodium sylvestre opuli folio. VAILLANT Paris. p. 26. t. 7. f. I.

In oleraceis, et ad sepes. Iunio, Iulio.

Caulis angulatus, viridis, glaber. Folia ovata, sinuata, dentata, superne glabra, subtus farinosa. Spicae glomeratae ad ramorum apices, foliolis interstinctae.

245. *Chenopodium hybridum* fol. cordatis, angulato-acuminatis; racemis ramosis, nudis. LINN. Syft. Veg. p. 262.

Chenopodium fol. glabris, septangulis, floribus paniculatis. HALL. Hist. n. 1581.

Chenopodium stramonii folio. VAILL. Paris. p. 36. t. 7. fig. 2.

Iisdem cum priore locis. Aestate.

Vörös-Laboda; Pokol vár-fü.

Caulis angulatus, viridis aut rubellus, glaber. Folia vtrinque glabra, viridia, venosa, dentibus 7—9 magnis instructa. Panicula valde ramosa.

246. *Chenopodium Botrys* fol. oblongis sinuatis; racemis nudis, multifidis. LINN. Syft. Veg. p. 262.

Chenopodium fol. oblongis, semipinnatis, viscidis, rotunde dentatis. HALL. Hist. n. 1585.

Botrys ambrosioides vulgaris. C. B. P. p. 138.

In arenosis ad Danubium, in der Bruckau copiose. Junio. Traubenkraut; Krottenkraut. Fürtös-fü; Fodorka; Mirha-fü. Hroznjček.

Tota planta viscida odorem aromaticum spargit. Caulis hirsutus, ramosus. Folia semipinnata, hirsuta, luteola. Racemi ex alis foliorum gerunt flores conglomeratos, flavescentes.

247. *Chenopodium glaucum* fol. ovato-oblongis, repandis; racemis nudis, simplicibus, glomeratis. LINN. Syft. Veg. p. 262.

Chenopodium foliis oblongis, sinuatis, subtus incanis. HALL. Hist. n. 1584.

In fimetis ad margines vinearum fere vbique. Aestate. Succulentum; caulibus erectis et decumbentibus, falcatis, glabris. Folia superne viridia, subtus incana, inaequaliter sinuata et dentata.

**) *Foliis integris.*

248. *Chenopodium Vulvaria* fol. integerrimis, rhomboideo-ouatis; flor. conglomeratis axillaribus. LINN. Syft. Veg. p. 262.

Chenopodium caule diffuso, fol. obtuse lanceolatis. HALL. Hist. n. 1577.

Atriplex foetida. C. B. P. p. 119.

Inter olera, in ruderatis et iuxta muros. Iunio.

Schamkraut; *stinkende Melde*, Búdös Laboda; Kutya Laboda.

249. *Chenopodium polyspermum* fol. integerrimis, ouatis; caule decumbente: cymis dichotomis, aphyllis, axillaribus. LINN. Syft. Veg. p. 262. SCOP. Carn. 2. n. 279.

Chenopodium caule erecto; fol. ouatis integris. HALL. Hist. n. 1576.

Blitum polyspermum. C. B. P. p. 118.

In cultis oleraceis. Iunio, Iulio.

Caulis apud nos erectus, glaber, angulatus. Flores in spicis glomerati aut alares solitarii.

250. *Chenopodium Scoparia* fol. lineari-lanceolatis, planis, integerrimis. LINN. Syft. Veg. p. 262. SCOP. Carn. 2. n. 282.

In cultis insulae Schütt circa Bruk et Majorház. Aestate.

Befenkraut. Seprü-fül.

Caulis bipedalis, ramosissimus. Folia subtus nervosa, ciliata. Flores in alis foliorum in globulos sessiles conglomerati.

95. SALSOLA.

Cal. 5—phyllus. *Cor.* 6. *Pericarpium* calycinum
1—spermum. *Sem.* cochleatum.

251. *Salsola Kali* herbacea decumbens; foliis subulatis, spinosis, scabris; calycibus marginatis axillaribus. LINN. Syft. Veg. p. 263.

Kali Fragus. scop. Carn. 2. n. 284.

Kali spinosum cochleatum. c. B. p. p. 289.

Iuxta viam in der Bruckau, am neuen Damm, und in der alten Au, Iunio.

Salskraut. Szaka-fü; Só-fü.

Caules prostrati, prope radicem ramosi. Folia teretia, scabra, mucrone albo terminata. Calyx membranaceus, albus, ouatus. Stylus apud nos bifidus.

96. VLMVS.

Cal. 5—fidus, emarcescens. Cor. o. Bacca exsucca, compresso-membranacea.

252. Vlmus campestris foliis duplicato-ferratis: basi inaequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 265.

Vlmus campestris fol. duplicato-ferratis: basi inaequalibus; flor. subsessilibus, glomeratis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 295.

In syluis montanis et insularis. Martio, Aprili.

Ruften; Ulmbaum. Szél-fa; Alás-fa. Brest.

253. Vlmus effusa fol. duplicato-ferratis: basi inaequalibus; flor. longe pedunculatis, effusis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 296.

Vlmus longioribus florum et feminum petiolis. RVPP. Ien. ed. HALL. p. 330.

Cum praecedente et in Fürstengarten.

Wasser Ulm.

Arbor praecedente altior. Flores post foliationem, longe pedunculati, umbellatim e gemmis prodeunt. Folia subtus albo tomento incana. Capsulae margine tomentoso ciliatae.

97. GENTIANA.

Cor. monopetala, tubulosa. Capj. 1—locularis,
2—valvis. Receptaculis 2. longitudi-
nalibus.

*) *Corollis quinquefidis subcampaniformibus.*

254. *Gentiana Pneumonanthe* corollis quinquefidis, campanulatis, oppositis, pedunculatis; foliis linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 267.

Var. 1. *foliis inferioribus lanceolatis, summis linearibus.*
In herbis montis Caluariae im Kastaniengarten über dem tiefen Weg. Augusto.

Caulis pede humilior, plerumque uniflorus, rarius 3—4florus, valde foliolus. Corollae campanulatae, ventricolae, 5—fidae, inter lacinias maiores totidem minoribus instructae; caeruleae, intus punctis obscure flavis variegatae.

Var. 2. *foliis omnibus linearibus.*

Gentiana angustifolia. CLVS. Pann. p. 284. IV. species. Hist. p. 313.

Eodem cum priore loco ad margines vinearum et inter frutices. Augusto.

Caulis 1—2pedalis, erectus, ruber, 2. 3. et multiflorus. Corollae prioris, sed saturatiores et intus albo-punctatae. In multifloro flores plerumque secundi.

**) *Corollis quinquefidis infundibuliformibus.*

255. *Gentiana Centaurium* coroll. 5—fidis infundibuliformibus; caule dichotomo; pistillo simplici. LINN. Syft. Veg. p. 268. SCOP. Carn. 2. n. 293.

In pratis et pascuis fere vbique. Julio.

Tausendgüldenkraut. Föld epe-fü; Kis Czenturia, Czyntharia; Hljstnjk; Zeme zluć.

Officin. summitates *Centaurii minoris.*

256. *Gentiana Amarella* coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, fauce barbatis. LINN. Syft. Veg. pag. 269.

Gentiana faucibus barbatis; calycis segmentis quinis, aequalibus. HALL. Hist. n. 651.

In herbidis *im Kastaniengarten am Calvariberg*. Augusto.

Plantula vix palmaris, ad terram statim ramosa, cauliculis purpurascens. Folia ovata, acuminata, conjugata, sessilia integerrima. Corollae violaceae, ad faucem membrana alba, lacera barbatae.

V m b e l l a t a e.

I. *Vmbellis simplicibus.*

98. ERYNGIVM.

Flores capitati. Receptaculum paleaceum.

257. *Eryngium planum* foliis radicalibus ovalibus, planis, crenatis; capitulis pedunculatis. LINN. Syft. Veg. p. 271. JACQV. Austr. t. 391.

Eryngium pannonicum latifolium. CLVS. Pann. p. 668. 669.

In pascuo *im Sawinkel auf der Bleiche der Mühlau gegenüber*; ad margines agrorum *bei Carlbürg et deutsch Iändorf* frequens. Julio.

Blaue Mannstreu. Kék tövis.

Caulis 1—2pedalis, erectus, striatus, plerumque simplex, cum pedunculis cyaneus. Folia radicalia longe petiolata, cordato-ovata, plana, crenata: crenis albis mollibusque spinulis terminatis; foliis *Betonicae officin.* non abfimilia: caulina sessilia; ramea demum laciniata, dentata. Flosculi caerulei.

258. *Eryngium campestre* fol. radicalibus amplexicaulibus, pinnato-lanceolatis. LINN. Syft. Veg. p. 271. JACQV. Austr. t. 155.

Eryngium fol. semipinnatis, pinnis pinnatis; pinnulis lobatis, spinosis. HALL. Hist. n. 735.

In pascuis, campis sterilioribus et iuxta vias. Iulio.

Mannstreu; *Donaudistel*. Matska tövis; Szász-fő-fü.

Ördög rákolya. Muszkawjra, Kralowa rit.

Officin. Radix *Eryngii*.

Caulis vix pedalis, erectus, ramosus. Folia semipinnata, pinnis pinnatis, segmentis spina alba terminatis; radicalia petiolata, caulina sessilia; omnia albo-glauescentia, dura, pungentia. Flosculi albi.

99. SANIEVLA.

Umbellae confertae, subcapitatae. *Fructus* fetis incurvis hispida. *Flores* disci abortientes.

259. *Sanicula europaea* foliis radicalibus simplicibus; flosculis omnibus sessilibus. LINN. Syst. Veg. pag. 272.

Sanicula fol. radicalibus trilobatis; lateralibus lobis bipartitis; umbellis globosis. HALL. Hist. n. 737.

Sanicula officinarum. C. BAVH. P. p. 319.

In sylvis montanis *am Gemfenberg*, copiose. Maio.

Schwarzer Sanickel. Szaniczor. Cerna Sanikla.

Officin. Radix *Saniculae nigrae*.

Caulis pedalis, simplex, angulatus, basi rubellus. Folia radicalia longe petiolata, profunde quinqueloba, lobis bi- et trifidis, ferratis. Umbella vniuersalis ex 4 constat umbellulis; flosculi sessiles, albi.

100. ASTRANTIA.

Inuolucra partialia lanceolata, patentia, aequalia, longiora, colorata. *Flores* plurimi, abortientes.

Semina rugosa.

260. *Astrantia maior* foliis quinquelobis: lobis trilobis. LINN. Syst. Veg. p. 272. HALL. Hist. n. 790.

Astrantia nigra. SCOP. Carn. 2. n. 306.

Helleborus niger, *saniculae folio*, maior. C. BA.

186.

Inter frutices ad riuulos sylvarum bei St. Georgen;
Blumenau. Iulio.

Großer Sanickel. Zápótza.

Caulis cubitalis, striatus, prope summitatem ramulos.
Folia petiolata, nitentia, lobis acute serratis, apice
trifidis. Inuolucris folia lanceolata 15—18. ex albo
virentia, subtus venis purpurascens reticulatis
picta.

II. Umbellis compositis.

a) Inuolucro vniuersali, partialique.

101. BUPLEVRVM.

Fructus oblongus, compressus, striatus. *Inuolucr.*
partiale amplum, 5—phyllum. *Petala* inuoluta.
Folia integerrima.

261. *Bupleurum rotundifolium* inuolucris vniuersali-
bus nullis; foliis perfoliatis. LINN. Syst. Veg. pag.
273.

Bupleurum caule brachiato, ramosissimo; fol. ouato-
lanceolatis, amplexicaulibus. HALL. Hist. n. 767.

Perfoliata vulgarissima, aruensis. C. B. P. p. 277.

In argillosis in der Mühlau, frequens. Iunio, Iulia.

Durchwachs. Búvák-fü; 'Altal búvó-fü. Pupková
bjlina.

Caulis palmaris, pedalis, teres, glaberrimus, flexuosus.
Folia alterna, inferiora ouata, amplexicaulia; supe-
riora magis rotundata, per caulem perforata, inte-
gerrima, glauca. Inuolucris partialis foliola mucro-
nata, inaequalia. Flores flauis; petala minutissima,
inflexa.

262. *Bupleurum falcatum* inuolucellis pentaphyllis,
acutis: vniuersali subpentaphyllo; fol. lanceolatis;
caule flexuoso. LINN. Syst. Veg. p. 273. JACQV. Austr.
t. 158.

Bupleurum fol. radicalibus petiolatis, elliptico-lanceo-
latis; caulinis falcatis; caule flexuoso. HALL. Hist.
n. 776. In

In montibus inter vineas et frutices, et ad vias. Iunio.
 Caulis erectus, 2—3pedalis, teres, striatus, purpurascens, flexuosus, alternatim in ramos diuiditur. Folia radicalia obouata, in petiolum decurrentia; caulina lanceolata, margine superiore arcuato, inferiore planiusculo, omnia integerrima, glabra. Inuolucri foliolum vnum caeteris maius. Umbellae radii 7—9. umbellulae 10—16. Petala saturate flaua, inflexa. Semina glabra, conuexa, striata.

263. *Bupleurum iunceum* caule erecto, paniculato; fol. linearibus, inuolucris triphyllis, inuolucellis pentaphyllis. LINN. Syst. Veg. p. 274.

Bupleurum caule ramosissimo; umbellis petiolatis: inuolucris pentaphyllis petiolo breuioribus. HALL. Hist. n. 775.

Mixtum cum priore crescit, sed serius floret.

Caulis erectus, striatus 1—2pedalis. Folia subulato-lineararia. Flores minuti, flauis, paniculati, per totum caulem ex alis foliorum prodeunt. Inuolucrorum foliola subulata.

102. TORDYLIVM.

Inuolucra longa, indurata. Cor. radiatae omnes hermaphroditae. Fructus suborbiculatus, margine crenatus, aculeis sparsis, densis, hispida.

264. *Tordylium maximum* umbellis confertis radiatis; foliis lanceolatis, inciso-ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 275. JACQV. Austr. t. 142.

Caucalis maior. ELYS. Hist. II. p. 201.

In sepimentis vinearum et inter frutices in montanis passim. Iunio.

Caulis sesquipedalis, erectus, fulcatus, hirsutus. Folia pinnata, hispida: pinnis inferioribus ouatis; superioribus lanceolatis, ferratis. Radii umbellae 8—10. Inuolucris partialis foliola subulata. Flores flavescentes. Fructus compressus calyce persistente coronatus.

265. *Tordylium Anthriscus umbellis confertis*; foliol. ovato-lanceolatis, pinnatifidis. LINN. Syst. Veg. p. 275. JACQV. Austr. t. 261.

Caucalis foliis duplicato-pinnatis, neruo multoties latioribus. HALL. Hist. n. 741.

Ad fepes, in dumetis et subsyluestribus. Iunio.

Caulis 2—pedalis, erectus, striatus, pilis rigidis cauli adpressis scaber. Folia pilosa, pinnis lanceolatis, pinnatifidis, supremis serratis. Corollae rubellae. Antherae primo rubrae, dein albae. Fructus ovatus, villis sursum curuis, rubentibus, hispidus.

103. CAUCALIS.

Cor. radiatae: disci masculae. *Petala* inflexo-emarginata. *Fructus* oblongus, striatus, fetis hispidus. *Inuolucra* integra.

266. *Caucalis Daucoides umbellis trifidis, aphyllis; umbellulis trispermis, triphyllis.* LINN. Syst. Veg. p. 276. JACQV. Austr. t. 157.

In sabulosis ad Danubium *bei der Schwarzöhrlichen Mühle* et in fimetis *bei der Salpeterfiederei*. Iunio.

Caules prostrati, ramosi, sulcati. Folia triplicato-pinnata, pinnulis pinnatifido-incisis. Pedunculi angulosi. Inuolucrum uniuersale monophyllum aut nullum. Radii umbellae 3—4: umbellulae 6—7. quorum plerumque 4 abortiunt. Fructus calyce 5—fido coronatur, angulisque muricatus et pilosus est.

104. DAUCVS.

Inuolucrum uniuersale pinnatifidum: partialibus simplicibus. *Cor.* subradiatae, omnes hermaphroditae. *Fructus* pilis hispidus.

267. *Daucus Carota* seminibus hispidis; petiolis subtus neruosis. LINN. Syst. Veg. p. 277.

Daucus inuolucris cauis: communibus pinnatis, peculiaribus lineari-lanceolatis. HALL. Hist. n. 746.

Daucus

Daucus vulgaris. CLVS. Pann. p. 701.
 In pratis, campis arenosis et ad fossias viarum. Iunio.
Wilde gelbe Rüben; wilde Möhren; Vogelnest. Murok,
 Vad Sarga Répa. Planá Mrkwa; Degworec.
 Officin. semen *Dauci sylvestris*.

105. CONIVM.

Innolucella dimidiata, subtriphylla. *Fructus* subglo-
 bosus, 5—striatus, vtrinque crenatus.

268. *Conium maculatum* feminibus striatis. LINN. Syst.
 Veg. p. 278. JACQV. Austr. t. 156.

Cicuta. HALL. Hist. n. 766. STOERCK Libell. de *Cicuta*.

Cicuta maior vulgaris. CLVS. Hist. II. p. 200.

In dumetis, ad sepes et vias, copiose inter vineas et in
 coemeteriis. Maio, Iunio.

Schierling; Tollkörbelkraut. Nagy Bürök; Bötök. Bo-
 lehlaw.

Officin. Herba *Cicutae*.

Caulis 3—4—pedalis, erectus, geniculis tumidis, te-
 res, glaber, rubris maculis vbiq̄ue variegatus. Costae
 foliorum superne sulcatae. Flores albi. Semina
 striata, crenulata.

106. SELINVM.

Fructus ovali-oblongus, compressus, striis dorsali-
 bus quinis eleuatis. *Petala* cordata, aequalia.

Innolucrum reflexum.

269. *Selinum palustre* sublactescens, radice vnica.
 LINN. Syst. Veg. p. 278.

Selinum sublactescens, laeue; foliis quadruplicato-pin-
 natis, linearibus. HALL. Hist. n. 799.

In pratis paludosis *unter dem Pazenhäusel*. Iunio.

Radix mox vna, mox plures ex tubere vnico albo na-
 scuntur. Caulis et femina profunde sulcata, angulis
 membranaceis.

270. *Selinum Caruifolia* caule fulcato-angulato; involucri vniuersali euanido; stylis erectis; petalis conniuentibus. LINN. Syst. Veg. p. 278. JACQV. Austr. tab. 16.

Selinum Caruifolia caule fulcato, acutangulo; fol. triplicato-pinnatis: pinnis latiusculis simplicibus trifidis; foliolis apice mucronatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 322.

In umbrosis humidis in der Förschen, et in saliceto bei der Kapirewiese.

Caulis 2—3pedalis, erectus, profunde sulcatus, angulis tenui albaque membrana, undulata siccis. Folia multiplicato-pinnata, petiolo striato. Foliola pinnatifida trifida, mucrone albo terminata. Involucrum vniuersale 1—2phyllum aut nullum: partiale foliolis fubulatis. Semina ovata, sulcis 3. exarata. Styli in fructu maturo reflexi, albi.

107. ATHAMANTA.

Fructus ovato-oblongus, conuexus, striatus. Petala inflexa, emarginata.

271. *Athamanta Libanotis* foliis bipinnatis, plenis; umbella hemisphaerica; seminibus hirsutis. LINN. Syst. Veg. p. 279. JACQV. Austr. t. 392. 393.

Libanotis fol. triplicato-pinnatis, pinnulis primis decussatis; umbellis globosis. HALL. Hist. n. 744.

Libanotis Riuiiana. SCOP. Carn. 2. n. 316.

In lapidosis inter vineas passim. Iulio.

Caulis 3—4pedalis, erectus, profunde sulcatus, glaber, ramosus. Foliorum pinnae pinnatifidae, infimae prope costam sursum deorsumque diuergentes. Umbellae in globum contractae. Styli purpurascentes. Sem. oblonga, hirsuta.

272. *Athamanta Cernaria* fol. pinnatis, decussatis, inciso-angulatis; seminibus nudis. LINN. Syst. Veg. p. 279. JACQV. Austr. t. 69.

Athamanta Ceruaria fol. duplicato-pinnatis; foliolis oblongis, obtusis, trilobis, dentato-serratis: serraturis mucronatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 323.

Sefeli montanum latifolium. CLVS. Pann. p. 691.

In arenosis apricis montium syluosorum. Iulio.

Schwarze Hirschwurz; *schwarzer Enzian*. Einreke; He-gyi Petre'selyem.

Caulis 3—4—pedalis, firmus, dichotomus. Folia dura, duplicato-pinnata, dentata; terminalia triloba in petiolum decurrentia. Umbella vniuersalis magna, plana. Inuolucra reflexa.

273. *Athamanta Oreoselinum* foliolis diuaticis. LINN. Syst. Veg. p. 279. JACQV. Austr. t. 68.

Athamanta Oreoselinum foliis triplicato-pinnatis: foliolis lanceolatis, trifidis, integerrimis, diuaticis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 324.

Oreoselinum. CLVS. Pann. p. 694. 695.

In pascuis montanis aridis *am Calvariberg*. Iulio.

Caulis 1—2pedalis, teres, striatus. Folia firma, pinnatifide laciniata, acuta, subtus venosa, ramis refractis patentissimis. Inuolucrum vniuersale breue, reflexum, numero foliolorum inaequale, mox enim 2—3, mox plura adfunt. Umbella vniuersalis convexiuscula.

108. PEUCEDANVM.

Fructus ovatus, vtrinque striatus, ala cinctus. *Inuolucra* brevissima.

274. *Peucedanum alsaticum* foliis pinnatifidis: laciniis trifidis, obtusiusculis. LINN. Syst. Veg. pag. 280. JACQV. Austr. t. 70.

Selinum fol. quadruplicato-pinnatis; nervis canaliculatis. HALL. Hist. n. 798.

Vmbellifera alsatica magna; *umbella parva sublutea*. I. BAVH. Hist. III. Part. 2. p. 106.

In apricis montosis *am Schloßberge*; in sabulosis *in der Pörschen* et iuxta vias passim. Iulio, Augusto.

Caulis

Caulis 2—3pedalis erectus, striatus, angulatus, ramosissimus. Folia multiplicato-pinnata; foliola profunde trifida, quadrifida, vel etiam pluries incisa; laciniis lanceolatis planis, acutis. Umbellae planae. Inuolucrum vniuersale 5—6—phyllum, foliolis angustis, acutis, patulis. Petala flaua, ouata. Semina ouata, glabra, striis tribus in membranulam eleuatis pallidisque notata.

109. LASERPITIUM.

Fructus oblongus; angulis 8. membranaceis. *Petala* inflexa, emarginata, patentia.

275. *LasERPitium latifolium* foliolis cordatis, ineisoferratis. LINN. Syst. Veg. p. 281. JACQV. Austr. tab. 146.

Seseli aethiopicum Matthioli. CLVS. Pann. p. 693.

In nemoribus montosis et ad margines sylvarum *am Gensenberg. Iulio.*

Weisse Hirschwurzel.

Caulis 1—2cubitalis, brachiatus, glaber. Folia ampla, duplicato-pinnata; foliola ouato-cordata, serrata, acuta. Umbella amplissima, conuexa, radiis constat ad 50. Inuolucris vniuersalis foliola 5—10. acuminata. Flores albi.

276. *LasERPitium prutenicum*, foliol. lanceolatis, integerrimis: extimis coalitis. LINN. Syst. Veg. p. 281. JACQV. Austr. t. 153.

In pratis humidis *unter dem Pazenhäusel. Iunio, Iulio.*

Caulis 3—4pedalis, striato-angulatus, basi saepe purpurescens pilisque albis hirsutus. Folia inferiora subbipinnata, superiora minus diuisa. Costa foliorum basi membranacea, antice canaliculata, cum petiolis foliorum hirsuta. Foliola lanceolata, glabra, pinnatifida, mucronata, subtus ad neruos pilosula. Inuolucra reflexa foliolis margine membranaceis, albis. Radii umbellae ad 20. Flores albi. Seminum alae marginales dorsalibus latiores.

110. HERACLEVM.

Fructus ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, membrana cinctus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Inuolucrum* caducum.

277. *Heracleum Sphondylium* foliolis pinnatifidis laevis; floribus uniformibus. LINN. Syst. Veg. p. 282. *Sphondylium* foliis hirsutis, pinnatis; pinnis quinquefidis. HALL. Hist. n. 809.
 In pomariis, pratis umbrosis et nemoribus. Iunio.
Bärenklau. Medve talp-fü. Nedwedj-noha.
Caulis 3—4pedalis, fulcatus, hirsutus, scaber. *Folia* ampla, hirsuta, pinnis pinnatifidis, ferratis. *Inuolucrum* vniuersale 1—2phyllum, saepe plane nullum; partiale polyphyllum. Flores albi.

111. ANGELICA.

Fructus subrotundus angulatus, solidus, stylis reflexis. *Vmbellae* globosae. *Corollae* aequales: petalis incuruis.

278. *Angelica sylvestris* foliolis aequalibus, ovato-lanceolatis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 284.
Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovatis, ferratis. HALL. Hist. n. 806.
 In subtyluestribus circa aquaeductus et riuulos *bei den Landmühlen.* Iulio.
Engelwurz; Angelika, Angyelika; Angyalfü. Angelická.
Officin. Radix, semen *Angelicae.*
Caulis pollice crassior, 4—6pedalis. *Vaginae* foliorum latae. *Foliola* ovata, aequalia et lobata. *Vmbella* ampla. *Inuolucrum* vniuersale monophyllum aut nullum; partiale polyphyllum reflexum. Flores ex albido purpurascetes. *Fructus* alae marginales cum stylis violaceae: striae dorsales versus apicem sensim latiores fiunt.

Fruclus subovatus, striatus. *Inuolucrum* polyphyllum;
Petala aequalia cordata.

279. *Sium latifolium* foliis pinnatis; umbella terminali.
LINN. Syst. Veg. p. 284.

Sium latifolium foliis pinnatis, argute dentatis; umbel-
lis terminalibus. WILLDEN. Fl. Ber. n. 328.

Sium angustifolium. JACQV. Austr. t. 67.

In paludosis am *Neusiedler See*. Iulio.

Caulis erectus 1—2pedalis, angulatus, sulcatus, dichotomus. Pinnulae foliorum subsessiles, ovatae, acutae, ferratae, parium 6. cum impari. Umbellae parvae dichotomiam caulis ramorumque terminant. Inuolucrum utrumque polyphyllum; foliolis integris, acuminatis et reflexis. Flores albi.

280. *Sium angustifolium* fol. pinnatis; umbellis axillaribus, pedunculatis; inuolucro vniuersali pinnatifido.
LINN. Syst. Veg. p. 284.

Sium latifolium. JACQV. Austr. t. 66.

In fossis vdis et paludosis in der *Mühlau*, *Pörschen*, und im *Schur bei St. Georgen*. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, cubitalis et altior, sulcatus, glaber. Folia pinnata; inferiora parium 5. cum impari ovato-lanceolata; superiora parium 3. 4. cum impari linearia; omnia sessilia, ferrata, dentibus mucrone terminatis. Umbellae pedunculatae e geniculis caulis ramorumque prodeunt. Inuolucrum vniuersale 5—6—phyllum, foliolis pinnatifidis. Flores albi.

281. *Sium Ealcaria* foliol. linearibus, decurrentibus, connatis. LINN. Syst. Veg. p. 284. JACQV. Austr. t. 257.

Sium foliis firmis, ferratis, pinnatis, neruo folioso, latescente. HALL. Hist. n. 782.

Vbique in montanis, ad vias, inter frutices et segetes. Iulio.

Sichelkraut.

Costa foliosa diuiditur in angustas, longas, dentatas et planas lacinias. Caulis erectus, 2—pedalis, striatus, glaber. Inuolucris vniuersalis foliola circiter 8. inaequalia, setacea, integra: partialia similia sed breviora. Flores albi. Semina oblonga, glabra, hinc plana, illinc sulcata, striis 5. prominentibus.

113. OENANTHE.

Flosculi difformes: in disco sessiles, steriles. *Fructus* calyce persistente et pistillo coronatus.

282. *Oenanthe fistulosa stolonifera*; foliis caulinis pinnatis, filiformibus, fistulosis. LINN. Syst. Veg. pag. 285.

Oenanthe fol. radicalibus rotunde lobatis, planis; caulinis fistulosis. HALL. Hist. n. 755.

In pratis paludosis *im Schur bei St. Georgen*, et in fossis aquosis *bei Ratzdorf*. Iunio.

Caulis pedalis, erectus, teres, fistulosus, basi rubellus. Folia radicalia plana: caulina fistulosa, simplicia et pinnata, pinnulis filiformibus, breuibus. Inuolucrum vniuersale monophyllum aut nullum; parziale polyphyllum, foliolis lanceolatis. Umbellae radii 3—6: umbellulae subrotundae. Flosculi parui, albi. Styli per aetatem rigidi, fusci. Fructus globosi.

b) *Inuolucris partialibus: vniuersali nullo.*

114. PHELLANDRIVM.

Flosculi disci minores. *Fructus* oblongus, glaber, leviter striatus, coronatus calyce conspicuo et stylis securis.

283. *Phellandrium aquaticum* foliorum ramificationibus diuaticatis. LINN. Syst. Veg. p. 286. SCOP. Carn. 2. n. 363.

Phellandrium foliis refractis. HALL. Hist. n. 757.

Cicutaria palustris tenuifolia. C. BAVH. P. p. 161.

In stagnis in der Pötschen und alten Au. Iunio.
Vizi kapor.

Caulis saepe vncialis et maioris diametri, aquis immer-
sus copiosas, longas tenuesque fibras e geniculis
emittit. Folia bi-tripinnata; pinnulis paruis, inci-
sis; supremis confluentibus. Involucella 7—phyl-
la, foliolis filiformibus. Flosculi minuti, albi. Fru-
ctus 10—striatus calyce 4—dentato coronatus. Sty-
li reflexi.

115. CICUTA.

Fructus subovatus, sulcatus. *Petala* regularia
bifida.

284. *Cicuta virofa* umbellis oppositifoliis; petiolis mar-
ginatis, obrufis. LINN. Syft. Veg. p. 286.

Sium foliis duplicato-pinnatis; pinnulis trifidis et sim-
plicibus, acute ferratis. HALL. Hist. n. 781.

In stagnis in der Pötschen und alten Au. Iulio.

Wasserschierling. Méreg-Bürök; Vizi méreges Bürök.

Caulis erectus basi fere vncialis diametri, striatus, gla-
ber et geniculatus. Folia inferiora petiolata; luma-
ma subsessilia, tripinnata, pinnulis lanceolatis sim-
plicibus et dentatis. Pedunculi foliis oppositi, striati.
Involucelli folia 8—10. subulata. Flores
albi.

116. AETHUSA.

Involucella dimidiata, triphylla, pendula. *Fructus*
subrotundus, sulcatus.

285. *Aethusa Cynapium* foliis conformibus. LINN. Syft.
Veg. p. 286. SCOP. Carn. 2. n. 339.

Cicuta minor perroselino similis. C. BAVH. P. p. 160.

In cultis vbique. Aestate.

Hundspetererfill. Adázó Bürök; Kutya Petre'selyem.

Caulis sesquipedalis, teres, striatus, glaber, basi ru-
bellus. Folia bipinnata, nitentia, suprema e vagi-
nis

nis bifidis. Inuolucella 3—4phylla, longissima. Flores albi. Semen 4. sulcis exaratum.

117. SCANDIX.

Fructus subulatus, rectis stylis terminatus. *Cor.* radiata. *Petala* emarginata. *Flosculi* disci saepe masculi.

286. Scandix *Cerefolium* seminibus nitidis, ouato-subulatis; umbellis sessilibus, lateralibus. LINN. Syst. Veg. p. 287. JACQV. Austr. t. 390.

Cerefolium foliis glabris, triplicato-pinnatis, lobulis obtusis. HALL. Hist. n. 747.

Inter frutices et ad margines vinearum. Iunio.

Körbelkraut. Turbolya; Olasz-Saláta. Kerbljk; Trebulka.

Officin. Herba *Chaerefolii*.

Tota odore aromatico gaudet. Caulis 1—2—pedalis, erectus, teres, geniculis tumidis, basi ruber. Folia triplicato-pinnata, superne glabra, inferne raris pilis hirta. Inuolucella 4—5—phylla, foliolis lanceolatis, hirsutis. Flores albi.

118. CHAEROPHYLLUM.

Inuolucella reflexa, concava. *Petala* inflexo-cordata. *Styli* reflexi. *Fructus* oblongus, laevis, nitens.

287. *Chaerophyllum sylvestre* caule laevi, striato; geniculis tumidiusculis. LINN. Syst. Veg. pag. 288.

JACQV. Austr. t. 149.

Cerefolium foliis acute dentatis, triplicato-pinnatis, glabris; nervis hirsutis. HALL. Hist. n. 748.

In pomariis, pratis umbrosis et ad sepes. Maio.

Caulis erectus 2—4pedes altus, teres, profunde sulcatus, inferne pilosus. Folia triplicato-pinnata. Costae hirsutae antice carinatae oriuntur ex vagina brevi, striata, intrus margine pilosa. Pinnulae lanceolatae, acutae, inciso-ferratae, nitidae, superne glabrae, subtus ad nervos marginesque hirsutae. In-

volucelli folia acuminata, marginè ciliata. Flores albi. Semina atrouirentia, nitida.

288. *Chaerophyllum bulbosum* caule laeui, geniculis tumido, basi hirtò. LINN. Syst. Veg. pag. 288. JACQV. Austr. t. 63.

Myrrhis radice bulbosa; caule inferne hirtò, superne laeui: fol. triplicato-pinnatis, acutis, incisis. HALL. Hist. n. 752.

Cicutaria pannonica. CLVS. Pann. p. 703.

In dumetis et marginibus vinearum. Iunio.

Peperle; *Peperl/allar*. Barabóly; Bubolitska; Mogyoro-Saláta. Kekosfky.

Radix subrotunda, bulbosa, alba, nobis esculenta. Caulis teres, pulpa alba infarctus, basi ad tertium vsque geniculum pilis albis, rigidis hirtus; superne glaberrimus, rubro-maculatus. Folia triplicato-pinnata, acuta, incisa, inferiora rariter pilosa. Costa hirsuta. Involucella foliolis 5—7. inaequalibus, tubulatis. Semina laeui.

289. *Chaerophyllum temulum* caule seabro, geniculis tumidis. LINN. Syst. Veg. p. 288. JACQV. Austr. t. 65.

Myrrhis fol. hirsutis; laciniis obtusis, caule geniculato. HALL. Hist. n. 750.

Cicutaria latifolia, hirsuta. I. BAVH. Hist. III. p. 182.

In dumetis, sepibus, et circa aquae ductum *bei den Landmühlen*. Maio, Iunio.

Caulis striatus, rubro-maculatus, fistulosus, hirsutus, geniculis tumidis. Folia duplicato-pinnata, hirsuta; pinnulis subovatis, lobato-incisis, ferratis, inferne nitentibus. Petioli vaginantes, hirsuti. Involucrum vniuersale saepe monophyllum. Involucella acuta, reflexa. Flores plerique abortientes, albi. Semina cylindrica, striata, stylis patentibus terminata.

119. SESELL.

Umbellae globosae. *Inuolucellum* foliolo vno alteroue.
Fructus ouatus, striatus.

290. *Seseli glaucum* petiolis ramiferis membranaceis, oblongis, integris; foliolis singularibus binatisque, canaliculatis, laeuibus, petiolo longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 289. JACQV. Austr. t. 144.

Peucedanum pannonicum. CLVS. Pann. p. 696.

In ficcioribus juxta vias inter vineas über dem heiligen Brunn. Julio, Augusto.

Caulis bipedalis, erectus, ramosus, geniculatus, glaucus. Folia radicalia bi- et subtripinnata, dein ternata; summa simplicia. Petioli membranacei, canaliculati, striati. Pinnulae lineares, angustae, acutae. *Inuolucelli* foliola tetacea. Flores albi. Semina ouata, hinc plana, inde conuexa, sulcis 5. exarata.

291. *Seseli annuum* petiol. rameis membranaceis, ventricosis, emarginatis. LINN. Syst. Veg. p. 289. JACQV. Austr. t. 55.

Saxifraga pannonica multifido folio. CLVS. Pann. p. 697, 698.

In apicis herbidisque montibus vbique. Augusto.

Caulis pedalis, erectus, striatus, rariter ad apicem ramosus. Petioli striati, marginibus membranaceis, suae rubentibus. Folia bipinnata, laciniata; laciniis linearibus. *Inuolucelli* foliola lanceolata, marginibus membranaceis albis. Flores albi.

292. *Seseli tortuosum* caule alto, rigido; foliol. linearibus, fasciculatis. LINN. Syst. Veg. p. 289.

Seseli tortuosum caule rigido, inde a basi laxo ramoso, ramis diffusis, tortuosis; fol. bipinnatis, foliolis linearibus, longissimis; seminaibus striatis, scabritie exasperatis. WULFEN in JACQV. Collect. Austr. V. 1. p. 330.

Foeniculum tortuosum. I. BAYH. Hist. III. Part. 2. pag. 16.

In ficcis et apricis marginibus sylvarum; *im Holzschlag unter dem Gemsenberg*. Augusto.

Caulis 2—3pedalis, durus, oblique striatus, glaber. Folia per trichotomias diuisa, segmentis oppositis denuo diuisis in pedunculos sustinentes foliola 2—4. angusta, vncia longiora integerrima, sensim in acumen attenuata. Inuolucrum vniuersale nullum aut 1—2—phyllum, foliolis breuissimis: parziale constat foliolis numerosis, setaceis. Flores flauescentes. Semen oblongo-ouatum, striatum.

293. Sefeli *Hippomarathrum*, inuolucellis connatomonophyllis. LINN. Syst. Veg. p. 289. JACQV. Austr. t. 143. SCOP. Carn. 2. n. 358.

In montibus apricis *bei Kaltenbrunn und Theben*. Iulio.

Tota planta glaberrima. Caulis 2—pedalis, erectus, tenuissime striatus, supra medium ramosus. Folia tripinnata, glauco-virentia oriuntur ex vagina caulem amplexante, intus rubella. Costa vniuersalis, teres, antice sulco notata; laterales oppositae sunt. Foliola linearia, duriuscula, obtusa, neruo in mucronem desinente, semiunciam et vnciam longae. E vaginis foliorum integris prodeunt pedunculi umbelliferi. Radii umbellae 8—10. inaequales. Inuolucrum parziale 1—phyllum, peluiforme et multidentatum. Flores flauescentes. Semina oblonga, dorso sulcis 5. exarata.

c) *Inuolucro nullo; nec vniuersali, nec parrialibus.*

120. PASTINACA.

Fructus compresso-planus, ellipticus, marginatus
Petala inuoluta, integra.

294. *Pastinaca sativa* foliis simpliciter pinnatis. LINN. Syst. Veg. p. 290. SCOP. Carn. 2. n. 233.

In pratis, ruderatis et ad vias vulgarissima.

Pasternak; Bastinak. Paszternák; Mõh-répa. Pastr'nak.
Officin. semen *Pastinacae syluestris.*

121. SMYRNIVM.

Fructus hemisphaericus, striatus. Petala acuminata, carinata.

295. *Smyrniium perfoliatum* foliis caulinis amplexicaulibus. LINN. Syst. Veg. p. 290.

Smyrniium creticum. MATTHIOL. in DIOSCORID. p. 566.

Smyrniium peregrinum rotundo folio. C. BAVH. P. pag. 154.

Inter frutices in cacumine montis *Kobel* supra *Theben*.
Majo, Iulio fructus maturant.

Tota planta glaberrima. Radix tuberosa, oblonga, alba. Caulis pedalis et cubitalis, ramosus, geniculatus, basi teres dein angulosus: angulis membrana lacera, rigidiuscula alatis. Folia radicalia biternata, foliolis subcordatis, ferratis; extimo maximo: caulinum infimum ternatum petiolo instruitur vaginante striato; caetera sunt amplexicaulia, cordata, acuta, inaequaliter ferrata, summa sensim rotundiora. Rami et pedunculi ex alis foliorum. Umbellae radii 4—9 compressi; umbellulae ad 18. Petala minutissima valde fugacia, flava. Fructus latere compressus, stylis reflexis breuibis terminatus. Semen subrotundum, nigrum; dorso lineis tribus elevatis. Vide Tab.

122. ANETHVM.

Fructus subovatus, compressus, striatus. Petala involuta, integra.

296. *Anethum graecolens* fructibus compressis. LINN. Syst. Veg. p. 290.

Anethum hortense. C. BAVH. P. p. 147.

Vbique in hortis calamitosum fere. Aestate,

Umorkenkraut; Dillen. Kapor-fü. Kopr.

Officin. Herba, semen *Anethi*,

123. CARVM.

Fructus ovato-oblongus, striatus. *Involucrum* universale saepe monophyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.

297. *Carum Carui*. LINN. Syft. Veg. pag. 291. JACQV. Austr. t. 393.
Seseli Carum. SCOP. Carn. 2. n. 361.
 Vbique in pratis. Maio.
Feldkümmel. Kömény. Kmjn; Rozca, Razca.
 Officin. semen *Carui*.

124. PIMPINELLA.

Fructus ovato-oblongus, striis quiniseleuatis. *Petala* inflexa. *Styli* erectiusculi. *Stigm.* globosa.

298. *Pimpinella saxifraga* foliis pinnatis; foliolis radicalibus subrotundis; summis linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 291. JACQV. Austr. t. 395.
Tragofelinum foliis pinnatis; pinnis ovatis. HALL. Hist. n. 786.
 In apricis, saxosis collibus. Iulio, Augusto.
Bibernell. Clába-ire; Rák fark-fü. Bebrnjk, Bobr'jnk.
 Officin. Radix *Pimpinellae albae*.
299. *Pimpinella magna* foliolis omnibus lobatis; impari trilobo. LINN. Syft. Veg. p. 291. JACQV. Austr. t. 396.
Tragofelinum foliis pinnatis; pinnis lanceolatis, ferratis; extremis trilobatis. HALL. Hist. n. 785.
Saxifraga Pimpinella germanica maior. CLVS. Hist. II. p. 197.
 In umbrosis in der Pörschen et Bruckau copiose. Augusto.
 Tota glaberrima. Caulis bipedalis, striatus. Folia alterna, pinnata: foliola magna, ovato-lanceolata, acute ferrata, margine exteriori saepe lobata, dentibus molli acunine terminatis; superne atro-viridis, inferne

inferne pallidiora, nitentia. Flores albi. Semen nitidum altero non raro abortiente.

300. *Pimpinella orientalis*. JACQV. Austr. t. 397.
 Tragofelinum foliis duplicato-pinnatis; pinnulis profundissime lobatis. HALL. Hist. n. 787.
 Saxifraga Pimpinella germanica minor. CLVS. Pann. II. p. 197.
 In aridis, spicis ad margines sylvarum. Augusto.
 Priori similis est, sed minor, ramosior, multum pallidior. Folia pinnata: infima foliolis constant subcordatis, inaequaliter serratis, cum impari trilobo: caulina varie et pinnatifide multipartita, laciniis lanceolatis, acutis. Flores albi.
301. *Pimpinella dioica pumila*; umbellis numerosissimis, compositis simplicibusque. LINN. Syst. Veg. p. 291.
Pimpinella pumila. JACQV. Austr. t. 28.
 Selinum montanum pumilum. CLVS. Pann. pag. 701. 702.
 In pratis transdanubianis *auf der Kapitelwiesen* rarius; copiose inter *Rakendorf* et *Straßfommerlein*.
 Plantula spithamalis, glabra, ramosissima, caule profunde sulcato. Folia bipinnata, pinnulis angustis, integerrimis; petiolo membranaceo caulem amplexante. Pedunculi striati, simplices et compositi. Inter centena examinata specimina plantam hermaphroditam inuenire non potui, verum semper marem aut feminam. *Mari* petala sunt aequalia, inflexa superne flavescentia, inferne rubedine suffusa; filamenta patula, alba; antherae ochroleucae. *Feminae* petala rubeola; styli albi, frequenter etiam rubelli. Semina subrotunda, sulcata, glabra, styliis deflexis terminata.

125. APIVM.

Fructus ouatus, striatus, inter strias foraminulatus.
Involucrum sub 1—phyllum. *Petala* aequalia.

302. *Apium graueolens* foliis caulinis cuneiformibus.
 LINN. Syft. Veg. p. 292.

Apium foliis pinnatis; pinnis trilobatis. HALL. Hist. n.
 784.

In paludosis am Neufiedler See. Iulio.

Wasserzeller. Tzeller. Zeler; Myrykowy'koren.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, glaber. Folia alterna, pinnata, ternata; pinnis trifidis, serratis. Umbella sessilis, axillaris, foliolo trifido suffulta. Flores exigui, albi.

126. AEGOPODIVM.

Fructus ouato-oblongus, striatus. *Petala* exteriora inaequalia. *Flores* omnes fertiles.

303. *Aegopodium Podagraria* foliis caulinis summis ternatis. LINN. Syft. Veg. p. 292.

Seseli Aegopodium. scop. Carn. 2. n. 359.

Podagraria. HALL. Hist. n. 759.

In pomariis, hortis et nemoribus. Iunio.

Geißfuß; *Srenzel*. Lúd Labú-fü.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, glaber, basi rubellus. Folia trifida; summa opposita: foliola ouato-lanceolata, dentata, subtus villosula. Flores albi, Semen gibbum.

TRIGYNIA.

127. VIBURNUM.

Cal. 5—dentatus. *Cor.* 1—petala, campanulata,
5—fida. *Bacca* 1—locularis, 1—sperma.

304. *Viburnum Lantana* foliis cordatis, ferratis, venosis, subtus tomentosis. LINN. Syst. Veg. pag. 294. JACQV. Austr. t. 341. SCOP. Carn. 2. n. 369.

Viburnum, fol. ovatis, ferratis, subtus tomentosis. HALL. Hist. n. 669.

In dumetis, inter vineas et ad margines sylvarum. Aprili, Maio.

Schlingbaum, Schwelken. Ostormény-fa, Tuszalag.

Frutex humanae altitudinis. Folia opposita, cordato-ovata, tactu scabriuscula, subtus albo tomento incana. Corymbus florum albus ramos terminat. Bracteae sub singulo ramo et pedunculo florali deciduae. Stamina basi corollae affixa. Bacca ovalis, compressa, nigra.

305. *Viburnum Opulus* fol. lobatis, petiolis glandulosis. LINN. Syst. Veg. p. 294. SCOP. Carn. 2. n. 370.

Opulus. HALL. Hist. n. 668.

In dumetis insularis, et ad aquae ductum *bei der Bucklischen Mühle.* Maio.

Schneeballen; Hirschholler. Kánya-fa; Gánya-fa.

Frutex. Folia triloba, segmentis acutis, dentatis. Ad basin petiolorum bracteolae subulatae, parvae. Radii umbellae ramosi. Flores radiantes steriles, magni, albi. Corollulae fertiles albo-flauescentes, segmentis subrotundis. Antherae flavescentes, Bacca subrotunda, rubra.

128. SAMBUCVS.

Cal. 5—partitus. *Cor.* 5—fida. *Bacca* rotunda, trisperma.

306. *Sambucus Ebulus* cymis tripartitis; stipulis foliaceis; caule herbaceo. LINN. Syst. Veg. pag. 295. SCOP. Carn. 2. n. 371.

Sambucus herbacea floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 671.

In agris humidiusculis et ad fossas viarum. Iunio in Augustum vsque.

Arrich. Földi-Bodza; Gyalog-Bodza. Hebda, Ehábda. *Officin.* Radix, Baccae, Semen *Ebuli*.

Caulis herbaceus e gemma radicali, erectus, pubescens. Folia lanceolata, ferrata, 3—4—iuga. Petala subtus rubella. *Bacca* nigra.

307. *Sambucus nigra* cymis 5—partitis; foliis pinnatis; foliolis subouatis, ferratis; caule arboreo. LINN. Syst. Veg. p. 295. SCOP. Carn. 2. n. 372.

Sambucus arborea, floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 670.

Ad sepes et in dumetis vbique. Maio, Iunio.

Holler. Bodza-fa. Bez.

Officin. Flos, fructus, *cortex interior Sambuci*.

Folia coniugata, pinnata, pinnis ouato-lanceolatis, ferratis. Petala flavescentia. *Bacca* nigra.

308. *Sambucus racemosa* racemis compositis, ouatis; caule arboreo. LINN. Syst. Veg. p. 296. SCOP. Carn. 2. n. 373. JACQV. Collect. Austr. V. I. p. 36.

Sambucus arborea, floribus spicatis. HALL. Hist. n. 672.

In sylvis nostris rarior; frequens circa *Modram*. Maio.

Frutex humanae altitudinis. Folia pinnata, foliolis biugis cum impari, ouato-lanceolatis, ferratis, acuminatis. Flores virentes in racemo ouato. *Baccae* rubrae.

129. STAPHYLEA.

Cal. 5—partitus. *Perala* 5. *Capsulae* inflatae, connatae. *Semina* 2. globosa, ossea cum cicatrice.

309. *Staphylea pinnata* foliis pinnatis. LINN. Syst. Veg. p. 296. HALL. Hist. n. 831.

Pistacia fyluestris. C. BAVH. P. p. 401.

In dumetis über der Bucklischen Mühle, copiose zu Bischofsdorf. Maio.

Klappernuß; wilde Pimpernuß. Hólyag-mogyoró-fa; Halyag-fa. Klokoc'.

Frutex variae magnitudinis cortice ex nigro et cinereo variegato. Folia pinnata; foliolis biugis cum impari, ovatis, acutis, serratis. Racemi florum penduli: racemuli inferiores triflori; summi simplices pedicellis subhirsutis. Bracteae subulatae albae ad pedunculos et racemulos. Calycina foliola apice et dorso rubicunda. Corollae albae. Filamenta alba. Antherae virides, polline flavo. Styli duo, albi, basi connati et compressi. Bacca rufescens cicatrice alba.

130. TAMARIX.

Cal. 5—partitus, campaniformis, permanens. *Perala* 5. *Caps.* 1—locularis, 3—valvis, polysperma. *Sem.* papposa.

310. *Tamarix germanica* floribus decandris. LINN. Syst. Veg. p. 296.

Tamartiscus spicis foliosis. HALL. Hist. n. 948.

Myrica pannonica. CLVS. Pann. p. 26. 27.

In sabulosis ad ripam Danubii in der Bruckau. Maio.

Tamarisken. Tamarik. Tamariska; Boz'j dr'ewce.

E gemmis antiquis quotannis noui oriuntur surculi cubitales et altiores, primo virentes dein rufescentes, quos racemus floralis terminat. Folia ex axillis stipularum linearium cupressina, glauca. Calyx glauco-virens, oris membranaceis, albis. Petala carnea. Filamenta basi connata, alba. Antherae flavae.

Germen

Germen conicum. Stigma orbiculatum, viride.
Capsula triangularis, conica. Semen pappo stipitato coronatum.

131. ALSINE.

Cal. 5—phyllus. *Petala* 5. aequalia. *Capsf.* 1—locularis 3—valuis.

311. *Alfina media* petalis bipartitis; foliis ovato-cordatis. LINN. Syft. Veg. p. 298.

Alfina foliis petiolatis, ovato-lanceolatis; petalis bipartitis. HALL. Hist. n. 880.

In cultis et hortis primo vere et autumnis.

Hühnerdarm; *Vogelkraut*. Tyuk-húr; Madar-húr. Strewce.

Caules procumbentes, repentes, succulenti. Folia conjugata. Petioli cum pedunculis ciliati; ciliis vno latere per caulem decurrentibus. Pedunculi floriferi erecti, fructiferi nutantes. Calyces hirsuti. Petala alba ad basim vsque incisa. Antherae rosaeae.

T E T R A G Y N I A.

132. PARNASSIA.

Cal. 5—partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5. cordata, ciliata, apicibus globosis. *Capsf.* 4—valuis.

312. *Parnassia palustris*. LINN. Syft. Veg. pag. 299.

HALL. Hist. n. 832. SCOP. Carn. 2. n. 378.

Gramen parnassi albo simplici flore. c. BAVH. P. p. 309.

In pomariis in *der Krügenau*, rara. Iulio.

Lebereinblatt. Fejér Máj-fü.

Caulis spithamalis, pedalis, simplex, fulcatus, glaber; infra medium folio subrotundo amplexicauli instructus. Petala alba, ovata, lineata. *Nectaria* florum ciliata: ciliis globulo flavescente terminatis.

PENTAGYNIA.

133. STATICE.

Cal. 1—phyllus, integer, plicatus, scariosus. *Petala*
5. *Pericarpium* 1—spermum, apice stellatum.

313. *Statice Armeria* scapo simplici, capitato; foliis linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 300. SCOP. Carn. 2. n. 379.

Caryophyllus montanus maior, flore globofo. C. BAYH. P. p. 211.

In pratis et pascuis siccis *unter dem Pazenhäusel; am Calvariberg*. Aestate.

Folia radicalia in cespitem congesta, graminea, canaliculata. Scapus aphyllus, teres, scabriusculus, terminatur capitulo florali, purpureo. *Pericarpium* commune apicem scapi inuestit. Sub singulo flore bractea albida, splendens.

134. LINUM.

Cal. 5—phyllus. *Petala* 5. *Capf.* 5—valuis, 10—locularis. *Sem.* solitaria.

*) *Foliis alternis.*

314. *Linum usitatissimum* calycibus capsulisque mucronatis; petalis crenatis; foliis lanceolatis, alternis; caule subsolitario. LINN. Syst. Veg. pag. 302. SCOP. Carn. 2. n. 381.

In herbidis *in der Pötschen* olim frequens; nunc disparuit.

Flachs; Lein. Lén. Len.

Officin. semen *Lini.*

Planta annua, glabra. Calyces ad lentem villosuli, foliolis apice denticulatis. Capsulae glabrae, mucronatae.

315. *Linum perenne* calycibus capsulisque obtusis; foliis alternis, lanceolatis, integerrimis. LINN. Syst. Veg. p. 302.

Linum sylvestre angustifolium IV. CLVS. Pann. p. 303.
304.

In accliuatibus herbidis, pratis et iuxta vias vbique.
Maio.

E radice perenni, lignosa, albicante, numerosi prodeunt caules sesquipedales, recti, duri, glabri. Folia angusta alternatim per caulem sparsa, glabra, in ramis floriferis paulo latiora, integerrima. Calycina foliola ouata, marginibus membranaceis albis. Corollae saturate caeruleae, etiam albae. Capsulae calyce longiores, obtusae.

316. Linum *hirsutum* calyc. hirsutis, acuminatis, sessilibus, alternis; fol. alternis: rameis oppositis. LINN. Syst. Veg. p. 302. JACQV. Austr. t. 31.

Linum sylvestre latifolium I. flore caeruleo. CLVS. Pann. p. 298. 299.

Ad radicem montis *Kobel* supra *Theben*, et in monte *Hainburgensi*. Iunio.

Caulis pedalis, altior, erectus, simplex, teres, hirsutus. Folia lanceolata, sessilia, hirsuta, inferiora subopposita, dein alterna. Ex apice caulis prodeunt rami floriferi corymbosi. Flores breuiter pedunculati. Calycina folia hirsuta acuminata. Corollae diametri vncialis petala caerulea, lineata, vnguibus flauescens. Filamenta basi latiora germen ambiunt. Antherae albae. Stigmata flauescens inferne ad lentem micantibus tuberculis adspersa. Germen hirsutum.

317. Linum *renuifolium* calycibus acuminatis; fol. sparsis, lineari-setaceis, retrorsum scabris. LINN. Syst. Veg. p. 302. JACQV. Austr. t. 215. SCOP. Carn. 2. n. 386.

Linum sylvestre angustifolium III. CLVS. Pann. p. 300.
302.

In montibus apricis supra *Theben*. Iunio.

Cauliculi spithemales basi inflexi, dein erecti, teretes, striati, glabri. Folia sparsa, angusta, acuminata, deorsum strictu aspera. Flores subpaniculati. Calycina foliola ouata, rigidula, longo acumine terminata,

nata, margine tenuissime denticulata, dentibus glandula terminatis. Petala ouata, obtusa, rosea, lineis saturate rubris picta. Antherae primo cinerae, dein purpurascens. Capsula subrotunda, glabra, acuminata.

318. *Linum austriacum* calycibus rotundatis, obtusis; fol. linearibus, acutis, rectiusculis. LINN. Syst. Veg. p. 302. JACQV. Austr. t. 418. SCOP. Carn. 2. n. 388. Cum priore et in monte vicino *Hainburgensi*. Austriae. Iulio.

Perenne, glabrum. Caulis spithamalis, pedalis, altior, teres, simplex, superne breuiter ramosus, basi plerumque procumbens, dein erectus. Folia sparsa, subsessilia, lanceolato-linearia, acuta, integerrima. Pedunculi axillares, uniflori. Calycina foliola obrufa. Petala purpureo-caerulea, striata, unguibus flauis. Filamenta et styli caerulei. Antherae et stigma pallide flaua.

319. *Linum flauum* calycibus subserrato-scabris, lanceolatis, subsessilibus; panicula ramis dichotomis. LINN. Syst. Veg. pag. 303. JACQV. Austr. tab. 214. SCOP. Carn. 2. n. 384.

Linum syluestre latifolium, lateum. CLVS. Pann. p. 300. 301.

In montanis saxosis *im Spitalern*: inter frutices *am tiefen Wege unter dem Kindsgraben*; et alibi Iunio, Iulio.

Caulis ex radice lignosa herbacei, angulati, plus minus pedales. Folia lanceolata, subtus neruosa, basi utrinque puncto nigro notata. Petala ampla, flaua, striato-venosa. Calycina foliola lanceolata, acuta, marginibus ad lentem denticulatis. Stamina 5. sterilia, fertilibus breuiora.

**) *Foliis oppositis.*

320. *Linum catharticum* fol. oppositis, ouato-lanceolatis; caule dichotomo; corollis acutis. LINN. Syst. Veg. p. 303. SCOP. Carn. 2. n. 389.

132 CLASSIS V. PENTANDRIA. POLYGYNIA.

Linum fol. coniugatis, ovatis; calycibus aristatis, paucis, lanceolatis. HALL. Hist. n. 839.

In pratis vdis *unter dem Pazenhäufel* copiose. Iunio.

Brechlein. Beka Len; Apró-Len.

Cauliculi spithamales, erecti, filiformes. Folia coniugata, obtusiuscula. Rami oppositi. Pedunculi ante florescentiam nutantes. Petala lanceolata, leviter emarginata; vnguibus; flavis.

P O L Y G Y N I A.

135. MYOSURUS.

Cal. 5—phyllus, basi adnatus. Nectaria 5. subulata, petaliformia. Sem. numerosa.

321. *Myosurus minimus.* LINN. Syst. Veg. pag. 308.
HALL. Hist. n. 1159.

Holosteo affinis, cauda muris. C. BAVH. P. p. 190.

In collibus apricis, aridis *über dem Thomasbrunn; bei dem Pazenhäufel und am Calvariberg.* Aprili, Maio.

Cauliculi cespitosi 2—3vnciales, semiteretes, nudi, vniiflori. Folia radicalia, cespitosa, graminea, 2—vncialia. Calyx coloratus, deorsum flexus, deciduus. Nectaria filiformia apice antheras mentiuntur. Stamina 8—12. Peracta florescentia receptaculum ad vnciam elongatur.

Classis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

136. GALANTHVS.

Petala 3. concava. *Nectarium* ex petalis 3. parvis, emarginatis. *Stigma* simplex.

322. *Galanthus nivalis*. LINN. Syst. Veg. pag. 316. JACQV. Austr. t. 313. SCOP. Carn. 2. n. 391.

Leucoium bulbosum, praecox, minus. CLVS. Pann. p. 181, 182.

In herbis montanis et insularis vbique copiose. Martio.

Schneeglöckel; Schneebumen. Hó virág; Gergely napi virág; Fejér Tavaszika.

Scapus semipedalis, anceps, uniflorus, vaginis foliorum inuolutus. Folia carinata, apice callosa. Flores nutantes albi, Nectarii petala bifida, incisura externa linea viridi, cordiformi circumscripta.

137. LEUCOIVM.

Cor. campaniformis, 6—partita, apicibus incrassata, *Stigma* simplex.

323. *Leucoium aestivum* spatha multiflora; stylo clavato. LINN. Syst. Veg. p. 316. JACQV. Austr. t. 203.

Leucoium bulbosum serotinum maius. CLVS. Pann. p. 183, 184.

In paludosis inter carices *in der alten Au*. Iunio.

Weisse Knotenblume. Tözek Viola.

Scapum ancipitem, pedalem et fistulosum ambiunt folia 6. basi canaliculata, scapo paulo breuiora. E spatha prodeunt pedunculi 4—7, diuersae longitudinis, angulati, vniflori. Flores albi, nutantes. Petala elliptica, concaua, apice callosa et virentia. Filamenta alba. Antherae luteae effuso polline tetraperae. Stylus staminibus longior, albus, apice viridis. Stigma tenue, conicum. Germen trigonum.

138. NARCISSVS.

Petala 6. aequalia: *Nectario* infundibuliformi, 1—phyllo. *Stamina* intra nectarium.

324. *Narcissus poeticus* spatha vniflora; nectario rotato, breuissimo, scarioso, crenulato. LINN. Syst. Veg. p. 316. SCOP. Carn. 2. n. 394.

Narcissus vniflorus, foliis ensiformibus; scypho breuissimo. HALL. Hist. n. 1250.

In pomariis. Aprili.

Weisse Narzissen. *Narcizszus-virag*. Bily' *Narczyz*, Artifsky.

Spatha albidula, marcescens. Flores albi. Nectarii limbus cinnaberinus.

325. *Narcissus Pseudo-Narcissus* spatha vniflora; nectario campanulato, erecto, crispo, aequante petala ouata. LINN. Syst. Veg. pag. 317. SCOP. Carn. 2. n. 395.

Narcissus fol. ensiformibus; scapo vnifloro; scypho undulato, ferrato, petalis aequali. HALL. Hist. n. 1252.

Cum priore, paulo ferius florens.

Gelbe Narzissen. Třukros řárga *Narcizszus*. Zluty' *Narczyz*.

Spatha vt in priori. Flores flauis. Nectarium campanulatum plicatum, petalis aequale sed flauius.

139. ALLIVM.

Cor. 6—partita, patens. *Spatha* multiflora. *Vmbella* congesta. *Caps.* lupera.

*) *Staminibus alterne trifidis.*

†) *Vmbella bulbifera.*

326. *Allium scorodoprasum* caule planifolio, bulbifero; foliis crenulatis; vaginis ancipitibus; staminibus tricuspидatis. LINN. Syst. Veg. p. 322.

Allium f. *Moly montanum latifolium.* CLVS. Pann. p. 212. 213.

Inter segetes et in pascuis *auf der Bleiche.* Iunio.

Culmus teres, 2—3pedalis. Folia plana, carinata, margine et carina tenuissime denticulata. Vaginae compressae terminantur ligula alba membranacea. *Spatha* bivalvis, lacera. Capitulum sphaericum, bulbosum. Petala purpurea, exteriora dorso tuberculosa. Stamina alba. Antherae violaceae. Pollen flavescens. Bulbilli capituli fusco-rubri.

††) *Vmbella capsulifera.*

327. *Allium rotundum* caule planifolio umbellifero; staminibus tricuspидatis; umbella subglobosa; flor. lateralibus nutantibus. LINN. Syst. Veg. p. 321.

Allium stamin. alterne trifidis; spica sphaerica; fol. gramineis, radice multiplici. HALL. de Allio p. 350. n. 8. Hist. n. 1219.

Allium f. *Moly montanum V.* CLVS. Pann. pag. 216. 219.

Ad vinearum margines secundum Danubium vsque *Theben.* Iunio.

Circa bulbum album nuclei atro-purpurei inter communes vaginas albas congesti. Culmus sesqui- et 2—pedalis. Folia 2—3lineas lata, caniculata. Capitulum florale densum, sphaericum. Flores breviter pedunculati; medii erecti, laterales subnutantes. *Spatha* minima, lacera, alba. Petala exteriora carinata,

nata, acuta, saturate purpurea; interiora obtusa dilutiora neruo viridiusculo. Stamina alba, trifida paululum extra corollam prominent. Antherae flavae.

***) *Staminibus omnibus simplicibus.*

†) *Umbella bulbifera.*

328. *Allium oleraceum* caule teretifolio, bulbifero; fol. scabris, semiteretibus, subtus sulcatis; stamin. simplicibus. LINN. Syft. Veg. p. 323.

Allium umbella bulbifera; vagina bicorni; fol. teretibus. HALL. de All. pag. 387. n. 20. Tab. 1. Hist. 1223.

Allium f. *Moly montanum* III. CLVS. Pann. pag. 213. 215.

Inter vineas *bei dem heiligen Brunn; im Eichenwalde, unzer dem Pazenhäusel*, et in toto tractu montium versus *Theben*. Iunio.

Vaginae cornu vnum ad quatuor uncias longum, alterum brevius. Bulbi in sphaeram congesti, facile decidui, inter quos prodeunt pedunculi unciales, purpurascetes. Petala exteriora purpurea, neruo viridi; interiora rosea. Stamina interna longiora stylo approximata; externa in cavitate petalorum haerent. Stylus ex flore eminet.

329. *Allium carinatum* caule planifolio, bulbifero; stamin. subulatis. LINN. Syft. Veg. p. 322.

Allium inodorum umbella bulbifera; vagina bicorni; fol. calinatis. HALL. de All. p. 301. n. 27. t. 2. Hist. n. 1224.

Allium f. *Moly montanum* II. CLVS. Pann. pag. 213. 214.

In pomariis et inter vineas interque frutices *am riesen Weg bei dem heiligen Brunn*. Iunio, Iulio.

Spatha bifolia, foliis subulatis; vno brevi, altero 5—6. uncias longo. Bulbi in capitulo subrotundo purpurascetes, inter quos prodeunt pedunculi uncia longiores. Petala ex viridi purpurascencia,

†) *Um-*

†) *Umbella capsulifera.*

330. *Allium flavum* caule teretifolio umbellifero; flor. pendulis; petalis ovatis; stamin. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 322. JACQV. Austr. t. 141.

Allium fol. teretibus; vagina bicorni; umbella lutea, pendula. HALL. de All. p. 385. n. 24.

Allium f. *Moly montanum* flore pallido, odoro. IV. CLVS Pann. p. 216. 217.

Inter vineas et frutices secundum Danubium in *Ge-fang*: copiose in rupibus bei dem *Teufelsessel*. Iunio, Julio.

Caulis pedalis, erectus, glaber. Folia florentiae tempore iam emarcida. Spathae cornu maius fere semipedale. Flores flavi, grate olentes. Pedunculi floriferi penduli, fructiferi erecti. Petala connuentia, dorso linea viridi longitudinaliter picta. Stamina corolla duplo longiora. Antherae luteas.

331. *Allium senescens* scapo nudo, ancipiti; fol. linearibus, subtus conuexis, laevibus; umbella subrotunda; stamin. subulatis. LINN. Syst. Veg. p. 323.

Allium radice senescente lignosa, transuersa. HALL. de All. n. 19. Var. II. p. 372.

Allium f. *Moly narcissinis* foliis maius. CLVS. Pann. p. 220. 221.

In pratis vdis in der *Pörschen* et infra *Thomasbrunn*. Julio.

Wilder Knoblauch. Vad-Hagyma.

Huic et sequenti radix annosior lignosa et transuersa est, cui bulbis junioris plantae insidet. Pedunculi ancipites, semiunciam et vnciam longi, densam et subrotundam faciunt umbellam. Corollae pallide purpureae. Stamina corolla longiora; filamenta alba. Antherae ex viridi nigricantes.

332. *Allium angulosum* scapo nudo, ancipiti; fol. linearibus canaliculatis, subtus subangulatis; umbella fastigiata. LINN. Syst. Veg. p. 323. JACQV. Austr. t. 423.

- Allii prioris Varietas I. HALL. de All. n. 19. p. 370.
 Allium f. Moly narcissinis foliis minus. CLVS. Pann. p. 220. 222.
 Ad margines vinearum in monte *Caluariae über dem Kofaniengarten*. Iulio.
 Caulis fesquipedalis basi angulatus, dein anceps. Folia basi fasciculatim caulem inuoluunt, canaliculata, inferne striis eminentioribus notata. Umbella simplex e spatha marcescente parua et alba. Stamina longitudine corollam purpurascens non superant.
333. Allium *urfinum* scapo nudo triquetro; fol. lanceolatis, petiolatis; umbella fastigiata. LINN. Syst. Veg. p. 323.
 Allium fol. radicalibus latissimis, petiolatis; floribus umbellatis. HALL. de All. pag. 379. n. 21. Hist. n. 1228.
 In syluis insularis in *der alten Au* copiose. Aprili, Maio.
Waldknoblauch. Medve Hagyma.
 Scapus spithamalis subtetragonus, nudus. Folia ovato-lanceolata, petiolata, glabra, supra nitentia. Spatha bivaluis, alba, facillime caduca. Flores umbellati, albi. Germina viridia, obtuse trigona.

140. LILIVM.

- Cor. 6—petala, campanulata: linea longitudinali nectarifera. *Capf.* valvulis pilo cancellato connexis.
334. Liliium *Marragon* foliis verticillatis; flor. reflexis; corollis reuolutis. LINN. Syst. Veg. p. 324. JACQV. Austr. t. 351.
 Liliium sylvestre II. CLVS. Pann. p. 143.
 Inter frutices in montanis supra *Thomasbrunn*, *Mazengrund*, alibique. Maio, Iunio.
Türkischer Bund; *Goldwurz*. Erdei Liliom; Török Turbant.
 Radix bulbosus squamosus, flautus. Caulis erectus 2—pedalis, teres, rubro-maculatus, glaber. Folia 6—8 verti-

verticillata, obuerse lanceolata, acuta, neruosa. Flores in summitate caulis pedunculati, solitarii, nutantes. Corollae cupreae, fusco-punctatae. Petala retrorsum curuata. Antherae fuscae, stylus triquetet. Germen 6—gonum basi attenuatum.

141. ORNITHOGALVM.

Cor. 6—petala, erecta, persistens, supra medium patens. Filamenta alterna basi dilatata.

*) *Staminibus omnibus subulatis.*

335. *Ornithogalum luteum* scapo anguloso, diphylo; pedunculis umbellatis, simplicibus. LINN. Syst. Veg. p. 327.

Phalangium radice bulbosa; stipulis maximis hirsutis; floribus umbellatis; petiolis unifloris. HALL. Hist. n. 1213.

In montanis ad agrorum, viarumque margines, et inter frutices *bei den Landmühlen*. Aprili, Maio.

Ackerzwiebel. Madár Liliom; Tyúk tarej.

Scapus spithamalis, angulosus, nudus. Folia radicalia bina, glabra, callo terminata. Inuolucrum 2—3—phyllum; foliolis inaequalibus, subulatis, villosis. Pedunculi in umbella multi, uniflori, inaequales, pubescentes. Petala flaua vtrinque glabra, subtrus virentia. Stamina basi latiora.

Variat. folio radicali vnico, pedunculo 1—rarius 2—flore.

An hoc *Ornithogalum uniflorum* LINN. sed summa similitudo omnium partium *Ornithogali lutei*.

336. *Ornithogalum minimum* scapo angulato, diphylo; pedunculis umbellatis, ramosis. LINN. Syst. Veg. p. 327.

Phalangium radice bulbosa; stipulis maximis, hirsutis; floribus umbellatis; petiolis multifloris. HALL. Hist. n. 1214.

Orni-

Ornithogalum pannonicum minus, luteo flore. CLVS.
Pann. p. 190. 191.

In apricis herbidis circa montem *Caluariae*. Martio,
Aprill.

Kis Tyuk-tarej.

Plantula biuncialis, ramosa. Folia radicalia angusta.
Involucrum 1—2phyllum, hirsutum. Pedunculi
umbellae ramosi, villosuli. Petala flaua, angustiora
et acutiora ac in praecedenti, superne glabra, infer-
ne hirsuta. Filamenta subulata.

**) *Staminibus alterne emarginatis.*

337. *Ornithogalum umbellatum* flor. corymbosis; pe-
dunculis scapo altioribus; filamentis basi dilatatis.
LINN. Syft. Veg. p. 328. JACQV. Austr. t. 343.

Ornithogalum stipulis maximis; petiolis lateralibus
longissimis. HALL. Hist. n. 1215.

In herbidis montanis *hinter dem Schloß; bei den Land-
mühlen*: in insulis Danubii *in der Pörschen, Mühlau*
alibique. Aprili, Maio.

Scapus palmaris, erectus, teres, glaber. Folia canali-
culata longitudine scapi, floescentiae tempore apice
sphaelata. Pedunculi vniflori, corymbosi, exterio-
res scapo longiores. Petala alba, dorso viridia. Fi-
lamenta alterna latiora, subulata, angustiora emar-
ginata.

338. *Ornithogalum nutans* flor. secundis, pendulis;
nectario stamineo campaniformi. LINN. Syft. Veg. p.
328. JACQV. Austr. t. 301.

Ornithogalum flor. spicatis, senescentibus pendulis; fi-
lamentis staminum alternis maioribus, bicornibus.
HALL. Hist. n. 1216.

In pratis humidis *bei der Apponyischen Mühle*.
Maio.

Scapus pedalis, erectus, teres, glaber. Folia longitu-
dine scapi, canaliculata, mollia, nitentia, striata.
Flores in spicam dispositi, primo patentes, dein pen-
duli. Pedunculi 3—5. lineas longi, bracteis mem-
branaceis flore longioribus suffulti. Corollae petala
virentia,

virentia, marginibus albis. Stamina in cylindrum coalita, filamentis latis; exteriora minora apicibus truncatis, interiora maiora tricuspadata, cuspidate medio antherifero. Antherae albicantes. Fructus trigonus.

142. SCILLA.

Cor. 6—petala, patens, decidua. Filamenta filiformia.

339. *Scilla amoena* floribus lateralibus alternis, subnatis; scapo angulato. LINN. Syst. Veg. pag. 328. JACQV. Austr. t. 218.

Hyacinthus stellaris, caeruleus, amoenus. C. BAVH. p. 46.

In pomariis in der Mühlau, rarius: copiose quondam im Iessenákischen Garten vor dem Schöndorfer Thor. Aprili.

Scapus spithamalis, angulatus, compressus. Folia radicalia 3—4, striata, linearia, scapo longiora. Flores in summitate scapi 4—6. remoti, alterni. Petala patula, suavissime caerulea, unguibus albis. Filamenta caerulea. Stylus albus. Germen ovatum ex flavo virens.

340. *Scilla bifolia* flor. erectiusculis, paucioribus. LINN. Syst. Veg. p. 329. JACQV. Austr. t. 117.

Phalangium radice bulbosa; fol. latissimis, obtusis: spica pauciflora. HALL. Hist. n. 1211.

Hyacinthus stellatus vulgaris. CLVS. Hist. p. 184.

Anthericum bifolium. SCOP. Carn. 2. n. 414.

In pomariis in der Mühlau, bei Oberufer. Aprili.

Scapus palmaris, erectus, striatus, 4—6 et 10—florus. Folia 2. carinata, striata, apicibus callosis. Flores caerulei, breviter pedunculati. Petala alterna albo tuberculo terminata. Antherae transversae polline ex viridi cinereo. Filamenta infra medium alba, dein caerulea. Germen ovatum, lineis 6. albis striatum.

143. ANTHERICVM.

Cor. 6—petala, patens. *Capf.* ouata.

341. *Anthericum ramosum* foliis planis; scapo ramofo; corollis planis; pistillo recto. LINN. Syst. Veg. p. 330. JACQV. Austr. t. 161.

Phalangium radicibus teretibus; fol. duris, gramineis; caule ramofo, laxe paniculato. HALL. Hist. n. 1208.

In herbidis montanis inter frutices, et in subsyluestribus passim. Maio.

Caulis pede altior, erectus, nudus, teres, superne paniculatim in ramos diuisus. Folia radicalia, graminea, carinata. Petioli vniflori. Petala alba, exteriora angustiora, lanceolata; interiora oualia. Filamenta latiuscula. Stylus basi tenuior. *Capf.* subrotunda, triualuis, loculis dispermis.

144. ASPARAGVS.

Cor. 6—partita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3—locularis, 2—1perma.

342. *Asparagus officinalis* caule herbaceo, tereti, erecto; foliis fetaceis; stipulis paribus. LINN. Syst. Veg. p. 332. SCOP. Carn. 2. n. 416.

Asparagus foliis filiformibus, stipulatis. HALL. Hist. n. 1239.

In pratis et pomariis insularis in der Pörschen, Mühlau, Bürgerau, alibique. Iunio.

Feldspargel; *Heuapfel*. Sparga; Nyúlárnyég-fü. Polej Síparg'el.

Officin. Radix *Asparagi*.

145. CONVALLARIA.

Cor. I—petala, 6—fida. *Bacca maculosa, supera, trilocularis.*

*) *Lilium conuallium* T. *corollis campanularis.*

343. *Conuallaria maialis* scapo nudo. LINN. Syst. Veg. P. 334.

Conuallaria acaulis, bifolia, scapo nudo. SCOP. Carn. I. p. 236. 2. n. 418.

Polygonatum scapo diphylo; floribus spicatis, nutantibus, campaniformibus. HALL. Hist. n. 1241.

In syluis et nemoribus in der alten Au, copiose. Maio. *Faltrian; Mayblumen.* Gyöngy-virág; Szent György virága; Szelentze. Konwalyinky; Gruffický.

Officin. Flores *Liliorum conuallium.*

Scapus palmaris, radicalis, nudus, angulosus. Folia radicalia duo, ovato-lanceolata, integerrima. Flores secundi; sub quolibet pedunculo bracteola membranacea. Corollae nutantes, sphaericae, sexfidae, laciniis reflexis. Stamina purpurascencia basi corollae affixa.

**) *Polygonata* T. *corollis infundibuliformibus.*

344. *Conuallaria Polygonatum* foliis alternis, amplexicaulibus; caule ancipiti; pedunculis axillaribus, subunifloris. LINN. Syst. Veg. pag. 334. SCOP. Carn. 2. n. 421.

Polygonatum caule simplici, anguloso, cernuo; fol. ovato-lanceolatis, rigidis; alis vnifloris. HALL. Hist. n. 1242.

Polygonatum I. flore odoro. CLVS. Pann. p. 263. 264.

In nemoribus montanis et insularis. Aprili, Maio.

Weißwurz. Salamon petsetje; Kakas fark-fü; Gyenge-gyökér. Kokor'jkowykoren.

Officin. Radix *Sigilli Salomonis.*

Caulis pedalis, anceps, angulosus, plus minus incurvatus, glaber. Folia alterna, elliptica, sessilia vnum latus spectant. Pedunculi ex alis foliorum vniflori, glabri,

glabri sustinent corollas ex aduersa parte foliorum secundas, pendulas, hexagonas, albas, segmentis viridibus, exterioribus acutis, internis obtusis. Filamenta glabra. Germen ouale.

345. *Conuallaria latifolia* fol. alternis, amplexicaulis, acuminatis; caule angulato; pedunculis axillaribus multifloris. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 334. Austr. t. 232.

Polygonatum III. latiore folio. CLVS. Hist. pag. 276. platyphylla. Pann. p. 265.

Polygonatum latifolium Ellebori albi foliis. C. BAVH. P. p. 303.

In nemoribus vmbrosis in der Bürgerau frequens. Maio.

Varietatem *Conv. multiflorae* esse credidi, donec praestantissimas plantarum austriacarum Icones a Cel. JACQVINO beneuole communicatas conspexissem. Verbis Cel. Viri liceat ergo eius proferre descriptionem.

Cum *Conuallariis Polygonato* et *multifloro*, quibuscum mixtim crescit, radice et reliquo habitu conuenit, vt facile confundatur, etiamsi egregium CLVSIVM iam olim diuersitas haud fugerit. Radix paulo tenuior est, praedita sapore dulci, postea subacri et glutinoso. Caulis a semipede ad duos pedes altus, basi teres, caeterum per totam longitudinem fatis angulatus, qui anguli magis notabiles ortum ducunt infra medium folii dorsum; superne villosulus idque brevissime. Folia sunt ouata, in acumen angustata lesilia, multineruosa, subtus ad nervos minutissime et tantum ad lentem villosa, integerrima, vtrinque nitida, at facie inprimis, dorso pallidius quidem virentia, sed nullatenus incana. Pedunculi hirsutuli in eadem planta vnicum, geminos et ternos, in plantis maximis infimi etiam quaternos, ipsosque propriis pedicellis munitos sustinent flores pendulos et suaveolentes. Corollae sunt quam in *Conuallaria multiflora* triplo ampliores, tubulosi, albi, cum lineis obsoletis magis ex viridi flavescentibus; limbo virente, patulo, obtuso, nec infundibuliformi. Stamina inserun-

inferuntur infra medietatem tubi. Styli ultra limbi originem eleuantur. Bacca est globosa ex caeruleo nigra et trilocularis, in quolibet loculamento continens semina primo virentia, tandem fuscescentia 3—4, interdum in vno alteroue etiam 5.

346. *Conuallaria multiflora* fol. alternis amplexicaulis; caule tereti; pedunculis axillaribus multifloris. LINN. Syst. Veg. p. 234. SCOP. Carn. 2. n. 421.

Polygonatum caule simplici cernuo; fol. ovato-lanceolatis; petiolis multifloris. HALL. Hist. n. 1243.

Polygonatum II. latiore folio. CLVS. Hist. p. 275.

In nemoribus montanis et insularis. Maio.

Caulis basi maculatus vsque ad foliorum exortum teres, dein angulatus et villosulus, incuruatus. Folia secunda, ovata, subtus villosula. Pedunculi compressi, hirsuti, 2—3 et 4 flori; corollae albae. Filamenta villosula.

***) *Smilax* T. corollis rotatis.

347. *Conuallaria bifolia* fol. cordatis, floribus tetrandris. LINN. Syst. Veg. pag. 335. SCOP. Carn. 2. n. 422.

Vnifolium. HALL. Hist. n. 1240.

In sylvis montanis passim. Maio.

Zweiblatt. Nöstény Gyöngy-virág; Kis Gyöngy-virág.

Caulis palmaris. Folia 1—3. cordata, neruosa, amplexicaulia, subtus albis rarisque pilis nitentibus hirsuta. Racemus florum terminalis. Pedunculi basi violacei. Corollae lacteae, quadrifidae, segmentis reflexis. Stamina quatuor. Antherae albae.

146. HYACINTHVS.

Cor. campanulata, 6—fida: pori 3. melliferi ad apicem germinis.

348. *Hyacinthus comosus* corollis angulato-cylindricis: lummis sterilibus, longius pedicellatis. LINN. Syst. Veg. p. 336. JACQV. Austr. t. 126.

K

Hya-

Hyacinthus comosus maior. CLVS. Hist. p. 180.
 In agris inter segetes passim. Maio, Iunio.
 Mezei Iácziint; Kék Kigyó-hagyma.
 Scapus pedalis, altior, simplex; teres, glaber, ex glauco viridis. Folia radicalia in cespitem congesta, graminea, canaliculata, caulem basi inuoluunt. Racemus longus laxis. Pedunculi steriles fasciculatim ex apice scapi prodeunt, purpurei. Flores fertiles patuli, breuius pedunculati; primo violacei, dein luride flauescentes. Stipulae minimae, albae, ad basin pedunculorum superiorum, ab infimis pedunculis paulo remotiores. Corollae vrceolatae.

349. *Hyacinthus racemosus* coroll. ouatis; summis sessilibus; fol. laxis. LINN. Syst. Veg. pag. 236.
 JACQV. Austr. t. 187.

Hyacinthus botryodes. CLVS. Hist. p. 181.
 In pomariis et pascuis vbique. Aprili, Maio.
 Hundsknoblauch.

Scapus palmaris, glaber, basi saepe maculis rubris adspersus. Flores in spica ouata, nutantes, caerulei. Corollae ouatae, segmentis albis reflexis. Filamenta caerulea. Antherae cum stylo albae. Germen viride.

147. HEMEROCALLIS.

Cor. campanulata: tubo cylindrico. *Sramina* declinata.

350. *Hemerocallis fulua* foliis lineari-subulatis, carinatis (MURRAY); corollis fuluis. LINN. Syst. Veg. p. 339.

Lilio-Asphodelus puniceus. CLVS. Hist. p. 137.
 In saliceto ad ripam Danubii bei der Kapelle am Wiener Weg aliquot annis florentem vidi Iunio, nunc euanuit.

Tüzes Tuba rósa.

Culmus bipedalis, teres. Folia ensiformia, striata. Petala margine undulato-crispata. Antherae nigricantes polline croceo.

148. ACORVS.

Spadix cylindricus, testus flosculis. Cal. 6—phyllus. Stylus o. Folliculi 1—spermi.

351. *Acorus Calamus*. LINN. Syft. Veg. p. 339. scop. Carn. 2. n. 426.

Calamus aromaticus. MICHEL. Nov. Plant. Gen. p. 43. t. 31.

In fossis im Schloßgraben zu Böfing. Iunio.

Kalmus, Kálmus. Kalmuff; Prasskworec.

Officin. Radix *Calami aromatici*.

Ex fulco laterali folii prodit claua sessilis, digitum longa. Calyx minutus, flauescens. Antherae flauae. Capsula triangularis.

149. IUNCVS.

Cal. 6—phyllus, persistens. Cor. o. Caps. triquetra, unilocularis, 3—valuis.

*) *Culmis nudis*.

352. *Iuncus conglomeratus* culmo nudo, stricto, capitulo laterali. LINN. Syft. Veg. p. 340.

Iuncus culmo nudo, tereti; panicula laterali, densa, globosa, sessili. scop. Carn. 1. p. 224. 2. n. 427.

Iuncus laevis panicula conglomerata. SCHEVCHZ. Agrost. p. 343. n. 3.

In fossis paludosis et circa riuulos. Maio, Iunio.

Culmi variae magnitudinis, pedales et cubitales, striati, nudi. Panicula lateralis, densa, subrotunda. Flores triandri. Caps. trigona, obtusa.

353. *Iuncus effusus* culmo nudo, stricto; panicula laterali. LINN. Syft. Veg. p. 340.

Iuncus culmo nudo, tereti; panicula laterali, sparsa. scop. Carn. 1. p. 223. 2. n. 428.

Iuncus laevis, panicula sparsa, maior. SCHEVCHZ. Agrost. p. 341.

In vliginosis et cum priore. Iunio.

Béka Szittyó.

Panicula infra apicem culmi, sparsa. Squamae rubellae sub calyce mucronatae. Semina ouata, nitida, subaristata.

***) *Culmis foliosis.*

354. *Juncus articulatus* foliis nodoso-articulatis; petalis obtusis. LINN. Syst. Veg. p. 340.

α) *Juncus art. aquaticus* fol. articulatis compressis; panicula semel ramosa. HALL. Hist. n. 1322.

Gramen iunceum, folio articulato, aquaticum. C. B. SCHEVCHZ. Agrost. p. 331.

In fossis iuxta vias, et in paludosis passim. Iunio.

β) *Juncus art. sylvaticus* fol. articulatis, teretibus; panicula repetito ramosa. HALL. Hist. n. 1323.

Gramen iunceum, folio articulato, sylvaticum. C. B. SCHEVCHZ. l. c. p. 334.

In viginosis sylvaticis *über dem Kupferhammer; hinter dem Kreuz am Gensenberg.* Iunio.

355. *Juncus bulbosus* fol. linearibus, canaliculatis; capsulis obtusis. LINN. Syst. Veg. p. 341.

Juncus bulbosus culmo compressiusculo; fol. linearicanaliculatis; corollis capsulisque obtusis; bractea panicula maiori. WILDEN. Fl. Ber. n. 393.

In pratis humidis et vdis pascuis passim. Iunio.

Culmus palmaris, pedalis, basi vaginis foliorum involvitur. E summitate culmi panicula contracta, oblonga, infidet bracteis duabus, vna longiore, altera panicula brevior. Squamae albae, acutae ad florum peduncolorumque basim.

356. *Juncus buffonius* culmo dichotomo; fol. angulatis; floribus solitariis, sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 341.

Juncus caule brachiato; fol. setaceis; flor. solitariis, ad ramos sessilibus. HALL. Hist. n. 1319.

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, erectum etrepens. SCHEVCHZ. Agrost. p. 327. 329.

- In argillofis vdis *bei den Ziegelöfen*, et in fossis passim. Junio.
- Culmi cespitosi vnciales et spithamales, ramosi. Folium vnum setaceum in culmo, idemque sub quoque ramo. Flores solitarii, sessiles, axillares. Calycina foliola lanceolata, acuta. Caps. ex triquetra oblonga, nitens.
357. *Iuncus pilosus* fol. planis, pilosis; corymbo-ramoso. LINN. Syst. Veg. pag. 341. SCOP. Carn. 2. n. 435.
- Iuncus* fol. planis, hirsutis; flor. umbellatis, solitariis, petiolatis, aristatis. HALL. Hist. n. 1325.
- In nemoribus montanis et in sylvis, passim. Maio. Perje. Szittyó.
- Folia plerumque 4. in culmo pedali, vtriusque longis pilis hirsuta, praeter vaginam vncialia. Pedunculi ex apice culmi inaequales, umbellati, simplices et ramosi. Calycina foliola lanceolata, acuminata, brunnea, splendentia, marginibus albicantibus.
358. *Iuncus niueus* fol. planis, subpilosis; corymbis foliis brevioribus; flor. fasciculatis. LINN. Syst. Veg. p. 341. SCOP. Carn. 2. n. 436.
- Iuncoides montanum nemorosum*; flore niueo. SCHEVCHZ. Agrost. p. 320. n. 8. t. 7. f. 7.
- In gramineis sylvestribus vbique. Maio.
- Culmi 1—2 pedales, erecti, teretes, striati, glabri. Folia semipede longiora, striata, margine albis et raris pilis hirsuta. Corymbus floralis subiecto folio brevior aut aequalis, contractus. Flores albidus, nitentes.
359. *Iuncus campestris* fol. planis, subpilosis; spicis sessilibus pedunculatisque. LINN. Syst. Veg. pag. 341. SCOP. Carn. 2. n. 434.
- Iuncus* fol. gramineis, hirsutis; spicis petiolatis, inuuantibus; petalis aristatis. HALL. Hist. n. 1330.
- Gramen hirsutum capitulis Psyllii. SCHEVCHZ. Agrost. p. 310.

In montanis herbis *über dem Thomasbrunn*. Martio, Aprili.

Habitus *lunci pilosi*, sed flosculi brunnei in spicas 6—12—floras congesti, inaequaliter ex apice culmi pedunculati. Stipula sub calyce lacera, alba. Culmus palmaris et pedalis. Folia radicalia inflexa; culmi 3—4. plani; omnia longis rarisque pilis hirsuta.

150. BERBERIS.

Cal. 6—phyllus; foliolis alternis minoribus, coloratis. Petala 6. ad ungues glandulis 2. Stylus 0.
Bacca cylindrica 2—sperma.

360. *Berberis vulgaris* pedunculis racemosis. — Spinis triplicibus. MURRAY in LINN. Syst. Veg. p. 343.

Berberis racemifera; foliis ciliatis. HALL. Hist. n. 828.

Inter frutices in montanis passim; frequentissime in der Mühlau. Maio.

Weinschadling; *Sauerdorn*. Leány-Som; Faj-Soska. Dracowe Gahodj.

Officin. Baccae pro succo.

Frutex spinosus. Folia alterna, oblonga, ferrata, dentibus spinula terminatis. E summis ramis racemi ramosi; penduli. Flores flavi. Stamina minima admoto irritamento sponte flectuntur ad germen, idque ambiunt. Baccae rubrae.

151. PEPLIS.

Perianthium campanulatum: ore 12—fido. Petala 6. calyci inserta. Caps. 2—locularis.

361. *Peplis Portula* floribus apetalis. LINN. Syst. Veg. p. 345.

Peplis Portula floribus hexandris; foliis cuneiformibus, obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 400.

Glaucoides palustre *Portulacae* folio; flore purpureo. MICHEL. Nov. Pl. Gen. p. 21. t. 18.

In aquosis in *Steinbruch bei dem Thomasbrunn*. Iulio. Cau.

Cauliculi palmares, procumbentes, oleracei, rubelli. Folia opposita, cuneiformia, glabra. Flores ex alis foliorum sessiles, solitarii. Petala valde fugacia, nec semper omnia, saepius tantum 1—4, minuta, pallide caerulea. Calycina segmenta 6 exteriora, maiora, patula; interiora minora, conniuentia, atro puncto terminata. Antherae globosae nigricantes. Stigma subrotundum planum. Germen conicum.

TRIGYNIA.

152. RUMEX.

Cal. 3—phyllus. *Petala* 3. conniuentia. *Semen* 1. triquetrum, nudum.

*) *Hermaphroditis: valvulis granulo notatis.*

362. *Rumex crispus* floribus hermaphroditis: valvulis integris, graniferis; foliis lanceolatis, undulatis, acutis. LINN. Syst. Veg. p. 346.

Lapathum fol. crispis, imis ovatis, supremis lanceolatis; calycibus verrucosis. HALL. Hist. n. 1589.

In fossis, cultis et ad vias. Iunio.

Caulis 2—3pedalis, erectus, sulcatus, glaber. Folia lanceolata oris crispis et plicatis. Pedunculi ad articulos numerosi, verticillati. Flores nutantes. Valvulae integerrimae.

363. *Rumex persicarioides* flor. hermaphroditis; valvulis dentatis, omnibus graniferis; fol. lanceolatis, LINN. Syst. Veg. p. 346.

In vdis pratis bei *Raschdorf* et *Sz. Georgen*. Iunio.

Caulis erectus, 2—pedalis, striatus. Folia lineari-lanceolata, undulata, serrulata. Valvulae tridentatae, rugosae, graniferae.

364. *Rumex aegyptius* flor. hermaphroditis: valvulis trifido-setaceis; unica granifera. LINN. Syst. Veg. p. 346.

In paludosis *am Neufiedler See*. Iulio.

Caulis sesquipedalis, erectus, sulcatus. Folia ima longe lanceolata, summa linearia. Valvulae utrinque seta longa duplici et triplici instructae, apud nos fere omnes graniferae.

365. *Rumex Hydrolapathum* flor. hermaphroditis, ad alas foliorum conglomeratis; fol. lanceolatis integerrimis. BOEHMER *Lipf.* n. 576.

Lapathum petiolis latefcentibus; fol. longe lanceolatis; flor. verticillatis, verrucosis. HALL. *Hist.* n. 1590.

Lapathum aquaticum minus. I. BAVH. *Hist.* II. p. 987.

Ad ripam Danubii in saliceto *bei der Mühlaubrücke*. Iulio.

Caulis humilis, valde ramosus, striatus. Folia lineari-lanceolata, prope petiolum per oras tenuissime crenulata, superne integerrima. Flores in alis foliorum dense verticillati. Valvulae verrucosae, exterior glandula fulva instructa.

366. *Rumex acutus* flor. hermaphroditis: valvulis dentatis, graniferis; fol. cordato-oblongis, acuminatis. LINN. *Syst. Veg.* p. 346.

Lapathum petiolo latefcente; fol. longe lanceolatis; calyce serrato. HALL. *Hist.* n. 1591.

In ruderosis, pratis vdis et ad sepes. Iulio.

Grindwurz; *Ampfer*. *Ló Soska*; *Kelerü lapu*, *Lórom*. *Konfky' Sztáv.*

Officin. *Radix Lapathi acuti*.

Caulis 2—3pedalis, angulatus. Folia ovato-lanceolata, acuta in petiolum decurrentia, integerrima. Verticilli florum foliolo lanceolato suffulti. Valvulae valde denticulatae.

367. *Rumex obtusifolius* flor. hermaphroditis: valvulis dentatis, graniferis; fol. cordato-oblongis, obtusiusculis, crenulatis. LINN. *Syst. Veg.* p. 347.

Lapathum foliis ovatis, circa petiolum emarginatis; flor. dense paniculatis, serratis, verrucosis. HALL. *Hist.* n. 1592.

In cultis et ad sepes hortorum *im Blumenthal*. Iunio.
Caulis cubitalis et altior, erectus, striatus. Folia cordato-lanceolata, obtusa, margine undulata et minutissime crenulata. Flores ex alis foliorum laxè verticillati. Valvulae inaequaliter denticulatae.

***) *Hermaphroditus; valvulis granulo destitutus.*

368. *Rumex aquaticus* flor. hermaphroditis valvulis integerrimis, nudis: fol. cordatis, glabris, acutis.
LINN. Syst. Veg. p. 347.

Lapathum fol. longe lanceolatis; paniculis densissimis.
HALL. Hist. n. 1588.

In paludibus et fossis visarum *bei Sr. Georgen et Grännau*.
Iunio.

Wasserampfer. Vizi lapu, Vizi nagy Lórom.

Caulis pedalis et 2—3. cubitalis, erectus, geniculatus, glaber. Folia radicalia pede longiora, ovato-lanceolata, glabra; caulina sensim breviora et angustiora. Verticilli florum densi. Valvulae integerrimae, nudaе.

***) *Floribus dichynis.*

369. *Rumex Acetosa* flor. dioicis; fol. oblongis, sagittatis. LINN. Syst. Veg. p. 348.

Lapathum sexubus separatis; fol. sagittatis; hamis acutis, recurvis. HALL. Hist. n. 1596.

In pratis et pomariis vbiq̄ue.

Sauerampfer. Sóska; Sós-Lórom. Sstáwa.

Officin. Radix, Herba, Semen *Acetosae*.

370. *Rumex Acetofella* flor. dioicis; fol. lanceolato-hastatis. LINN. Syst. Veg. p. 348.

Lapathum sexubus distinctis; foliis sagittatis, hamis retrorsum porrectis. HALL. Hist. n. 1597.

In arenosis sterilibus montanis et insularis, et ad margines agrorum. Maio, Iunio.

Kleiner Sauerampfer. Madár Sóska.

153. TRIGLOCHIN.

Cal. 3—phyllus. *Petal.* 3. calyciformia. *Stylus* 0.
Caps. basi dehiscens.

371. *Triglochin palustre* capsulis trilocularibus, sublinnearibus. LINN. Syst. Veg. pag. 348. HALL. Hist. n. 1308. SCOP. Carn. 2. n. 446.

In pratis vdis *bei dem St. Georgerbad.* Iunio.

Binsengras. Savanyús Hutzá.

Radix fibrosa. Scapus erectus, pedalis, nudus. Folia vno latere conuexa, altero plana. Flores in spica scapum terminante. Stigmata tria. Capsulae lineares, tenues, scapo adpressae.

372. *Triglochin maritimum* capsulis sexlocularibus, ouatis. LINN. Syst. Veg. pag. 348. SCOP. Carn. 2, n. 447.

In pratis humidis *am Neusiedler See.* Iunio, Iulio.

Scapus pedalis, striatus, vno latere planiusculus, nudus, flavescens. Folia radicalia, graminea, semiteretia. Spica palmaris, flavescens. Pedunculi longitudine capsulae ouatae, sexlocularis. Stigmata 6.

154. COLCHICVM.

Spatha. Cor. 6—partita: tubo longissime radicato.
Caps. 3. connexae, inflatae, polyspermae.

373. *Colchicum autumnale* foliis planis, lanceblatis, erectis. LINN. Syst. Veg. pag. 349. STOERCK. de Colchico cum icone.

Colchicum flore folium longe praecedente; petalis ouatis. HALL. Hist. n. 1255.

In pratis et pomariis sub finem Septembris florere incipit; subsequente vere folia et fructus prodeunt.

Herbstblume; Zeitlosen. Flos Hungaris audit: Öszi Kükörtésin: Ösziké. *Herba et fructus* Törpe Zászpa; Fejes Zászpa. Gefenkj.

Planta notissima interdum Aprilis florens occurrit; tunc autem petala multo sunt angustiora, et styli stigmatibus carent.

POLYGYNIA.

155. ALISMA.

Cal. 3—phyllus, persistens. Petala 3. Semina plura.

374. *Alisma Plantago* foliis ovatis, acutis; fructibus obtuse trigonis. LINN. Syst. Veg. p. 350. SCOP. Carn. 2. n. 449.

Damasonium foliis ellipticis, lanceolatis; capitulo rotunde triquetro. HALL. Hist. n. 1184.

Plantago aquatica. I. BAVH. Hist. III. fol. 778.

In fossis, paludibus et stagnis fere vbiq. Julio.

Wasserwegerich. Vizi Uti-fu.

Caulis pede altior, obtuse triqueter, glaber, ramosus.

Folia radicalia, cespitosa, longe petiolata, elliptica, acuta, basi vaginis membranaceis caulem amplectentia. Panicula ampla, racemis verticillatis. Petala primo rubella, dein alba, subtrifida, segmento medio prolongato.

375. *Alisma ranunculoides* fol. lineari-lanceolatis; fruct. globofo-squatrosis. LINN. Syst. Veg. p. 350.

Plantago aquatica humilis, angustifolia. I. BAVH. Hist. III. fol. 778.

In fossis paludosis am *Weg bei Grünau*. Julio.

Caulis spithamalis, erectus, striatus. Folia pede longiora ex angusta basi sensim latefcunt, obtusa. Panicula parva, racemis verticillatis. Petala alba.

Classis VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

156. AESCULVS.

Cal. 1—phyllus, 5—dentatus, ventricosus. *Cor.*
5—petala, inaequaliter colorata, calyci inferta.
Capf. 3—locularis.

376. *Aesculus Hippo-Castanum* floribus heptandris.
LINN. Syst. Veg. p. 352.
Aesculus Hippocastanum corollis pentapetalis, patentifimis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 419.
Castanea equina. CLVS. Pann. p. 5. 6.
Arbor procera per CLVSIVM in *Austriam* introducta, nunc in omnibus hortis ambulacra ornat.
Wilde Kastanien; Roßkastanien. Vad Gesztenye. Diwoky' kassitan.

 Classis VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

 157. OENOTHERA.

Cal. tubulosus, 4—fidus. *Petala* 4. *Capf.* cylindrica, infera, 4—valvis. *Sem.* nuda.

377. *Oenothera biennis* foliis ovato-lanceolatis, planis; caule muricato-villoso. LINN. Syft. Veg. pag. 358. HALL. Hist. n. 994.

Onagra biennis. SCOP. Carn. 2. n. 451.

Ad margines agrorum bei der Mühlaubrücke et ad Danubium unter dem Teufelsfessel, und in der Bruckau frequens. Julio.

Deutscher Sallat; gelbe Rapunzel. Ideggen Sárga Viola.

Caulis hirsutus, angulosus, 2—4pedalis. *Folia* lanceolata, villosula, margine ferrulata. *Flores* in spica caulem ramosque terminante, ampli, flavi. *Petala* integra, obtusa, calyce breviora. *Germen* 4 fulcis exaratum.

Cal. 4—fidus. Petala 4. Caps. longissima, infera.
Sem. papposa, receptaculo fetaceo affixa.

*) *Staminibus declinatis.*

378. *Epilobium angustifolium* foliis sparsis, lineari-lanceolatis; floribus inaequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 359.

Epilobium flore difformi; fol. lanceolatis, transuersim nervosis. HALL. Hist. n. 1000.

Lyfimachia speciosa. L. BAVH. Hist. II. p. 906.

In syluis inprimis abiegnis, *bei Modern.* Iunio.

Caulis bipedalis, erectus, glaber, saepe rubellus. Folia sparsa, lanceolata, subtus nervulis horizontalibus, et margine raris tuberculis instructa. Flores in racemo caulem terminante purpurei, speciosi. Petala inaequalia, apice emarginata.

**) *Staminibus erectis, regularibus; petalis bifidis.*

379. *Epilobium hirsutum* fol. oppositis, lanceolatis, ferratis, decurrenti-amplexicaulibus. LINN. Syst. Veg. p. 359.

Epilobium fol. semiamplexicaulibus, lanceolatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 995.

Lyfimachia filiquosa, hirsuta, maiore flore purpureo; L. BAVH. Hist. II. p. 905.

Ad fossas viarum et circa riuos passim. Iunio, Iulio.

Flores purpurei vncialis diametri in pedunculis alaribus. Petala emarginata. Antherae flavae. Caulis 3—4—pedalis, teres, hirsutus, ramosus. Folia lanceolata, dentata, subalterna, amplexicaulia, hirsuta.

380. *Epilobium villosum* fol. oblongo-lanceolatis, dentatis, pubescentibus; caule tereti, villosa. LEYSER. Fl. Halens. Ed. 2. n. 378.

Epilobium molle fol. lanceolatis, denticulatis: imis oppositis; caule tereti, simplici, apice spicis paniculato. HORVATOVSKJ. Fl. Fyrnav. p. 37.

Lyfimachia filiquosa hirsuta, flore minore. I. BAVH. Hist. II. p. 906.

Inter salices in der *Bruckau*. Iunio.

Habitus *Epilobii hirsuti*. Caulis cubitalis, altior, rubellus, teres, subtilissimo villo hirsutus. Folia inferiora opposita, basi rotundata: caetera inordinate alterna, longe lanceolata, denticulata, brevissime petiolata, mollissimo sericeoque villo vtrinque hirsuta. Flores in spicis paniculatis caulem ramosque terminantibus. Calyx prope apicem villosulus, rubellus. Petala rubra, vnguibus albis. Stamina alterna breviora. Antherae 4—gonae, flavae. Stigma trigonum, verrucosum, flavum.

381. *Epilobium montanum* fol. oppositis, ovatis, dentatis. LINN. Syst. Veg. p. 359.

Epilobium fol. ovato-lanceolatis, glabris, dentatis. HALL. Hist. n. 996.

Inter frutices in montanis *unter dem Kindsgraben; am Weg bei dem Kreuz unter dem Gensenberg*. Iunio.

Caulis simplex, pedalis, altior, teres, rubellus. Folia opposita alternaque, oris dentatis, superne glabra, inferne nervis villosula. Petala carnea, emarginata.

382. *Epilobium tetragonum* fol. lanceolatis, denticulatis: imis oppositis; caule tetragono. LINN. Syst. Veg. p. 359.

Epilobium fol. lanceolatis, glabris, dentatis. HALL. Hist. n. 997.

Ad fossarum margines *bei den Landmühlen*. Iunio, Iulio.

Caulis 2—pedalis, ramosus, obtuse tetragonus, viridis aut rubellus. Folia ovato-lanceolata, ferrata, acuta, glabra. Flores purpurei, parvi. Petala marginata. Siliquae villosulae.

383. *Epilobium palustre* fol. oppositis, lanceolatis, integerrimis; petalis emarginatis, caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 359. Epi-

Epilobium fol. glabris, ellipticis, integerrimis. HALL. Hist. n. 998.

In pratis paludosis et fossis *unter dem Pazenhäusel*. Iulio.

Caulis pedalis, simplex et ramosus, gracilis. Folia inferiora opposita, reliqua alterna, lineari-lanceolata, integerrima, ad lentem villosula. Flores parvi, pallide purpurei. Petala elliptica, emarginata. Siliqua villosa.

159. VACCINIUM.

Cal. superus. *Cor.* 1—petala. *Filamenta* receptaculo inserta. *Bacca* 4—locularis, polysperma.

384. *Vaccinium Myrtilus* pedunculis unisporis; foliis ferratis, ovatis, deciduis; caule angulato. LINN. Syst. Veg. p. 362. SCOP. Carn. 2. n. 458.

Vaccinium fol. rugosis, ovato-lanceolatis, ferratis; caule anguloso. HALL. Hist. n. 1020.

In sylvis *über dem Büfinger Bad*. Maio.

Heidelbeer. Afonnya; Kukojsa. Cuc'oritka.

Officin. *Baccae Myrtilorum*.

Caulis pedalis, lignosus, ramosus, glaber. Folia alterna, brevissime petiolata, ovata, acutiuscula, serrata. Flores alares parum nutantes. Corollae subrotundae pallide purpurascens. Bacca rotunda nigra.

160. ERICA.

Cal. 4—fidus. *Cor.* 4—fida. *Filamenta* receptaculo inserta. *Antherae* bifidae. *Caps.* 4—locularis.

385. *Erica vulgaris* antheris aristatis; corollis campanulatis, subaequalibus; calyc. duplicatis; fol. oppositis, sagittatis. LINN. Syst. Veg. p. 363.

Erica foliis imis adpressis, simplicibus; floralibus calcaratis. HALL. Hist. n. 1012.

In collibus *bei dem alten Thor am Weg nach Blumenau*: in saxosis umbrosis *bei dem St. Georger Schloss*. Iulio, Hei-

- Heidekraut*. Hanga-fa; Vad tziprus.
 Humilis, suffrutescens, ramulis numerosis, ligneis.
 Folia tetragona, imbricata. Flores rubelli et albi,
 spicati.

161. DAPHNE.

- Cal. o. Corolla 4—fida, corollacea, marcescens, stamina includens. Bacca 1—sperma.
386. *Daphne Mezereum* floribus sessilibus, ternis, caulinis; foliis lanceolatis, deciduis. LINN. Syst. Veg. p. 371.
Thymelaea spica cylindrica, superne foliosa. HALL. Hist. n. 1024.
 In fylvis circa *Theben* et *Blumenau*. Martio.
Bergpfeffer, *Kellerhals*. Farkas hárs; Tetü-fa.
 Officin. Cortex *Mezerei*.
 Flores ante foliationem in spica cylindrica, rubicundi.
 Bacca globosa, rubra.

T R I G Y N I A.

162. POLYGONVM.

Cal. o. Cor. 5—partita, calycina. Sem. 1. angulatum.

*) *Perficariae pistillo bifido, aut stamina minus 8.*

387. *Polygonum amphibium* floribus pentandris, semidigynis; spica ovata LINN. Syst. Veg. p. 377.
Polygonum fol. ovato-lanceolatis, ciliatis; spicis ovatis. HALL. Hist. n. 1565.
 In stagnis in der Pötschen et alien Au. Iunio.
 Natanis, foliis elliptico-lanceolatis, obtusis, nervis subtus parallelis, oris ad lentem tenuissime serrulatis.
 Spicae teretes, densae. Flores rubelli. Stamina corolla paulo longiora.

388. *Polygonum Hydropiper* flor. hexandris, semidigynis; fol. lanceolatis; stipulis submuticis. LINN. Syst. Veg. p. 377.

Polygonum fol. ovato-lanceolatis; spicis florigeris; vaginis caluis, truncatis. HALL. Hist. n. 1554.

Ad aquas stagnantes, et sepes vdas vbique. Iunio, Iulio.

Wasserpfeffer. Vizi Bors; Vizi Hunyor; Eb Gyömbér.

Caulis erectus, teres. Folia ovato-aut lineari-lanceolata, in petiolum decurrentia. Vaginae truncatae, pilis raris ciliatae. Spicae tenues laxae caulem ramosque terminant. Flores rubelli.

- 389 *Polygonum Persicaria* flor. hexandris, digynis; spicis ovato-oblongis; fol. lanceolatis; stipulis ciliatis. LINN. Syst. Veg. pag. 377. SCOP. Carn. 2. n. 468.

Polygonum fol. ovato-lanceolatis, subhirsutis; spicis ovatis, vaginis ciliatis. HALL. Hist. n. 1557.

Cum priore. Iunio, Iulio.

Flöhkraut. Hynor-fü.

Caulis erectus, striatus. Folia ovato-lanceolata, acuminata, viridia et nigro maculata. Vaginae truncatae, ciliatae. Spicae ex ovato cylindricae, densae. Flores albi et rubelli.

*) *Polygonum, foliis indivisis, floribus octandris.*

390. *Polygonum aviculare* flor. octandris, trigynis, axillaribus; fol. lanceolatis; caule procumbente, herbaceo. LINN. Syst. Veg. p. 378. SCOP. Carn. 2. n. 471.

Polygonum procumbens; fol. linearibus acutis; flor. solitariis. HALL. Hist. n. 1560.

Iuxta vias, agros et ad muros vbique. Aestate.

Wegtritt. Ports-fü; Disznó-pá'sit. Truskawec.

Gaulis semper procumbens foliis admodum variat, ab ovata nimirum ad linearem vsque figuram. Vaginae coloratae, truncatae, raris pilis ciliatae. Flores minimi

mi albi et rubelli in spica tenui, aut ex alis foliorum solitari.

***) *Helxine, foliis subcordatis.*

391. *Polygonum Fagopyrum* fol. cordato-sagittatis; caule erectiusculo, inermi; feminum angulis aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 379.

Polygonum caule erecto; fol. sagittatis; valvulis integerrimis. HALL. Hist. n. 1563.

In reiectamentis hortorum et agrorum marginibus passim spontaneum. Iunio, Iulio.

Heiden; Buchweizen. Haritska; Pohánka; Hajdéná, Pohanka, Tatárka.

Caulis erectus, ramosus, teres, succulentus, rubellus. Folia cordato-sagittata, petiolata, glabra. Flores rubelli. Semina triangularia, nigra.

392. *Polygonum Conuolulus*, fol. cordatis, caule volubili, angulato; flor. obtusis. LINN. Syst. Veg. p. 379. SCOP. Carn. 2. n. 469.

Polygonum caule volubili; fol. sagittatis. HALL. Hist. n. 1561.

In agris, dumetis, aggeribus et ad sepes. Iunio.

Kornwinde. Szulák-haritska; Folyóka.

Caulis angulosus viridis et rubellus, scaber, circa fructices et frumenta se conuoluit. Folia cordata, sagittata. Flores 4—5 in spiculis paruis ex foliorum alis, subsessiles, albi. Antherae violaceae. Semen trigonum.

T E T R A G Y N I A.

163. PARIS.

Cal. 4—phyllus. *Perala* 4. angustiora. *Bacca* 4—locularis.

393. *Paris quadrifolia*. LINN. Syst. Veg. p. 381. HALL. Hist. n. 1006. SCOP. Carn. 2. n. 472.
Solanum quadrifolium bacciferum. C. BAVH. P. pag. 167.

In nemoribus vmbrosis, et in syluis insularis *in der alten Au.* Maio.

Einbeer. Töglay-fü; Négy-levelü-fü. Wlcj-oko.

Folia verticillata 4—5, ovata, inferne nitida caulem teretem terminant. *Pedunculus* angulosus. *Calycina* foliola vnciam longa, in acumen desinentia. *Petala* inter folia calycina subulata, ex viridi flavescentia. *Antherae* flavae, medio filamentorum adnae. *Germen* tetragonum nigrescens. *Styli* concolores primo recti, dein incurvi.

164. ADOXA.

Cal. 2—fidus, inferus. *Cor.* 4. f. 5—fida, supera. *Bacca* 4. f. 5. locularis, calyce coalita.

394. *Adoxa Moschatellina*. LINN. Syst. Veg. pag. 381. POLLICH. Fl. Pal. n. 390.

Ranunculus nemorosus Moschatellina dictus. C. BAVH. P. p. 178.

In humidis ad rivum *bei der Apponyischen Mühle.* Martio, Aprili.

Bisamkraur. Pésmá boglár-virág.

Folium radicale vnicum, erectum, petiolo triquetro: pinnato-tripartitum; pinnulis ovatis 2—3—fidis. *Caulem* 1—2. vncialem terminant folia 2, similia, connato-opposita, e quorum medio prodiit *pedunculus* angulatus, sustinens flores plerumque 5. in capitulum cubicum congestos, virides: horum laterales 5—fidi

5—fidi sunt cum staminibus 10. : terminalis 4—fidus,
stamina 8.

165. ELATINE.

Cal. 4—phyllus. Petala 4. Caps. 4—ocularis,
4—valvis, depressa.

395. *Elatine Alfinastrum* foliis verticillatis. LINN. Syst.
Veg. p. 381. HALL. Hist. n. 857.

Elatine foliis stellatis. BOEHM. Lipf. p. 127.

In fossis am *Rarschdorfer Weg*. Julio.

Caulis articulatus radiculis fluitans. Folia immerfa ca-
pillacea, numerosa; emerfa linearia: floralia corda-
to-ouata, quaterna. Flosculi breuiter pedicellati,
albi. Antherae albae. Stigmata virentia. Capsula
umbilicata.

C l a s s i s IX.
E N N E A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

166. BUTOMYS.

Cal. o. Cor. 6—petala: petalis alternis maioribus.
Caps. 6. polyspermae.

396. *Butomus umbellatus*. LINN. Syft. Veg. pag. 385.
SCOP. Carn. n. 475.

Juncus floridus. I. BAVH. Hist. II. p. 524.

In paludibus, fossis et stagnis passim. Julio.

Blumenrohr; Blumenbinfen. Viragos Káka.

Caulis 2—3—pedalis, erectus, nudus. Folia triquetra, longissima. Pedunculi numerosi ex summo caule umbellam faciunt uniflori. Petala albo rubroque varia. Filamenta subulata, alba. Antherae flavae, Stigmata rubentia.

Classis X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

167. DICTAMNUS.

Cal. 5—phyllus, persistens. *Petala* 5. vnguiculata, patula. *Filamenta* deorsum inclinata, punctis glandulosis adspersa. *Capf.* 5. coalitae.

397. *Dictamnus albus* foliis pinnatis; caule simplici.
LINN. Syst. Veg. p. 397. JACQV. Austr. t. 428.

Fraxinella. ELVS. Pann. p. 54.

In montibus lapidosis *hinter dem Schloß*; im *Mazen-grund*; et inter frutices *über dem Thomasbrunn*. Maio, Junio.

Dictamwurcz. Dictamos; Ezer Ió-fü; Szarvas-gyökér. Trewdawy'koren.

Officin. Radix *Dictamni*.

Caulis sesquipedalis, cubitalis, pilosus et glandulis adspersus. Folia *Fraxini* foliis similia, pinnata: foliola parium 5, ovato-lanceolata, ferrulata, glabra, sessilia; impar petiolo alato insidet. Flores in racemo caulem terminantem dilute purpurascens, venis saturatoribus picti. Calyx ruber cum pedunculis glandulis viscidis adspersus. Filamenta basi hirsuta et saepe connata, ex albo sensim purpurascunt, apiceque glandulas rubras gerunt. Antherae 4—gonae. Stylus purpureus. Germina atro-purpurea, pilosa.

168. TRIBULVS.

Cal. 5—partitus. *Petala* 5—partita, patentia. *Stylus*
o. *Capsf.* 5. gibbae, spinosae, polyspermae.

398. *Tribulus terrestris* foliis subsexiugis, subaequalibus; seminibus quadricornibus. LINN. Syst. Veg. p. 402.

Tribulus paribus foliorum sex aequalibus; fructu quadricorni. HALL. Hist. n. 947.

Ex fabulosis insulae *Schürr* mihi adlatus. Augusto.

Teufelsdorn; *Burzeldorn*. Földi sülyom; Koldus tetü.

Caules semipedales, prostrati, angulati, hirsuti. Folia opposita, pinnata: pinnulis 6—iugis, ovatis, integerrimis, subsessilibus, superne solo nervo villosulis, inferne albo sericeoque villo lanuginosis. Pedunculus ex ala folii uniflorus. Calycina foliola lanceolata, lanuginosa. Petala flava. Captulae anguli albi et vasis pilis hirti, terminatique spinis 4. rigidis; duabus maioribus, alteris oppositis minoribus.

169. MONOTROPA.

Cal. o. *Petala* 10. horum 5. exteriora basi excusata mellifera. *Capsf.* 5—valvis.

399. *Monotropa Hypopythis* floribus lateralibus octandris; terminali decandro. LINN. Syst. Veg. p. 402.

Hypopythis spica florida nutante. HALL. Hist. n. 1002.

In sylvis montanis auf dem Gemsenberg inter folia emarceda. Iunio, Iulio.

Scapus palmatis, aphyllus, squamosus. Flores flavi nutantes, breuiter pedicellati. Bracteae sub pedicellis ovatae, marginibus laceris. Petala pagina interna hirsuta, apicibus rotundatis. Stamina, pistillum et captula hirsuta. Stigma saturatius flavum, concavum, margine glutinosum. Tota planta flava, gratum odorem spargit.

170. PYROLA.

Cal. 5—partitus. Petala 5. Caps. 5—locularis, angulis dehiscens.

400. *Pyrola minor* floribus racemosis, dispersis; staminibus pistillisque rectis. LINN. Syst. Veg. pag. 408. SCOP. Carn. 2. n. 484.

Pyrola fol. subrotundis, tubis rectis. HALL. Hist. n. 1009.

In sylvis montanis. Iunio.

Caulis spithamalis, angulosus, nudus. Folia radicalia in cespitem congesta, subrotunda, obsolete crenulata. Flores in racemo caulem terminante. Petala alba, dorso rubicundo. Stigma 4—fidum. Capsulae pendulae.

401. *Pyrola secunda* racemo unilaterali. LINN. Syst. Veg. p. 408. HALL. Hist. n. 1008. SCOP. Carn. 2. n. 485.

Pyrola tenerior II. CLVS. Pann. p. 505. 506.

In sylvis umbrosis unter dem Gemsenberg bei dem Teich. Maio.

Wintergrün. Körtöke; körtvely - fa levelü - fü.

Caulis spithamalis basi decumbens, hinc inde squamis vestitus. Folia ovata, acutiuscula, crenata, laete viridia, splendentia, glabra. Flores in spica recta, secundi, albi, nutantes.

402. *Pyrola uniflora* scapo unifloro. LINN. Syst. Veg. pag. 409. HALL. Hist. n. 1011. SCOP. Carn. 2. n. 486.

Pyrola minima. CLVS. Pann. p. 508. 509.

In roridis syluosis zu Pallenstein bei der Pulvermühle. Iunio.

Folia radicalia in cespitem congesta, orbiculata, crenata. Scapus digitalis, nudus, basi squamis vestitus, vnico alboque flore terminatus.

DIGYNIA.

171. CHRYSOSPLENIVM.

Cal. 4. f. 5—fidus, coloratus. *Cor.* o. *Capf.* 2—rostris, unilocularis, polysperma.

403. *Chryso-splenium alternifolium* foliis alternis. LINN. Syft. Veg. pag. 411. HALL. Hist. n. 1548. SCOP. Carn. 2. n. 487.

In humidis umbrosis circa rivum bei der Apponyischen Mühle. Aprili.

Goldmilz. Arany Veselke.

Caulis palmaris, angulatus, basi rubris punctis adspersus. Folia ima reniformia, rotunde crenata, albis raris rigidisque pilis hirta; superiora glabra. E summo caule rami bifidi, corymbosi. *Cal.* flavus, in nostro 4—fidus. Stamina 8. Styli peracta florecentia diuaticati.

172. SAXIFRAGA.

Cal. 5—partitus. *Cor.* 5—petala. *Capf.* 2—rostris, unilocularis, polysperma.

404. *Saxifraga granulata* foliis caulinis reniformibus, lobatis, caule ramoso; radice granulata. LINN. Syft. Veg. p. 413.

Saxifraga fol. radicalibus reniformibus, obtuse dentatis; caulinis palmatis. HALL. Hist. n. 976.

Saxifraga alba, radice granulosa. I. BAVH. Hist. III. Part. 2. p. 706.

Vbiq̄ in collibus tenui gramine tectis. Maio. *Sceinbrech.* Kö rontó-fü. Lomkamen.

Caulis apud nos simplex, erectus, pedalis, hirsutus, tactu viscosus. Folia radicalia petiolata, reniformia, crenata; caulina sessilia: inferiora palmata, summa integerrima, lanceolata. Flores in apice caulis 6—8. fasciculatim collecti, albi.

405. *Saxifraga tridactylites* fol. caulinis cuneiformibus. trifidis, alternis; caule erecto, ramofo. LINN. Syst. Veg. p. 414.

Saxifraga fol. petiolatis, trilobatis; caule erecto, ramofo et foliofo. HALL. Hist. n. 986.

Sedum tridactylites tectorum. C. BAVH. F. p. 285.

In muris et tectis inter muscos, in saxosis humidis *am Calvariberg.* Maio.

Cauliculi digitales, palmares, erecti, ramofo, viscosi, hirsuti, plerumque rubentes. Folia radicalia petiolata, triloba; caulina sessilia, ad basim vsque trifida. Pedunculi alares, vniflori. Flores parui, albi.

173. SCLERANTHUS.

Cal. 1—phyllus, 5—fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 2. calyce inclusa.

406. *Scleranthus annuus* calycibus fructus patulis. LINN. Syst. Veg. p. 415. HALL. Hist. n. 1551.

Scleranthus annuus laciniis calycis patulis, acutis, viridibus. WILLDEN. Fl. Ber. n. 467.

In aruis et agris arenosis, vbique. Aestate.

Cauliculi ramofo, prostrati, geniculati. Folia angustissima basi latiora. Flores in apicibus ramorum fasciculati. Calycina segmenta acuta, patentia, viridia.

407. *Scleranthus perennis* calycibus fructus clausis. LINN. Syst. Veg. p. 415.

Scleranthus floris segmentis erectis. HALL. Hist. n. 1550.

Scleranthus perennis laciniis calycis erectis, obtusis, albidomarginatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 468.

In campis et agris sabulosis *bei dem Calvariberg.* Junio.

Caules caespitosi, pubescentes, digitum longi. Folia connata, subulata, crassiuscula. Flores in apice ramorum fasciculatim collecti. Calycina segmenta obtusa, apice connuientia, marginibus albis.

174. GYPSOPHILA.

Cal. 1—phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5. ovata, fessilia. *Caps.* globosa, unilocularis.

408. *Gypsophila paniculata* foliis lanceolatis, scabris; corollis reuolutis; floribus dioicis. LINN. Syft. Veg. p. 416. JACQV. Austr. App. t. I.

In sabulosis inter salices in *der Engerau*, et inter lapides *auf dem neuen Damm*. Julio.

Caulis ramosissimus, albus, teres, geniculatus, geniculis tumidis. Rami quaquaerfum diuaticati, geniculis ad axillas foliorum cauli inserti. Folia lanceolata, acuta, glauca, glabra, margine scabra. Pedunculi per trichotomiam amplissimam constituunt paniculam. *Cal.* campanulatus, angulis 5. viridibus ad lentem villosulis. Corolla alba. Petalorum apices reflexi. Antherae roseae. Styli purpurei parum ultra corollam prominent. Stigmata alba, villosula.

409. *Gypsophila muralis* fol. linearibus, planis; calycibus aphyllis; caule dichotomo; petalis crenatis. LINN. Syft. Veg. p. 416.

Saponaria foliis filiformibus; caule diffuso, brachiato. HALL. Hist. n. 903.

In aruis agrisque arenosis, passim. Augusto.

Caulis digitalis, palmaris, erectus, teres, dichotomus, rubellus, geniculis tumidiusculis. Folia coniugata, fessilia, linearilanceolata. Pedunculi uniflori. Calyces pentagoni, rubelli, ad basim nullis squamulis suffulti. Petala rubra, emarginata. Stamina tubo corollae breuiora.

410. *Gypsophila saxifraga* fol. linearibus; calyc. angulatis squamis quatuor; corollis emarginatis. LINN. Syft. Veg. p. 416.

Tunica calycibus peluiformibus. HALL. Hist. n. 902.

In collibus apricis, sabulosis, muris et saxis passim.

E radice lignosa, alba, repente plurimi prodeunt caules palmares et semipedales, semierecti, tenues, per dich-

dichotomiam alterne in ramos diuisi. Folia connato-opposita, angustissima, acuta. Cal. 5—gonus angulis virentibus. Ad basim calycis squamæ 4, tubo dimidio breuiiores, ouato-lanceolatae neruo in acumen exeunte. Petala emarginata, rosea, basi striis tribus purpureis picta.

175. SAPONARIA.

Cal. 1—phyllus, nudus, tubulosus. Petala 5. unguiculata. Caps. oblonga, unilocularis.

411. *Saponaria officinalis* calycibus cylindricis; foliis ouato-lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 416.

Saponaria fol. ouato-lanceolatis, trineruiis; floribus tubulosis umbellatis. HALL. Hist. n. 908.

Ad lepes, iuxta fossas, et in dumetis in der Bürgerau. Iunio.

Seifenkraut. Szappan-fü; Láb mosó-fü. Mydelnj. 1

Caulis pedalis geniculis incrassatis, plerumque ruber. Folia lanceolata, trineruia, connato-fessilia. Pedunculi ex alis foliorum infimi uniflori, caeteri triflori. Calyx pubescens. Petala alba aut dilute purpurascens, obtusa, apice subemarginata, ad faucem denticulis 2. instructa.

412. *Saponaria Vaccaria* calycibus pyramidalibus quinquangularibus; fol. ouatis, acuminatis, sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 416. HALL, Hist. n. 907.

Lychnis segetum rubra, folio Perfoliatae. C. BAYH. P. p. 204.

In agris inter segetes passim. Iunio.

Caulis bipedalis, erectus, teres, ramosus. Folia lanceolata, opposita, connato sessilia. Pedunculi uniflori. Calyces albi, angulis viridibus. Flores parvi, rosei.

176. DIANTHVS.

Cal. I—phyllus, cylindricus, coriaceus: basi squamis 4. *Petala* 5. vnguiculata. *Capf.* cylindrica, vnilocularis.

*) *Flores aggregati.*

413. *Dianthus Carthusianorum* floribus subaggregatis; squamis calycinis ouatis, aristatis, tubum subaequantibus; foliis trineruiis. LINN. Syft. Veg. p. 417. Tunica fasciculis trifloris, ramos terminantibus; stipulis aristatis, maximis. HALL. Hist. n. 899. In montanis lapidosis, iuxta vias et in fyluestribus. Iunio.

Caulis pede altior, teres, geniculis tumidis. Folia opposita, connata, lineari-lanceolata, glabra. Flores ad 15 in vno fasciculo, purpurei. Calyx basi viridis, superne rubellus.

414. *Dianthus Armeria* flor. aggregatis, fasciculatis; squamis calycinis lanceolatis, villosis, tubum, aequantibus. LINN. Syft. Veg. p. 417.

Tunica floribus vmbellatis; squamis calycinis hirsutis, mucronatis, tubum aequantibus. HALL. Hist. n. 900. Vbique in pratis et nemoribus. Iunio.

Totus hirsutus. Caulis teres, pede altior, ramosus. Folia lineari-lanceolata, connata, sessilia. Fasciculi 2—4—flori caulem ramosque terminant. Squamae calycinae lanceolatae, mucronatae, longitudine tubi. Petala rubra, serrata, interne albis punctis variegata.

415. *Dianthus prolifer* flor. aggregatis, capitatis; squamis calycinis ouatis, muticis, tubum superantibus. LINN. Syft. Veg. p. 417.

Tunica capitulo ouali, compacto; calyce vniuersali quadrifolio. HALL. Hist. n. 901.

In aridis secundum Danubium, in argillofis *bei dem Pazenhäufel*, et iuxta viam *bei Blumenau*. Iulio.

Caulis

Caulis erectus obsolete tetragonus, ramosus, glaber. Folia connato-fessilia, angustissima, glabra. Flores in capitulum ovale collecti et bracteis aridis albis cincti. Petala parua, rubra, emarginata. Antherae violaceae. Semina rufa, alata.

**) Flores solitarii, plures in eodem caule.

416. *Dianthus deltooides* flor. solitariis; squamis calycinis lanceolatis binis; coroll. crenatis. LINN. Syft. Veg. p. 418.

In pratis vmbrosis am *Bach bei der Kasbergerischen Mühle*, in humidis unter dem *Pazenhäusel*.

Caulis pedalis, teres, dichotomus, pubescens. Folia opposita, connato-fessilia, subulata, leuiter pubescentia. Flos vnica caulem ramosque terminat. Squamae calyce dimidio breuiores. Cor. petala rubra, crenata, ad basim laminae albis punctis variegata, e quibus prodeunt setulae albae. Styli spirallyter conuoluti, vno latere hirsuti. Filamenta violacea.

417. *Dianthus superbus* flor. paniculatis; squamis calycinis breuibus, acuminatis; coroll. multifido-capillaribus; caule erecto. LINN. Syft. Veg. p. 418.

Tunica petalis minutissime laciniatis. HALL. Hist. n. 898.

Caryophyllus syluestris VI. tenuissime laciniato flore. CLVS. Pann. p. 322. 323.

In herbidis subsyluestribus am *Gemsenberg*. Augusto.

Caulis basi inclinatus, dein erectus 2—pedalis, ramosus, teres, geniculis tumidiusculis. Folia opposita, connato-fessilia, lineari-lanceolata, subtus trinervia. Calyx vnialis, cylindricus, striatus, vno latere plerumque spadiceo colore tinctus. Squamae calycinae ovatae, acuminatae. Laminae petalorum purpureae in tenuissimas lacinias diuisae, prope faucem barbatae. Capula calyce longior.

***) *Caule*

***) *Caule unifloro.*

418. *Dianthus virgineus* caule subunifloro; coroll. crenatis; squamis calycinis brevissimis; fol. subulatis. LINN. Syst. Veg. pag. 418. JACQV. Austr. App. tab. 15.

Caryophyllus V. albo et laciniato flore. CLVS. Pann. p. 320. 321.

In faxosis montis *Kobel* supra *Theben* rarus; frequens in aduerso monte ad *Hainburgum* Austriae. Iulio.

Caulis basi inclinatus, dein erectus, spithamalis, uniflorus, rarius biflorus, glaber. Folia tenuissima, opposita, connato-tesilia, striata, glauca. Squamae calycinae ouatae, mucronatae. Petala alba, tenuissime laciniata. Capsula ouata longitudine calycis vncialis, cylindrici, striati.

TRIGYNIA.

177. CUCUBALVS.

Cal. inflatus. *Petala* 5. vnguiculata, absque corona ad faucem. *Capf.* trilocularis.

419. *Cucubalus bacciferus* calycibus campanulatis; petalis distantibus; pericarpis coloratis; ramis diuarcatis. LINN. Syst. Veg. p. 419.

Viscago baccifera; petalis ferratis. HALL. Hist. n. 912.

In dumetis densioribus, in *der Bruckau, Bürgerau, Mitterhaufen*, alibique. Iunio.

Caules teretes, pilosuli, scabri, ramos vicinorum fruticum supercandunt. Folia ouata, acuta, villosula, breuiter petiolata, deflexa. Rami oppositi ad angulum rectum diuergentes. *Cal.* campanulatus, 5—dentatus. *Petala* bifide crenata, alba, ad faucem denticulis coronata; ob quam notam *Silenibus* adfoeciandus esse videtur.

420. *Cucubalus Behen* calycibus subglobosis, glabris, reticulato-venosis; capf. trilocularibus; coroll. subnudis. LINN. Syst. Veg. p. 419.

Viscago

Viscago caule brachiato, nodoso; calycibus inflatis, venosis. HALL. Hist. n. 913.

In pratis et pomariis. Maio.

Caulis erectus, sesquipedalis, obtuse tetragonus, basi pubescens, superne glaber. Folia opposita, connato-fessilia, glabra, margine tenuissime denticulata. Flores ex dichotomia ramorum, solitarii, albi, nutantes.

421. **Cucubalus viscosus** flor. lateralibus vndique decumbentibus, caule indiviso; fol. basi reflexis. LINN. Syst. Veg. p. 419.

Lychnis viscosa. Scop. Carn. 2. n. 518.

In pratis siccioribus *unter den Ziegelöfen gegen der Landstrasse.*

Radix fusiformis, alba, digiti minimi crassitie, ad uncias 6. longa. Caulis erectus, cubitalis, teres, simplicissimus, geniculis tumidiusculis articulatus, cum foliis viscosus, densisque villis simplicibus et capitatis hirtus. Folia radicalia spatulaeformia in petiolum decurrentia: caulina opposita, sessilia, lanceolata, acuminata, integerrima, marginibus reflexis aequaliterque undulatis. Flores in spicam laxam 8—10 uncias longam digesti. Pedunculi ex alis foliorum connatorum oppositi sustinent flores plerumque tres denuo pedicellatos, medio longiore; pedicelli laterales suffulciuntur bracteolis subulatis, trifidis. Calyx ad unciam longus, decangulus, angulis coloratis, alternis breuioribus. Petala alba, bifida, vnguibus calyce longioribus, hirsutis. Filamenta virentia, hirsuta, 5. intra faucem corollae, caetera longitudine stylorum uncialium. Germen cylindricum.

422. **Cucubalus Otites** flor. dioicis; petalis linearibus, indivisis. LINN. Syst. Veg. p. 419.

Viscago floribus verticillatis, spicatis, sexu distinctis; petalis linearibus. HALL. Hist. n. 920.

Sesamoides magnum Salmanticense. CLVS. Hist. pag. 295.)

Iisdem cum priore locis, et *bei dem steinernen Kreuz*.
Maio, Iunio.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, teres, pubescens, supra medium viscosus. Folia radicalia in cespitem congesta, cuneiformia: caulina opposita, connatofessilia, lanceolata, integerrima, subpubescens. Flores in racemis verticillatis dioici, intermixtis non raro hermaphroditis. Petala flavo-virentia, parua, angustissima. Filamenta 5. maiora. Capsulae ellipticae.

178. SILENE.

Cal. ventricosus. Petala 5. vngiculata: coronata ad faucem. Caps. trilocularis.

423. *Silene nutans* petalis bifidis, floribus lateralibus, secundis cernuis; panícula nutante. LINN. Syst. Veg. p. 420.

Viscago fol. lanceolatis, hirsutis; flor. paniculatis nutantibus. HALL. Hist. n. 915.

Lychnis sylvestris albo flore. CLVS. Pann. p. 328.

In herbis montanis *über dem Thomasbrunn*, et in pratis insulanis. Maio, Iunio.

Caulis sesquipedalis, altior, hirsutus; geniculis tumidis, rubellis. Folia hirsuta: radicalia obverse lanceolata in petiolum decurrentia; caulina lanceolata, opposita, fessilia. Flores breviter pedunculati, nutantes. Calyx 10—angulatus, angulis rubris, cum pedunculis villis capitatis hirtus. Petala bifida, segmentis lineam latis apice crenulatis. Filamenta longitudine vnguium petalorum. Antherae flavae. Styli rubelli. Germen cylindricum, viride.

179. STELLARIA.

Cal. 5—phyllus, patens. *Petala* 5. bipartita. *Caps.*
1—locularis, polysperma.

424. *Stellaria nemorum* foliis cordatis, petiolatis; panicula pedunculis ramosis. LINN. Syft. Veg. p. 422. SCOP. Carn. 2. n. 532. excluso synonym. HALLER.

Alfne altissima nemorum. C. BAVH. P. p. 250.

In humidis vmbrosis in der Bruck- und Bürgerau, in syluestribus über dem Kupferhammer. Maio, Junio.

Caulis pedalis, erectus, striatus, villosulus. Folia cordata, acuminata, integra: inferiora longè petiolata; sub ramis et pedunculis sessilia, petioli rariter pilosis. Calyx villosulus marginibus albis. Petala alba profunde bipartita.

425. *Stellaria dichotoma* fol. ovatis, sessilibus; caule dichotomo; flor. solitariis; pedunculis fructiferis reflexis. LINN. Syft. Veg. pag. 422. SCOP. Carn. 2. n. 533.

Myofotis, fol. petiolatis, cordatis, tubis ternis. HALL. Hist. n. 886.

In humidis vmbrosis in der Pötschen, Bürgerau, frequens. Junio.

Caules decumbentes, hirsuti, geniculis tumidis. Folia ovata, acuta, opposita, connato-sessilia, margine villosula. Pedunculi vncia longiores ex dichotomia caulis ramorumque, uniflori; floriferi erecti, fructiferi deflexi. Calyx hirsutus. Petala alba, segmentis obtusis. Styli hirsuti.

426. *Stellaria Holoftea* fol. lanceolatis, serrulatis; petalis bifidis. LINN. Syft. Veg. p. 422. SCOP. Carn. 2. n. 534.

Alfne foliis gramineis, ciliatis. HALL. Hist. n. 884.

In accliuibus humidis inter frutices, passim. Aprili, Maio.

Caulis basi repens, gracilis; dein erectus, striatus, dichotomus. Folia opposita ex lanceolata basi sensim in subulatum mucronem angustata, margine scabr.

Pedunculi biunciales ex dichotomia caulis ramorumque. Calyx patens foliolis lanceolatis, glabris. Petala alba, calyce longiora, semibifida.

427. *Stellaria graminea* fol. linearibus, integerrimis; flor. paniculatis. LINN. Syft. Veg. p. 422. SCOP. Carn. n. 535.

Alfinae fol. lanceolatis, lineatis; petiolis ramosis. HALL. Hist. n. 882. A

- Mixtum cum priore, et ad sepes hortorum. Maio.
Caulis procumbens, dichotomus, glaber. Folia linearilanceolata, graminea. Calycina foliola lanceolata, acuminata, marginibus membranaceis, albis. Petala alba longitudine calycis, ad basim vsque bifida.

180. ARENARIA.

Cal. 5—phyllus patens. Petala 5; integra. Caps.
1—locularis, polysperma.

428. *Arenaria trineruia* foliis ovatis, acutis, petiolatis, nervosis. LINN. Syft. Veg. p. 423.

Alfinae fol. ovato-lanceolatis, trineruiis. HALL. Hist. n. 878.

In pomariis et dumetis insularis, passim. Maio.

Caulis basi procumbens, leniter hirsutus. Folia radicalia, caulinis minora, quae opposita sunt, ovata, acuminata, 3—5—neruia, basi ciliata. Pedunculi uniflori. Petala calyce dimidio minora, alba, integerrima. Antherae albae.

429. *Arenaria serpyllifolia* fol. subovatis, acutis, sessilibus; corollis calyce brevioribus. LINN. Syft. Veg. p. 423.

Alfinae fol. ovato-lanceolatis, subhirsutis; petalis calyce brevioribus. HALL. Hist. n. 875.

In arenosis *hinter der Engerau*, et iuxta vias sylvarum. Maio.

Cauliculi palmares, villosi, basi procumbentes, rubelli. Folia exigua, ovata, acuminata, leniter pubescentia.

Pe-

Pedunculi uniflori ex dichotomia caulis ramorumque. Petala alba integerrima.

430. *Arenaria rubra* β) *marina*; fol. filiformibus; stipulis membranaceis vaginantibus. LINN. Syst. Veg. p. 424.

Alfinae fol. linearibus; stipulis ovato-lanceolatis, argenteis. HALL. Hist. n. 872.

In glareosis am Neufiedler See copiose. Iunio, Iulio.

Cauliculi prostrati, ramosissimi, villosi-viscosi, geniculis tumidiusculis. Folia carnosae: uno latere plana, altero conuexa. Stipulae ovatae, membranaceae, albae, nitentes. Calyces hirsuti. Petala purpurascientia. Filamenta basi plana. Capsula ovalis, coriacea ad medium vsque calyce testata. Semina rotunda, plana, margine membranaceo cincta.

431. *Arenaria tenuifolia* fol. subulatis; caule paniculato; caps. erectis; petalis calyce brevioribus, lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 424.

Alfinae fol. linearibus glabris; petalis calyce brevioribus. HALL. Hist. n. 866.

In apricis sterilibusque montibus über dem Thomasbrunn. Iunio, Iulio.

Cauliculi digitum longi statim prope radicem ramosi, teretes, rubelli. Folia opposita, connato-sessilia, subulata. Pedunculi ex dichotomia caulis ramorumque uniflori. Calyces villis capitatis hirti, foliolis subaristatis. Petala alba.

PENTAGYNIA.

181. SEDUM.

Cal. 5—fidus. Cor. 5—petala. Squamae nectariferae 5. ad basim germinis. Caps. 5.

*) *Planifolium*.

432. *Sedum Telephium* foliis planiusculis, ferratis; corymbo foliato; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 429.

Sedum fol. planis, ovatis, ferratis; cymis lateralibus, corymbosis. SCOP. Carn. 2. n. 553.

Ad vias inter vineas, in dumetis humidioribus et in saxosis montium passim. Iulio, Augusto.

Knabekraut; fette Henne. Bab-levelü-fü; Kövér-fü; Szerelem taplója.

Officin. *Herba Crassulae, seu Fabae inuersae.*

Caulis pedalis, teres, basi incurvus et saepe maculis rubris variegatus. Folia sessilia, carnosa, ovata, obtusa, denticulata. Corymbi florum caulem ramosque terminant. Petala alba, aut rubella, apice reflexa. Germina trigona.

**) *Terezifolia.*

433. *Sedum album* fol. oblongis, obtusis, teretiusculis, sessilibus, patentibus; cyma ramosa. LINN. Syst. Veg. p. 430.

Sedum caule glabro; fol. teretibus; umbellis ramosis; floribus petiolatis. HALL. Hist. n. 959.

Sedum minus L. CLVS. Hist. II. p. 59.

In muris, tectis, saxosisque locis. Iulio.

Caulis semipedalis, ramosus, basi inflexus. Folia sparsa, compresso-teretia, obtusa, glabra. Umbella ramosa caulem terminat. Flores breuiter pedunculati. Petala alba, linea rubra notata. Antherae rubrae.

434. *Sedum acre* fol. subovatis, adnato-sessilibus, gibbis, erectiusculis, alternis; cyma trifida. LINN. Syst. Veg. p. 430.

Sedum fol. conicis, confertis; caulibus ramosis, summis trifidis. HALL. Hist. n. 966.

In muris, tectis et saxosis sterilibus. Iunio.

Caules plurimi in cespitem congesti, procumbentes. Folia carnosa, subrotundo-ovata, obtusa, imbricatim cauli approximata. Cyma trifida inflexa, caulem terminat. Flores sessiles, flavi. Petala lanceolata, acuminata, integerrima.

435. *Sedum sexangulare* fol. subovatis, adnato-fessilibus, gibbis, erectiusculis, sexfariam imbricatis. LINN. Syst. Veg. p. 430.
Sedum fol. teretibus, ternatis; caulibus simplicibus, trifidis. HALL. Hist. n. 965.
Sedum fol. teretibus, obtusis, patulis; cyma trifida; flor. solitariis. SCOP. Carn. 2. n. 558.
 In saxosis *unter dem Teufelsessel* et cum priore in montanis passim. Iunio.
 Caulis palmaris; inferne ramosus, teres, succulentus. Folia linearia, teretiuscula, obtusa, patentia, per caulem ita sparsa, vt figuram hexagonam efforment. Flores in cyma trifida, inflexa, sessiles, secundi. Petala lanceolata, acuta, flaua.

182. OXALIS.

Cal. 5—phyllus. Petala vnguibus connexa. Caps. angulis dehiscens, 5—gona.

*) *Scapo radicali.*

436. *Oxalis Acetosella* scapo vniiflora; foliis ternatis, obcordatis; radice dentata. LINN. Syst. Veg. Ed. 13. p. 300. HALL. Hist. n. 928.
Oxalis Acetosella scapis vniifloris; fol. ternatis: foliolis obcordatis, pilosis. THUNB. in LINN. Syst. Veg. Ed. 14. p. 432.
 In umbrosis *bei den Landmühlen* non frequens; copiosa in syluis abiegnis *bei Modern*. Aprili.
Sauerklee. Madár sóska; Apró sóska. 'Zagec' Sztáw.
 Officin. Herba *Acetosellae*.
 Radix squamoso-articulata rubens emittit pedunculum vniiflorum, teretem, villosulum. Folia e radice, ternata, obuerse cordata, petiolis basi rubellis, raris albisque pilis hirtis. Petala alba, rubris lineis picta, vngue macula flaua signato.

***) *Foliis caulinis alternis.*

437. *Oxalis corniculata* pedunculis umbelliferis; caule ramoso, diffuso. LINN. Syst. Veg. Ed. 13. pag. 361. HALL. Hist. n. 929.

Oxalis corniculata caule decumbente, herbaceo; pedunculis umbelliferis. THUNB. in LINN. Syst. Veg. Ed. 14. p. 434.

In dumeto ad fossam *hinter dem Kindsgraben*. Maio, Junio.

Caulis semipedalis, altior, basi inclinatus dein erectus, teres, glaber, ramosus. Folia ternata, retrorsum flexa, obversè cordata, inferiora alterna, superiora subopposita. Petioli villosuli. Pedunculi 2—3flori, pedicellis bracteola subulata suffultis. Flores flavo, striis nigricantibus picti.

183. AGROSTEMMA.

Cal. 1—phyllus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* obtuso, indiviso. *Caps.* 1—locularis.

438. *Agrostemma Githago* hirsuta; calycibus corollam aequantibus; petalis integris nudis. LINN. Syst. Veg. p. 435.

Lychnis calycibus longissime caudatis. HALL. Hist. n. 926.

Inter segetes vbiq. Maio.

Raden; Kornnägelein. Konkoly; Vadótz, Kukol.

Tota planta pilosa. Caulis bipedalis, erectus, ramosus. Folia linearia, opposita, connato-fessilia, ad basim longis pilis ciliata. Calyx pilosus segmentis linearibus corollam longitudine superat. *Petala* rubra, rarius alba, obtusa, emarginata.

184. LYCHNIS.

Cal. I—phyllus, oblongus, laevis. *Petal.* 5. vngul-
culata. *Limbo* subbifido. *Capf.* 5—locularis.

439. *Lychnis Flos cuculi* petalis quadrifidis; fructu sub-
rotundo. LINN. Syft. Veg. pag. 435. HALL. Hist. n.
921.

Caryophyllus pratensis, flore laciniato, simplici; flos
cuculi. C. BAVH. P. P. 210.

In pratis humidiusculis vbique. Maio.

Kuckuckblume. Kakuk szeg-fü.

Caulis pedalis, altior, sulcatus, scaber, basi ruber, ge-
niculis tumidis. *Folia* lanceolata, opposita, connato-
sessilia, lateribus reflexis. *Calyx* 10—striatus,
ruber. *Petal.* rubra, 4—fida, segmentis lateralibus
breuioribus et angustioribus. *Antherae* cinerae.
Styli diuaticati, albi.

440. *Lychnis Viscaria* petalis subintegris. LINN. Syft.
Veg. p. 435.

Lychnis fol. lanceolatis; flor. verticillatis, spicatis.
HALL. Hist. n. 927.

Lychnis sylvestris l. flore rubro. CLVS. Pann. pag. 328,
329.

In montanis herbis vbique. Aprili, Maio.

Pechnelke. Vad Szek-fü.

Caulis cubitalis, geniculatus, teres, infra genicula cum
pedunculis obducitur glutine nigricante viscoso, quod
in ipsa exsiccata planta adhuc permanet. *Folia* li-
neari-lanceolata, opposita, connato-sessilia. *Calyx*
ruber. *Petal.* rubra, submarginata, vnguibus albis.
Antherae flavae. *Stigmata* alba, inflexa.

441. *Lychnis dioica* flor. dioicis. LINN. Syft. Veg. p.
436. HALL. Hist. n. 923.

Saponaria dioica flor. dioicis pentagynis; calycibus an-
gulatis, subinflatis; petalis bifidis; fol. lanceolatis.
WILLEN. Fl. Ber. n. 471.

In pratis montanis; inter frutices et iuxta vias. Maio,

Caulis cubitalis, erectus, striatus, villosus, scaber, apice ramosus. Folia opposita, connato-fessilia, lanceolata, acuta, villosula. Calyx *Maris* cylindricus, villosus, viridis, striis 10: *Feminae* ouatus, ventricosus, albidus, angulis 10. viridibus. Corollae albae petala semibifida. Filamenta villosa. Antherae flavae.

185. CERASTIUM.

Cal. 5—phyllus. Petala bifida. Caps. I—locularis apice dehiscens.

*) *Capsulis oblongis.*

442. *Cerastium vulgatum* foliis ouatis; petalis calyci aequalibus; caulibus diffusis. LINN. Syft. Veg. p. 436. Myosotis fol. ouato-lanceolatis, petalis calycis longitudine. HALL. Hist. n. 893.

Ad radices Salicum *in der Bruckau*, copiose. Aprili.

Caulis basi procumbens, rubellus; dein erectus, hirsutus, geniculatus, apice dichotomus. Folia radicalia in petiolum decurrentia; caulina opposita, connato-fessilia, ouato-lanceolata, obtusa hirsuta. Pedunculi vniiflori ex dichotomia caulis ramorumque. Calycina foliola margine membranacea, alba, apicibus rubellis. Petala alba, semibifida, calyci aequalia. Stamina omnia fertilia. Antherae flavae.

443. *Cerastium semidecandrum* flor. pentandris; petalis emarginatis. LINN. Syft. Veg. p. 436.

Myosotis caule simplici; fol. ouatis, hirsutis; tubis ternis. HALL. Hist. n. 894.

In pratis humidis *im Mazengrund* copiose. Aprili, Maio.

Caulis digitalis, pedalis, erectus, teres, hirsutus, basi rubellus, apice dichotomus. Folia opposita, connato-fessilia, ouato-lanceolata, obtusa, vtrinque pubescentia. Flores in summitate ramorum in capitulum collecti. Calyx laete viridis, pubescens, marginibus albis. Petala alba calycem aequantia aut paulo

paulo breviora, apice bifida. Filamenta 5. antherifera; 5. sterilia.

444. *Cerastium aruense* fol. lineari-lanceolatis, obtusis, glabris; coroll. calyce maioribus. LINN. Syst. Veg. p. 436.

Myolotis fol. linearibus, lanceolatis, petalis calyce duplo longioribus. HALL. Hist. n. 889.

Ad margines agrorum *am Weg nach der Mühlau zu*. Maio.

Caulis inferne procumbens, ramosus; dein erectus, semipedalis, teres, hirsutus. Folia lineari-lanceolata, opposita, connato-fessilia, vtrinque pubescentia. Pedunculi uniflori in apice caulis ramorumque. Calyx pubescens. Petala alba semibifida, calyce duplo longiora.

**) *Capsulis subrotundis.*

445. *Cerastium aquaticum* fol. cordatis, sessilibus; flor. solitariis; fructibus pendulis. LINN. Syst. Veg. pag. 436.

Alfina fol. ovato-cordatis; imis petiolatis; tubis quinis. HALL. Hist. n. 885.

In nemoribus humidis, umbrosis, passim. Iunio.

Caulis decumbens, villosulus; basi tetragonus, superne teres. Folia opposita, sessilia, ovato-cordata, acuminata, marginibus undulatis. Pedunculi ex dichotomia caulis ramorumque pilosi, viscosi: floriferi erecti; fructiferi deflexi. Calyx hirsutus. Petala alba, bifida, longitudine calycis. Caps. subrotunda, Semina rotunda, flava, verrucosa.

186. SPERGULA.

Cal. 5—phyllus. *Petala* 5. integra. *Caps.* ovata, 1—locularis, 5—valvis.

446. *Spergula aruensis* fol. verticillatis; floribus decandris. LINN. Syst. Veg. p. 437.

Sper-

Spergula arvensis fol. verticillatis, seminibus nudis.
WILLDEN. Fl. Ber. n. 488.

In agris montanis auf dem Pöllenberg. Julio, Augusto.
Caulis palmaris, pedalis, erectus, glaber, prope apicem
leuiter pubescens; ramosus. Folia sena in quouis
verticillo, filiformia, villosa-viscosa. Pedunculi per
dichotomiam ramosi: pedicelli squamis duabus mini-
mis suffulti. Flores albi, petalis obtusis. Semina
nigra, aspera.

447. *Spergula pentandra* fol. verticillatis; flor. pentan-
dris. LINN. Syst. Veg. p. 437.

Spergula vernalis fol. verticillatis; seminibus margina-
tis: margine diaphano albo. WILLDEN. Fl. Ber. n.
489.

In sabulosis humidis bei den Steinbrüchen unter dem
Thomasbrunn. Maio.

Cauliculi digitales, palmares, ramosissimi, prostrati,
villosuli. Folia breuia angustissima, glabra, verti-
cillata: sub singulo verticillo stipulae ouatae, acutae,
membranaceae, albae. Calyx hirsutus foliolis mar-
gine albis. Petala alba. Semina nigricantia albo-
marginata.

 Classis XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

 187. ASARVM.

Cal. 3—fidus, germi infidens. Cor. o. Caps. coriacea, coronata.

448. *Asarum europaeum* foliis reniformibus, obtusis, binis. LINN. Syst. Veg. pag. 441. SCOP. Carn. 2. n. 563.

Asarum foliis reniformibus, subhirsutis. HALL. Hist. n. 1547.

In nemoribus montanis bei *Razschdorf*, *Blumewan*, *Kaltenbrunn*. Martio, Aprili.

Hafelwurz. Капотняк; Kerek Rapor. Kopytnjk.

Officin. Radix; Herba *Asari*.

Stipes radicalis vna vix longior, squamis lanceolatis 2—3 vestitus, sustinet petiolos binos longitudine inaequales, striatos, pilis ferrugineis hirsutos. Folia orbiculato-reniformia, villosula. E medio petiolorum prodit pedunculus brevis uniflorus. Flores atro-purpurei.

188. PORTULACA.

Cor. 5—petala. *Cal.* 2—fidus. *Capf.* I—locularis, circumscissa.

449. *Portulaca oleracea* foliis cuneiformibus; floribus sessilibus. LINN. Syst. Veg. pag. 445. HALL. Hist. n. 968.

Portulaca sylvestris minor, f. spontanea. I. BAVH. Hist. III. p. 678.

In cultis, imprimis in vineis. Iulio.

Burzelkraut. Kóvér Portzin; Disznó-orja. Ku'rihosa.

Caulis succulenti, humifusi, teretes, rubelli. Folia alterna, carnosa, cuneiformia, sessilia, integerrima. Flores alares, sessiles, flavi.

189. LYTHRUM.

Cal. 12—fidus. *Petala* 6. calyci inserta. *Capf.* 2—locularis, polysperma.

450. *Lythrum Salicaria* foliis oppositis, cordato-lanceolatis; floribus spicatis, dodecandris. LINN. Syst. Veg. p. 446. SCOP. Carn. 2. n. 565.

Salicaria, fol. lanceolatis, subhirsutis, flor. spicatis. HALL. Hist. n. 854.

Lyfimachia spicata, purpurea. I. BAVH. Hist. II. p. 902.

Ad fossas viarum et circa riuos vbique: copiose in vdis unter dem Pazenhäufel. Iulio, Augusto.

Weiderich. Tüz - sa levelü fü; Piros Füzény. Wrbina.

Officin. Herba *Salicariae* f. *Lyfimachiae* purpureae.

Caulis 3—4—pedalis, erectus, tetragonus. plerumque rubellus. Folia lanceolata, basi rotundata, sessilia, opposita, saepe etiam ternata. Flores spicati, purpurei. Petala 5—6. Calyx hirsutus. Filamenta alterna longiora, rubella. Antherae flavae. Stylus ruber. Stigma globosum, viride, hirsutum.

451. *Lythrum virgatum* fol. oppositis, lanceolatis; panicula virgata; flor. dodecandris, ternis. LINN. Syst. Veg. p. 446. JACQV. Austr. t. 7.

Lyfimachia minor rubro flore, f. II. clvs. Pann. p. 477.
478.

Ad fossas viarum passim: Iunio.

Caules valde ramosi, inferne teretes fuscescentes: Rami virgati, quadranguli, virentes. Folia angusta, lanceolata, ima opposita: ramea summa alternantia. Flores ex alis foliorum 2—4. Calyx ex viridi-purpureo. Corolla saturate purpurea. Petala apice dentata. Stamina alterna supra corollam prominent, supra medium purpurea; antheris atro-viridibus: minora albidâ intra corollam sepulta; antheris flavis. Stigma viridè. Germen conicum flavescentis.

452. *Lythrum Hyssopifolia* fol. alternis linearibus; flor. hexandris. LINN. Syft. Veg. p. 447. JACQV. Austr. tab. 133.

Salicaria foliis linearibus; floribus per alas sessilibus. HALL. Hist. n. 855.

In pratis humidis bei dem rothen Kreuz am Ratjchdorfer Weg. Iunio, Iulio.

Caulis basi procumbens, dein erectus, ramosus. Folia sessilia, lineari-lanceolata, obtusa, mucrone terminata. Flores 1—2. ex alis foliorum breviter pedicellati. Cal. aequaliter 6—fidus, margine 12—dentato. Petala rubra, fugacia. Filamenta 6. Antherae flavae. Stigma capitatum. Capsulae cauli approximatae.

D I G Y N I A.

190. AGRIMONIA.

Cal. 5—dentatus, altero obuallatus. Petala 5. Sem. 2. in fundo calycis.

453. *Agrimonia Eupatoria* foliis caulinis pinnatis: impari petiolato; fructibus hispidis. LINN. Syft. Veg. p. 447. SCOP. Carn. 2. n. 567.

Agrimonia fol. pinnatis; pinnulis alterne minimis. HALL. Hist. n. 991.

In montanis über dem Pazenhäufel; unter den Merzeln.
Junio.

Odermennig; Bruchkraut, Párlo-fü. Repjk; Repiček.
Officin. Herba Agrimoniae.

Caulis pedalis, altior, simplex, erectus, villosulus. Folia radicalia in cespitem congesta, caulina alterna versus apicem semper minora; pinnata, pinnis intermediis minoribus; omnibus acute serratis, vtrinque hirsutis. Stipulae ad basim folii, sessiles, dentatae. Flores solitarii, alterni, flavi. Calyx tomentosus infidet pedunculo brevis, bracteola subulata suffulto. Fructus pilis uncinatis hirtus.

TRIGYNIA.

191. RESEDA.

Cal. I—phyllus, partitus. Petala laciniata. Caps. ore dehiscens, 1—locularis.

454. Reseda *luteola* foliis lanceolatis, integris, basi vtrinque unidentatis; calycibus quadrifidis. LINN. Syst. Veg. p. 448.

Reseda fol. ellipticis, obtuse lanceolatis, undulatis; calycibus quadrifidis. HALL. Hist. n. 1058.

In ruderosis ad ripam Danubii in der Engeräu bei der Kirchen frequens. Maio, Junio.

Färbergras. Sárzás-fü; Sárzán festö fü.

Caulis cubitalis, angulosus, ramosus, glaber. Folia sparsa, sessilia, lineari-lanceolata, obtusa, nervo mucronato, integra, undulata, glabra. Flores in longa et densa spica pallide flavi. Calyces brevissime pedunculati, verrucosi, quadrifidi.

455. Reseda *lutea* fol. omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. LINN. Syst. Veg. p. 448. JACQV. Austr. t. 353.

Reseda hexapetala, fol. pinnatis, undulatis, calyce sexfido. HALL. Hist. n. 1056.

In muris, ruderatis, ad vias et margines agrorum. Maio, Iunio.

Wilde Refeden. Olasz Mustár; Olasz Reptze.

Caulis pedalis, altior, basi inclinatus, dein erectus, striatus, albis, raris, rigidiusculis pilis scaber. Folia alterna, pinnata; pinnis 2—3—fidis per costam decurrentibus; scabriuscula. Flores flavi, pedunculati in spica subcylindrica, laxa caulem ramosque terminante. Cal. sexfidus; segmentis linearibus, patulis.

192. EUPHORBIA.

Cal. 1—phyllus, ventricosus. Cor. 4—f. 5—petala, calyci infidens. Caps. 3—cocca.

*) *Umbella trifida.*

456. *Euphorbia Peplus umbella trifida*: dichotoma; inuolucellis ouatis; foliis integerrimis, obouatis, petiolatis. LINN. Syst. Veg. p. 451.

Tithymalus foliis rotundis; stipulis floralibus cordatis, obtusis; petalis argute corniculatis. HALL. Hist. n. 1049.

In hortis inter olera frequens. Augusto.

Caulis semipedalis, altior, erectus, teres, glaber, basi rubellus, superne in tres ramos dinitus, ramis denuo dichotomis. Folia obuerse ouata in breuem petiolum decurrentia, apice rotundata, integerrima, glabra. Stipulae subcordatae, mucrone molli terminatae. Flores exigui, virentes. Petala bicornia.

457. *Euphorbia falcata umbella trifida*: dichotoma; inuolucell. subcordatis, mucronatis; fol. lanceolatis, obtusiusculis. LINN. Syst. Veg. p. 451. JACQV. Austr. tab. 121.

In agris inter stipulas, passim. Septembri.

Caules suberecti per dichotomiam ramos horizontaliter emittunt. Folia caulina lanceolata, basi attenuata, obtusiuscula, ex glauco virentia. Inuolucella ouato-subrotunda, mucronata, vno latere latiore et veluti

luti falcato; integerrima. Umbella vniuersalis 3—4—fida, caeteri flores solitarii ex alis dichotomiae. Petala 4, viridis, lunata, bicornia. Filamenta alba. Antherae globosae, fulcatae. Caps. ouales, glabrae.

458. *Euphorbia exigua* umbella trifida: dichotoma; inuolucell. lanceolatis; fol. linearibus. LINN. Syft. Veg. p. 451.

Tithymalus fol. linearibus; stipulis lanceolatis, aristatis. HALL. Hist. n. 1048.

In agris montanis inter stipulas. Augusto.

Cauliculi digitales, teretes, ramosi, glabri. Folia alterna, sparsa, linearia, obtusa. Umbellae radii 3—4. Inuolucrum vniuersale triphyllum: inuolucella diphylla, apicibus mucrone terminatis. Petala lunata, flauicantia. Fructus laeuis.

**) *Umbella quinquefida.*

459. *Euphorbia epithymoides* umbella quinquefida: bifida; inuolucell. ouatis; fol. lanceolatis, obtusis, subtus villosis. LINN. Syft. Veg. p. 452. JACQV. Austr. t. 344.

In syluis Modrensis im *Eichenwalde*. Iunio.

Caulis pedalis, erectus, teres, liuidus, hirsutus. Folia sessilia, sparsa, ouato-oblonga, obtusa, vtrinque ad oras et inferne ad nervos albis pilis hirsuta, ad lentem obsolete ferrata. Umbella 5—fida et 3—fida caulem terminat. Inuolucri foliola 5. foliis caulinis non abfimilia. Inuolucella bifolia. Calyx campanulatus, glaber, semi 5—fidus, flavus. Petala flaua, integerrima, orbiculata, concaua. Germen crassis pilis hirsutum. Capsula magnitudine pisi, muricata, pilosa. Semina glabra.

460. *Euphorbia helioscopia* umbella 5—fida: trifida, dichotoma; inuolucell. obouatis; fol. cuneiformibus, ferratis. LINN. Syft. Veg. p. 453.

Tithymalus fol. petiolatis, subrotundis, ferratis; stipulis rotundis, ferratis. HALL. Hist. n. 1050.

In

In agris, hortis et vineis vbique. Maio, Iunio.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, basi ramosus, teres, pubescens. Folia sparsa, sessilia, obuerse ouata, glabra, margine supra medium serrulata. Umbellae radii 5. hirsuti, trifidi, dein bifidi. Involucrum 4—5—phyllum, foliis obouatis; involucella 2—3—phylla, foliolis inaequalibus subrotundis; omnia margine serrulata. Calyx campanulatus, glaber, flavescens. Petala viridia, rotundata, integerrima. Capsulae glabrae.

461. *Euphorbia verrucosa* umbella quinquefida: subtrifida: bifida; involucellis ouatis; fol. lanceolatis, ferratis, villosis; caps. verrucosis. LINN. Syft. Veg. p. 453.

Tithymalus fol. ellipticis, ferratis; stipulis umbellaribus quinis; floralibus obtuse quadrangulis; capsulis vndique exasperatis. HALL. Hist. n. 1052.

In sabulosis in der Engerau bei der Kapelle. Iunio.

Caules prostrati, teretes, glabri, basi rubicundi. Folia sparsa, subsessilia, lanceolata, obtusa, subtus subtilissimo tomento hirta, supra medium serrata. Involucrum umbellae 5—phyllum, foliolis caulinis foliis non abfimilibus. Involucella ouata, mucronata. Radii umbellae 4—5. Calyx hirsutus. Petala rotundata, flava. Capsulae verrucosae.

462. *Euphorbia pilosa* umbella quinquefida: trifida: bifida; involucell. ouatis; petalis integris; fol. lanceolatis, subpilosis, apice serrulatis. LINN. Syft. Veg. p. 453.

In pratis transdanubianis auf der Kapitelwiese. Maio, Iunio.

Nostri simillima est *Euphorbiae palustri*; sed diuersa ab ea, quam delineauit Cl. SCOPOLI in Fl. Carn. 2. tab. 21. Caulis erectus bipedalis, teres, raris pilis hirsutus. Folia glauca, lanceolata, acuta, sessilia, subhirsuta, supra medium tenuissime serrulata. Rami steriles ex alis foliorum. Umbellae radii 5—6, trifidi, dein bifidi. Involucrum 5—phyllum. Involucella 2—phylla; foliolis cordato-ouatis. Petala

subrotunda integra. Caps. verrucosae, tribus lineis eleuatis striatae et albis rarisque pilis barbatae.

463. *Euphorbia platyphyllos* umbella quinquefida, trifida, dichotoma; inuolucell. carina pilosis; fol. serratis, lanceolatis; caps. verrucosis. LINN. Syst. Veg. p. 453. JACQV. Austr. t. 376.

Tithymalus fol. lanceolatis, serratis; stipulis floralibus cordatis; fructibus asperis, lineis laeuis diuisis. HALL. Hist. n. 1053.

Ad margines agrorum *bei Karlburg*. Iulio.

Caulis pedalis, altior, erectus, teres, ramolus, glaber, basi purpurascens. Folia alterna, subpetiolata, lanceolata, tenuissime serrata, inferne carina orisque ad lentem villosula. Coma plantae superior eleganter ex viridi flauescens. Pedunculi rubelli. Umbellae terminalis radii 4—5, trifidi, dein bifidi. Inuoluceri folia caulinis foliis similia, reflexa. Inuolucella cordata, subtus carina albis et longis pilis hirta. Calyx ex viridi flauescens, pilosus. Petala 4, subrotunda, flaua. Caps. verrucosae.

***) *Umbella multifida*.

464. *Euphorbia Esula* umbella multifida: bifida; involucell. subcordatis; petal. subbicornibus; ramis sterilibus; fol. vniformibus. LINN. Syst. Veg. pag. 453.

Tithymalus fol. linearibus; petalis emarginatis. HALL. Hist. n. 1046.

Efelsmilch. Kis Sár-fü.

In pratis et ad margines agrorum, vbique. Maio, Iunio.

Caulis erectus pede altior, teres, striatus, glaber. Folia sparsa, lineari-lanceolata, sessilia; glaucescentia: supra medium caulis ex omni ala folii radius prodit dichotomus. Inuolucrum constat foliis tot, quot sunt radii, umbellae 10—12. Inuolucella cordata, acuminata. Petala flauo-viridia, bicornia. Capsulae glabrae.

465. *Euphorbia Gerardiana* umbella multifida, dichotoma; inuolucellis subrotundis; petalis integerrimis; ramis nullis; fol. vniformibus. LINN. Syst. Veg. p. 454, JACQV. Austr. t. 406.

Tithymalo maritimo affinis, Linariae folio. C. BAVH. P. p. 291.

In sabulosis *hinter der Engerau* et in *der Bruckau* copiose. Aestate.

Caules ex vna radice multi, herbacei, erecti, basi modicum inclinati, rubelli, lac fundunt album, acre. Folia dense sparsa, sessilia, sublinearia, plana, acuta, integerrima, glauca, sub umbella ex alis foliorum radii 3—4—prodeunt. Inuolucris foliola foliis caulinis similia, sed paulo latiora. Umbellae radii plerumque 10 bis vel ter bifidi sunt. Inuolucella subcordata, mucronata. Flores sessiles, hermaphroditi. Cal. glaber. Petala orbicularia, integerrima, fusca, scentia. Antherae flavae. Capsulae glabrae.

466. *Euphorbia Cyparissius* umbella multifida: dichotoma; inuolucell. subcordatis; ramis sterilibus; fol. setaceis, caulinis lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 454

Tithymalus fol. linearibus; stipulis numerosissimis; floralibus cordiformibus; petalis lunatis. HALL. Hist. n. 1047.

In aggeribus, marginibus agrorum, pascuisque abunde. Maio et per totam aetatem.

Wolfsmilch. Farkas tej. Wlkowe Mleko.

Caulis erectus, pedalis, teres, plerumque ramosus. Folia caulina linearia, sparsa, magis a se inuicem remota; ramea angustiora, dense congesta. Inuolucrum vniuersale foliolis constat ad 20, angustissimis, reflexis. Radii umbellae 16—20. Inuolucella subrotundo-cordata, flaua. Calyx flauescens. Petala lunata, flaua. Caps. trigonae, obscure verrucosae.

467. *Euphorbia palustris* umbella multifida: subtrifida, bifida; inuolucell. ouatis; fol. lanceolatis; ramis sterilibus. LINN. Syst. Veg. p. 454. JACQV. Miscell. Austr. Vol. 2. p. 314.

Tithymalus fol. ellipticis; ramis umbellam superantibus; capsulis exasperatis. HALL. Hist. n. 1054.

In paludosis inter salices *im Mitterhaufen*. Maio, Iunio.

Caules ex vna radice plures, carnosii, 3—4—pedales, digitalis crassitie, rubro-maculati, ramosi, glaberrimi. Folia lanceolata, sessilia, inordinate per caulem alternantia, versus apicem ad lentem ferrulata, glauca. Rami ex alis foliorum steriles umbellam superant. Inuolucris foliola ouata, obtusa. Inuolucella elliptica, prope apicem ferrulata. Petala elliptica, aurantii coloris. Capsulae verrucosae.

468. *Euphorbia amygdaloides*, umbella multifida, dichotoma: inuolucell. perfoliatis, orbiculatis, fol. obtusis. LINN. Syst. Veg. p. 454.

Ad viam inter *Modern* et *Tierling*, nec non circa *St. Georgium*. Iunio.

Ex vna radice plures prodeunt caules, sesquipedales, teretes, simplices, villosuli. Folia *Amygdali* foliis simillima, sessilia, lanceolata, integerrima, vtrunque mollissime tomentosa, inferne glaucescentia. Infra umbellam ex singula ala pedunculus prodit bifidus, qui versus summitatem sensim cespitem densum efformant. Radii umbellae 16—20. bifidi. Inuolucris folia ouata, acuta. Inuolucella binata, subrotunda. Petala lunata, sordide flauescencia. Stylus trifidus. Stigmata bifida. Capsulae glabrae.

469. *Euphorbia sylvatica* umbella quinquefida: bifida; inuolucell. perfoliatis, subcordatis; fol. lanceolatis, integerrimis. LINN. Syst. Veg. p. 454. JACQV. Austr. tab. 375.

Tithymalus fol. ellipticis, hirsutis; stipulis umbellariis obscuris: floralibus connatis; petalis lunatis. HALL. Hist. n. 1045.

In syluis montanis. Maio, Iunio.

Cau-

Caulis pedalis, altior, basi incurvus, rubicundus. Folia sparsim e caule prodeunt, inferiora maiora superioribus, obuerse lanceolata, obtusa, in petiolum decurrentia, subtus glaucescentia et hirsuta. Ex alis foliorum superiorum pedunculi solitarii. Umbella terminalis constat radiis 5—6, teretibus. Involucrum 6—phyllum, foliolis ellipticis. Involucella perfoliata. Petala lunata ex viridi flavescentia. Antherae flavae. Capsulae glabrae.

D O D E C A G Y N I A.

193. SEMPERVIVUM.

Cal. 12—partitus. Petala 12. Caps. 12, polyspermae.

470. *Sempervivum tectorum* foliis ciliatis; propaginibus patentibus. LINN. Syst. Veg. p. 455.

Sedum rosulis glabris, ciliatis; petalis quatuordecim conglutinatis, lanceolatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 949.

In muris hortorum, aggeribus lapideis, et in tectis stramineis. Iulio,

Hauswurcz. Házi zöld; Mindenkor élö. Netreska, Netresk.

Funiculi repentes sustinent rosulas primo globosas, dein patentes, constantes ex foliis carnosis, crassis, ciliatis. Caulis pede minor, erectus, tectus foliis imbricatis, sessilibus, acuminatis, rubellis; spice ramifus; ramis patentibus arcuatim curvatis. Flores secundi, hirsuti, ex purpureo virentes.

Classis XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

194. PRUNVS.

Cal. 5—fidus, inferus. *Perala* 5. *Drupae* nux futuris prominulis.

471. *Prunus Padus* floribus racemosis; foliis deciduis, basi subtus biglandulosis. LINN. Syft. Veg. pag. 462. SCOP. Carn. 2. n. 589.

Padus fol. ouato-lanceolatis, ferratis. HALL. Hist. n. 1086.

In fyluis, copiofe, in infulis Danubii vbique. Aprili, Maio.

Maibaum; *Traubenkirsche*. Vad Tseresznye-fa; Zelnicze-fa. Trpka.

Frutex et arbor mediae magnitudinis. Folia alterna, ouata, acuta, tenuissime ferrata, petiolis canaliculatis, apice vtrinque glandula instructis. Flores racemosi, albi. Baccae rotundae, nigrae.

472. *Prunus Mahalep* flor. corymbosis, terminalibus; fol. ouatis. LINN. Syft. Veg. p. 463. JACQV. Auftr. tab. 227.

Cerasus fol. subrotundis, ferratis; petiolis multifloris. HALL. Hist. n. 1084.

In lapidosis ad margines vinearum über den Merzeln, alibique. Aprili, Maio.

Steinkirsche, *Steinweixel*.

Fru-

Frutex humilis. Folia subrotundo-ouata, nitentia, tenuissime serrata, iuniora conduplicata. Petioli absque glandulis. Pedunculi e gemma corymbosi. Flores albi, Lacinae calycinae integerrimae, patentes. Fructus ex ouali subrotundus, nitidus, ruber.

473. *Prunus pumila* flor. subumbellatis; fol. angustato-lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 463.

Chamaecerasus CLVS. Pann. p. 89. 90.

In ficcioribus et saxosis montis *Kobel* supra *Theben*, et in aduerso monte ad *Hainburgum Austriae*. Maio.

Radix repens. Fruticulus vix pedalis, ramis virgatis, purpurascentibus. Folia inferiora ouato-elliptica; versus apicem ramorum lanceolata, obtusa, serrata, dentibus glandulosis; subtus pallida, ad apicem petioli utrinque glandulis binis fuscescentibus instructa.

474. *Prunus Cerasus* umbellis subpedunculatis; fol. ouato-lanceolatis, glabris, conduplicatis. LINN. Syst. Veg. p. 463.

Cerasus fol. glabris, serratis, ouato-lanceolatis, mucrone producto. HALL. Hist. n. 1083.

In syluis montanis passim. Aprili.

Waldkirsche. Tseresznye-fa. Czereffna. Tressna.

Frutex humilis bicubitalis. Folia ouata, serrata, conduplicata, iuniora superne nitida, subtus carina nervisque subpilosa. Petioli ad apicem gerunt glandulas 2-4; rubras. E gemma florali pedunculi 2-4, uniflori. Calycina segmenta serrata. Flores albi. Fructus ruber.

475. *Prunus avium* umbellis sessilibus, fol. ouato-lanceolatis; subtus pubescentibus, conduplicatis. LINN. Syst. Veg. p. 463.

Cerasus fol. ouato-lanceolatis; serratis, inferne subhirtis; mucrone producto. HALL. Hist. n. 1082.

In syluis insularibus in *der alten Au*, frequens. Maio, *Vogelkirschen. Lesnj c'ereffne.*

Officin. Fructus *Cerasi*.

Arbor procera. Folia alterna, ovata, acuminata, serrata, inferne pubescentia, iuniora conduplicata. Flores albi. Fructus nigerrimus.

476. *Prunus domestica* pedunculis subfoliariis; fol. lanceolato-ouatis, conuolutis; ramis muticis. LINN. Syft. Veg. p. 463.

Prunus fol. ferratis, hirsutis; ouato-lanceolatis; floribus longe petiolatis. HALL. Hist. n. 1079.

In montanis sepibus vinearum über dem Mazengrund. Maio.

Zweifschgenbaum. Szilva-fa. Sliwa.

Officin. Fructus *Pruni*.

Arbor mediæ magnitudinis. Folia iuniora conuoluta et inferne hirsuta. Pedunculi solitarii, rarissime bini, hirsuti. Calyx glaber, segmentis latitudine inaequalibus. Flores fordide albi.

477. *Prunus spinosa* pedunculis solitariis; fol. lanceolatis, glabris; ramis spinosis. LINN. Syft. Veg. pag. 463.

Prunus spinosa, fol. glabris, ferratis, ouato-lanceolatis; flor. breuiter pedicellatis. HALL. Hist. n. 1080.

In dumetis montanis, ad sepes vinearum, passim. Aprili, Maio.

Schlehdorn. Kókény-fa; Kókény-tövis. Trnka.

Officin. Flores, Fructus *Acaciae nostratis*.

Frutex bicubitalis, ramis spinosis. Folia alterna, ouato-lanceolata, serrata, glabra. Flores albi. Fructus rotundus niger, polline glauco adspersus.

D I G Y N I A.

195. CRATAEGVS.

Cal. 5—fidus. Petala 5. Bacca infera, 2—sperma.

478. *Crataegus Aria* foliis ovatis, incisis, ferratis, subtus tomentosis. LINN. Syft. Veg. p. 464.

Mespi-

Mespilus fol. ovatis, ferratis, subtus tomentosis. HALL. Hist. n. 1089.

Aria. CLVS. Pann. p. 8.

In lapidosis im Mazengrund, über der Kaßbergerischen Mühle. Maio.

In arborem magnam excrescit. Folia *Viburni lantanae* foliis similia, inaequaliter ferrata, subtus densissimo alboque tomento incana. Cyma floralis ramos terminat; pedunculi alba lanugine vestiti. Flores albi. Bacca rubra.

479. *Crataegus torminalis* fol. cordatis, septangulis: lobis infimis diuaticatis. LINN. Syst. Veg. pag. 464. JACQV. Austr. t. 443.

Sorbus torminalis. CLVS. Pann. p. 8.

Ad margines fyluarum supra vineas im Seidern. Maio. Atlasbeerbaum. Berkenye-fa. Brékina.

Arbor magna, comosa, ramis rubentibus. Folia alterna, duriuscula, glabra, inaequaliter 7-loba, lobis acute ferratis. Flores in corymbis ramosis, albi. Bacca rufescens, villosa.

480. *Crataegus Oxyacantha* fol. obtusis, subtrifidis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 465. JACQV. Austr. tab. 292. fig. 2.

Mespilus spinosa, foliis glabris, ferratis, retusis, trifidis. HALL. Hist. n. 1087.

Inter frutices supra medium montis Kobel ad Theben. Maio.

In ramulis ad basim gemmarum spinulae adsunt rigidae, plures, pauciores, imo et nullae. Folia ovata, obtusa, triloba, aut parum profunde in varios lobos secta, per ambitum inaequaliter ferrata, inferne ad costam, neruos, margineque cum petiolis ad lentem villosula. Segmenta calycina patentia. Styli 2—3, imo et 4. Semina tot, quot styli.

481. *Crataegus monogyna* fol. subtrifidis, acutis; floribus monogynis. LINN. Syst. Veg. p. 465. JACQV. Austr. t. 292. f. 1.

Mespilus Oxyacantha. scop. Carn. 2. n. 590.

Ad

Ad vias et margines vinearum, in fruticetis infularum Danubii copiose. Maio.

Weißdorn; Hagedorn. Galagonya-fa; Szaragógya. Hloch; Hloffky.

Frutex 3—4—cubitalis. Folia glaberrima in lobos 3 diuisa, summo segmento saepe denuo trifido; integerrima, aut versus apicem rariter serrata, superne nitentia. Pedunculi glabri, ramosi corymbum formant. Segmenta calycina reflexa. Petala subrotunda, alba. Filamenta apice inflexa. Antherae primo carnae, dein purpureae. Stylus vnicus, albus. Stigma triangulare, viride. Bacca rubra, flaua et farinosa pulpa repleta, continet officulum vnum subrotundum.

TRIGYNIA.

196. SORBUS.

Cal. 5—fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, trisperma.

482. *Sorbus aucuparia* fol. pinnatis vtrinque glabris. LINN. Syft. Veg. p. 465.

Mespilus aucuparia. scop. Carn. 2. n. 593.

In fyluis circa *Blumenau.* Maio.

Vogelbeerbaum. Vörös Berkenye; Piros Kutya tse-resznye. Kalina.

Arbor mediae altitudinis. Folia pinnata, glabra; foliola fertilia parium 5—7, cum impari, lanceolata, acuta, serrata, dentibus mucronatis. Flores in cyma ramosissima albi. Fructus ouatus, ruber.

483. *Sorbus domestica* fol. pinnatis, subtus villosis. LINN. Syft. Veg. p. 465. JACQV. Austr. t. 447.

Mespilus. HALL. Hist. n. 1092.

Sorbus legitima. CLVS. Pann. p. 9.

Arbores grandaevae passim circa vineas, im *Kindsgraben*; iuniores frequenter occurrunt in fylvula *über dem Böfinger Bad.* Maio.

Arfschitzen. Barkotza; Berkenye. Oc'go Hrusfky.

Arbor

Arbor procerior. Folia pinnata parium 4—6, cum impari; foliola brevissime petiolata, inciso-dentata, dentibus mucronatis: superne viridia et ad lentem pilosula, inferne albo densoque tomento incana. Flores cymosi, albi. Fructus subrotundus, rubens, maturus ferrugineus.

PENTAGYNIA.

197. MESPILVS.

Cal. 5—fidus. Petala 5. Bacca infera, 5—sperma.

484. *Mespilus Coroneaster inermis*; foliis ovatis, integerrimis, subtus tomentosis. LINN. Syst. Veg. p. 466. SCOP. Carn. 2. n. 594.

Iisdem cum *Pruno pumila* locis. Maio.

Frutex 4—5 pedes altus, ramis diuergentibus. Folia alterna, integerrima, ima subrotunda, superiora ovata, subtus densissimo tomento incana. Racemi plerumque triflori, cernui. Petala alba. Baccæ rubrae.

198. PYRVS.

Cal. 5—fidus. Petala 5. Pomum inferum, 5—loculare, polyspermum.

485. *Pyrus communis* foliis ferratis, laeuibus; floribus corymbosis. LINN. Syst. Veg. p. 466. SCOP. Carn. 2. n. 598.

Pyrus fol. ovato-lanceolatis, ferratis, glabris. HALL. Hilt. n. 1096.

In pascuis nostris frequentissima. Maio.

Holzbirn. Vad Körtvély; Vatzkor. Plana Hruszka.

486. *Pyrus Malus* fol. ferratis, umbellis sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 466. SCOP. Carn. 2. n. 599.

Pyrus fol. ovatis, acuminatis, subtus hirsutis; petiolis florigeris brevissimis. HALL. Hilt. n. 1097.

Cum

Cum priore, rarior. Maio.

Holzapfel. Vad Alma. Plana Gablon.

487. *Pyrus Cydonia* fol. integerrimis; flor. solitariis.
 LINN. Syft. Veg. p. 467. JACQV. Austr. t. 342.
 Ad fepes et margines vinearum passim spontanea.
 Maio.
Quitten. Birs-Alma; Büs-alma. Kytna, Kutna.
 Officin. Fructus.

199. SPIRAEA.

Cal. 5—fidus, persistens. *Petala* 5. *Caps.* poly-
 spermae.

488. *Spiraea Filipendula* foliis interrupte pinnatis; fo-
 liolis lineari-lanceolatis, interrupte ferratis, glaber-
 rimis; flor. cymosis. LINN. Syft. Veg. p. 472.
Filipendula foliis pinnatis, minimis intermixtis; extre-
 mo trilobato. HALL. Hist. n. 1136.
 In pratis vbique. Iunio.
Rosher Steinbrech; Filipendel. Varjú-mogyoró. Tu-
 zebnjik.
 Caulis cubitalis, striatus, terminatus panicula umbella-
 ta. Folia basi stipulis latis, subrotundis, ferratis
 caulem amplectuntur; interrupte pinnata; pinnulis
 lanceolatis oppositis alternisque, acute ferratis. Flo-
 res albi. Capsulae pilosae.
489. *Spiraea Ulmaria* fol. interrupte pinnatis; foliolis
 ovatis, biferratis, subtus canis; flor. cymosis.
 LINN. Syft. Veg. p. 472.
Filipendula pinnis acute ferratis, minimis intermixtis;
 extrema trilobata, maxima. HALL. Hist. n. 1135.
Ulmaria. CLVS. Pann. p. 699. 700.
 In saliceto *unter dem Pazenhäusel.* Iunio.
Geißbart; Wiesenwedel. Réti Legyezö; Ketske Sza-
 kallú-fü. Kozy brada.
 Caulis 2—3 cubitalis, sulcatus, ramosus. Pinnae pa-
 rium 3—4. ovato-lanceolatae, inciso-dentatae, den-
 tibus ferratis, extrema maxima, triloba; superne vi-
 ridia,

ridia, subtus albo tomento-incana. Stipulae ferratae, amplexicaules. Flores cymosi caulem ramosque terminant. Corollae albae.

P O L Y G Y N I A.

200. ROSA.

Cal. 5—fidus, vrceolatus, carnosus, collo coarctatus.

Petala 5. *Sem.* plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.

490. *Rosa rubiginosa* germinibus globosis petiolisque aculeatis: aculeis recurvis; foliis subtus rubiginosis. LINN. Syst. Veg. p. 473. JACQV. Austr. t. 50.

Rosa spinis aduncis; fol. subtus rubiginosis. HALL. Hist. n. 1103.

Ad radicem montis *Kobel* supra *Theben*. Junio.

Frutex cubitalis, altior. Rami aculeis recurvis raris armati. Foliola 5—7, ovata, acuta, argute et subduplicato-ferrata, superne viridia, glabra; inferne pallida, villosa, maculis et glandulis ferrugineis adspersa. Stipulae lineares, hirsutae, margine glandulis stipitatis ferrugineis ciliatae. Pedunculi et petioli similibus pilis hirti. Calycina foliola alterna pinatifida, inferne pilosa. Petala purpurea obverse cordata, vnguibus flavis. Germina ovata basi pilis glandulosis hirta.

491. *Rosa spinosissima* germin. globosis, glabris; pedunculis hispidis; caule petiolisque aculeatissimis. LINN. Syst. Veg. p. 473.

Rosa campestris odora. CLVS. Pann. p. 111, 112.

In montibus apricis fere vbique. Maio.

Frutex 2—pedalis ramosissimus, aculeis copiosissimis, tenuibus et horizontalibus armatus. Costa folii raris spinulis obsessa. Foliola septena et novena, subsessilia, ovata, ferrata, glabra. Stipulae exteriore margine denticulatae. Pedunculi uniflori, teretes, villis

villis capitatis hirti. Calycinae lacinae integrae. Petala alba, emarginata, vnguibus flauis. Fructus globosus, niger, nitens.

492. *Rosa pumila* germin. ouatis (hispidis JACQV.); petiolis pedunculisque hispidis; caule superne aculeatissimo. LINN. Syst. Veg. p. 474. JACQV. Austr. tab. 198.

Rosa IV. CLVS. Pann. p. 113.

Rosa syluestris pumila rubens. C. BAVH. P. p. 483.

Ad margines vinearum *über dem Steinbruch am Zuckermandel*, et iuxta viam *hinter dem Calvariberg*. Maio.

Frutex vix 2—pedalis, parum ramosus, basi inermis, superne aculeis suberectis armatus. Foliola plerumque 5, subrotunda, duplicato-ferrata, superne glabra, inferne pallida et villosa. Glandulae ferrugineae obsident margines foliorum, stipulas, pedunculos calycesque. Flores suaueolentes. Petala rubra vnguibus albis. Calycina foliola alterna pinnatifida, caetera integerrima marginibus albicantibus. Fructus subrotundi, rubri, nitidi, plus minus hispidi aut nudi.

493. *Rosa canina* germin. ouatis pedunculisque glabris; caule petiolisque aculeatis. LINN. Syst. Veg. p. 474.

Rosa spinis aduncis, foliis septenis; calycibus tomentosis; segmentis pinnatis et semipinnatis; tubis brevissimis. HALL. Hist. n. 1101.

In campis, dumetis et ad sepes. Maio.

Hetschepersch; Feldrose. Vad Rósa; Tsipke - Rósa. Sípka.

Frutex 5—6—pedalis spinis validis, aduncis armatus. Foliola 5—7, subsessilia, impari petiolato, ouata, acuminata, ferrata, superne nitentia, subtus albida. Stipulae sagittatae, glabrae, margine exteriori glanduloso-denticulatae. Pedunculi uniflori, glabri. Calycina segmenta margine villosa, duo integra, tria semipinnata. Flores odorati. Petala emarginata dilute carnea. Germen ouatum, glabrum. Bacca maturitate cinnaberina, nitens.

Cal. 5—fidus; patens. *Perala* 5. *Bacca* composita
acinis monospermis.

494. *Rubus idaeus* foliis quinato-pinnatis ternatisque;
caule aculeato; petioliis canaliculatis. LINN. Syst.
Veg. p. 475. Scop. Carn. 2. n. 611.

Rubus caule spinoso, suberecto; fol. quinatis et ternatis
subtus tomentosis; fruct. hirsutis. HALL. Hist. n.
1108.

In fylvis circa *Blumenau*, *Ratschdorf*, copiose. Maio.
Himbeer. *Málna*. *Malina*.

Officin. Fructus. *Rubi Idaei*.

Frutex 1—2—cubitalis apud nos plerumque inermis.

Folia inferiora quinata, superiora ternata; superne
viridia, glabra, subtus albo-tomentosa. Stipulae
subulatae, ad basim petiolorum pedunculorumque
hirsutae. Flores albi. *Bacca* rubra, acinis pu-
bescentibus.

495. *Rubus caesius* fol. ternatis; subnudis; lateralibus
bilobis; caule aculeato, tereti. LINN. Syst. Veg. p.
475.

Rubus caule aculeato, prostrato; fol. ternatis. HALL.
Hist. n. 1110.

Rubus minor fructu caeruleo. BAVH. Hist. II. p. 59.

In demetis im *Misserhaufen*, in agris et ad vias.
Iunio.

Brombeer. *Szederj*. *C'serna Gahoda*.

Caulis teres, procumbens, raris spinis aculeatus. Fo-
lia inferiora ternata, summa triloba; inciso-serrata,
dentibus mucronatis. Petioli canaliculati cum stipu-
lis subulatis pubescentes. Calyces hirsuti. Petala
alba. Fructus niger glauco polline adpersus.

496. *Rubus fruticosus* fol. quinato-digitatis ternatis-
que; caule petioliisque aculeatis. LINN. Syst. Veg. p.
475.

Rubus caule spinoso, serpente; fol. quinatis et ternatis, subtus tomentosus; baccis laevibus. HALL. Hist. n. 1109.

Rubus maior fructu nigro. L. BAYH. Hist. II. p. 573

In aggeribus, inter vineas, ad sepes et vias. Maio.

Caulis repens, ramis floriferis erectis; sulcatus, spinis recurvis armatus. Petioli canaliculati cum costa folii spinosissimi. Folia ternata, foliolis lateralibus saepe bilobis; serrata, subtus albo mollique tomento incana. Stipulae subulatae, pilosae. Flores in racemis densis, albi. Fructus nigerrimus, nitens.

202. FRAGARIA.

Cal. 10—fidus; segmentis alternis minoribus. Petala

5. Receptaculum seminum ovatum, baccatum, deciduum.

497. *Fragaria vesca* flagellis reptantibus, LINN. Syst. Veg. p. 476.

Potentilla flagellis reptans; foliis ternatis. BOZEM. Lips. n. 42. SCOP. Carn. 2. n. 625.

In herbidis sylvis, nemoribus et pratis. Maio.

Erdbeer. Eperj. Gahoda.

Officin. Radix et Herba *Fragariae*, Fructus *Fragorum*.

Flagella filiformia longa e radice prodeunt terrae incumbentia. Folia ternata, petiolis canaliculatis, pilosis; foliola sessilia ovata, serrata, subtus incana, vtrinque pubescentia. Flores albi. Fructus succulentus ruber.

203. POTENTILLA.

Cal. 10—fidus: segmentis alternis minoribus. Petala

5. Sem. subrotunda nuda; receptaculo parvo exfusco affixa.

*) *Foliis pinnatis.*

498. *Potentilla Anserina* foliis pinnatis, serratis; caule repente; pedunculis unifloris, LINN. Syst. Veg. p. 477. SCOP. Carn. 2. n. 615.

- Potentilla Anserina* fol. interrupte pinnatis, dentatis, subtus tomentosis, caule repente, pedunculis unifloris. WILLDEN. Fl. Ber. n. 543.
- Fragaria* caule repente; fol. pinnatis, serratis, tomentosis: petiolis longis unifloris. HALL. Hist. n. 1126.
- In pascuis et ad vias. Maio, junio.
- Gänserich. Pipe-fü; Lud pasit. Stribrnjk; Huss mydlo.
- Caulis pedalis, repens. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina alterna basi stipulis membranaceis caulem amplectuntur, pinnata; pinnulis ovatis, incisè serratis; superne hirsutis, inferne albo tomento incanis. Pedunculi longi, hirsuti, uniflori. Calyx tomentosus. Flores flavi.
499. *Potentilla rupestris* fol. pinnatis ternatisque; caule erecto; flagellis nullis. MURRAY in LINN. Syst. Veg. p. 477. JACQV. Austr. t. 114.
- Fragaria* fol. pinnatis; pinnis septenis, subrotundis, serratis. HALL. Hist. n. 1127.
- Pentaphyllum fragiferum* V. clvs. Pann. pag. 430. 431.
- In apricis lapidosis: inter dem Calvariberg; bei dem Landmühlen, et in sylvestribus am Gensenberg. Maio.
- Caulis cubitalis, plerumque ruber, erectus, subhirsutus, superne ramosus. Folia radicalia longe petiolata, pinnata, foliolis 5—7, ovatis, inaequaliter serratis; caulina ternata, sessilia, omnia inferne hirsuta. Stipulae ovatae, acuminatae, integrae. Calyces hirsuti. Petala subrotunda; alba. Antherae flavae. Receptaculum villosum.
500. *Potentilla supina* fol. pinnatis; caule dichotomo, procumbente. LINN. Syst. Veg. p. 477. JACQV. Austr. tab. 406.
- Pentaphyllum supinum* *Potentillae* facie. clvs. Pann. p. 433.
- In pascuis in der Egerau, hinter dem Hellwasser. Maio, junio.
- Caulis per dichotomiam in ramos diuisus, procumbens. Folia alterna; inferiora petiolata, pinnata: pinnis incisè

inciso-dentatis; supremis confluentibus: summa ternata. Stipulae lanceolatae, integrae, albis Parisque pilis ciliatae. Pedunculi alares, uniflori. Calyx leuiter pubescens. Petala flava.

**y *Foliis digitatis.*

501. *Potentilla recta* fol. septenatis, lanceolatis, serratis, utrinque subpilosis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 477. JACQV. Austr. t. 383. scor. Carn. 2. n. 618.

Fragaria caule erecto; fol. quinis et septenis, acute serratis. HALL. Hist. n. 1128.

Ad margines vinearum *beim heiligen Brunn*; et ad viam inter frutices *unter dem Kindsgraben*.

Caulis 2-3 pedalis, erectus, hirsutus, basi frequenter ruber. Folia ima longe petiolata, septenata: superiora quinata; omnia acute et profunde serrata, hirsuta. Stipulae lineari-lanceolatae. Flores in ramis corymbosis. Calyx denso sericeoque villo hirsutus. Petala ampla, plus minus flava, emarginata.

502. *Potentilla argentea* fol. quinatis, cuneiformibus, incis, subtus tomentosis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 477. scor. Carn. 2. n. 619.

Pentaphyllum rectum, foliis profunde sectis, subtus argenteis; flore luteo. I. BAVH. Hist. II. p. 398.

In ruderatis; collibus sterilibus et ad vias ubique. Junio.

Caulis pedalis, altior, basi saepe inclinatus, teres, tomentosus, superne per dichotomiam ramosus; ramis corymbosis. Folia alterna: ima petiolata, quinata; summa et ramea ternata, sessilia: omnia profunde diuisa, superne viridia, subtus albo-tomento indana. Calyx tomentosus. Petala flava.

503. *Potentilla opaca* fol. radicalibus quinatis, cuneiformibus, serratis; caulinis suboppositis; ramis filiformibus, decumbentibus. LINN. Syst. Veg. p. 478. JACQV. Collect. Austr. Vol. I. p. 33.

Pentaphyllum repens minus aureo flore. CLVS. Pann. p. 426. 428. 430.

In pascuis aridis, apricis, montanis et insularis. Aprilis, Maio.

Humifusa, hirsuta. Radix nigricans. Folia radicalia septenata et quinata, longe petiolata; caulina quinata. Cauliculi graciles, rubicundi. Stipulae duotolanceolatae, integrae. Calycina segmenta longitudine subaequalia; maiora ovata, minora lanceolata. Petala saturate flava; emarginata.

504. *Potentilla verna* fol. radicalibus quinatis, acute ferratis, retusis; caulinis ternatis; caule retuso. LINN. Syst. Veg. p. 478.

Fragaria caule decumbente; fol. quinatis, ferratis, subhirsutis. HALL. Hist. n. 1119.

Quinquefolii IV. secunda species. CLVS. Pann. p. 429. In aridis sterilibusque collibus et pascuis, vbique. Aprilis.

Cauliculi caespitosi, digitales, palmares, basi decumbentes, apice ramosi. Folia radicalia quinata; caulina ternata; utrinque tomentosa, apice circum ferrata. Stipulae lanceolatae, acuminatae, integrae. Calyx pubescens. Petala flava, cordata.

505. *Potentilla alba* fol. quinatis apice connuente ferratis; caulibus filiformibus procumbentibus; receptaculis hirsutis. LINN. Syst. Veg. pag. 478. JACQV. Austr. t. 115.

Pentaphyllum K. maius; alba flore. CLVS. Pann. p. 423. 424.

In pascuis et nemoribus in *Meraeln*, unter dem *Calvariberg*; bei dem *Thomasbrunn*. Aprilis, Maio.

Cauliculi digitales, ramosi, pilosi. Folia radicalia longe petiolata, quinata; foliolis elliptico-lanceolatis, apice tridentatis; caulina ternata; omnia subtus albo nitidissimoque villo hirta. Stipulae lanceolatae, integerrimae. Flores albi. Antherae flavae. Receptaculum hirsutum.

506. *Potentilla reptans* fol. quinatis; caule repente; pedunculis unifloris. LINN. Syst. Veg. pag. 479.

HALL. Hist. n. 1118.

Pentaphyllum f. *quinquefolium* vulgare repens.

I. BAVE. Hist. II. p. 397.

In nemorosis et in pascuo in der Engerau bei der Kapelle. Maio.

Fünffingerkraut. Öt levelö - fü.

Caules humifusi, repentis, striati, villosi. Folia alterna, petiolata, quinata, foliolis obverse ovato-lanceolatis, serratis, hirsutis. Stipulae lanceolatae, integerrimae. Pedunculi uniflori in opposita parte folii cauli inferuntur. Flores flavi, odorati.

204. TORMENTILLA.

Cal. 8-fidus. Petala 4. Sem. subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsaeco affixa.

507. *Tormentilla erecta* caule erectiusculo; foliis sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 479.

Fragaria tetrapetala; fol. caulinis sessilibus, quinatis.

HALL. Hist. n. 1117.

In pascuis, pratis montanis et sylvaticis passim. Iunio.

Tormentill, *Ruhrwurz*. *Tormentilla*; *Tormatilla*; *Vérgyökér*. *Nátrajk*.

Officin. *Radix Tormentillae*.

Cauliculi semipedales, graciles, erecti aut basi inclinati, hirsuti. Folia ternata, rarius quinata, alterna: foliola lanceolata, serrata, inferna villosula. Stipulae 3-4-fidae. Pedunculi uniflori cum calyce hirsuti. Petala parva, emarginata; vaguibus croceis.

205. GEUM.

Cal. 10-fidus; segmentis alternis minoribus. Petala

5. Sem. arista geniculata.

508. *Geum urbanum* floribus erectis; fructu globosis, villosis; aristis uncinatis, nudis; fol. lyratis. LINN. Syst. Veg. p. 480.

Geum

Genm foliis pinnatis, pinna ultima trilobata; floribus patulis; tubis aduncis. HALL. Hist. n. 1130.

~~Caryophyllata urbana. Scop. Carn. 2. n. 628.~~

In umbrosis, dumetis et fyluis. Maio, Iunio.

Nelkenwurz; Benediktenwurz. Gyömbéres - gyökér; Szent Benedek; füge. Benedyktowy - koren.

Officin. Radix *Caryophyllatae*.

Caulis cubitalis, erectus, basi rubellus, a basi singuli folii striis elevatis decurrentibus angulatus, villosulus. Folia alterna, pinnata, superiora trilobata, in petiolum decurrentia. Siliulae ad basim foliorum magnae, ovatae, serratae. Pedunculi e caulis ramorumque apicibus uniflori, solitarii. Flores flavi.

ATATDA 2008

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

~~—phyllata Scop. Carn. 2. n. 628.~~

 Classis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

206. ACTAEA.

Cal. 4—phyllus. Cor. 4—petala. Bacca 1—locularis. Sem. femiorbiculata.

509. *Actaea spicata* racemo ovato, fructibus baccatis.
 LINN. Syft. Veg. p. 488. SCOP. Carn. 2. n. 633.

Actaea fol. circumferratis, duplicato-pinnatis; pinnula extrema trilobata. HALL. Hist. n. 1076.

Christophoriana. CLVS. Pann. p. 504. Hist. II. p. 86.

In vallibus fylvarum umbrosis jenseit des Gernsenberges.
 Maio.

Farkas Szölö.

Caulis 2—pedalis, erectus, teres, glaber. Folia inferiora pinnata, pinnis inciso-ferratis aut lobatis: superiora triloba, ferrata, dentibus mucronatis, summa ternata. Petioli superne sulcati spica ovata caulem ramosque terminat. Pedicelli uniflori, bracteola lanceolata suffulti. Flores albi. Bacca ovata, nigra.

207. CHELIDONIUM.

Cal. 2—phyllus. *Cor.* 4—petala. *Siliqua* unilocus

310. *Chelidonium majus* pedunculis umbellatis, LINN.
Sylt. Veg. p. 489, scor. Carn. 2. n. 634.

Chelidonium lobis foliorum subrotundis, HALL. *Hist. n.*
 1059.

In ruderatis, ad vias, sepes et muros vbique, Majo,
 Junio.

Geschwulstkraut, Schellkraut. Vére-hulló-fü; Nagy
fetske-fü; Czinedonia. Křwawnjk.

Officin. Herba, radix Chelidonii maioris.

Caulis 2—3—pedalis, erectus, teres, ramosus. *Folia*
 pinnata: pinnis coniugatis per costam decurrenti-
 bus; lobatis, incis; extrema triloba; superne viri-
 dia, inferne glauca. *Pedunculi* in umbellam con-
 gessi, uniflori. *Flores* flavi. *Siliquae* glabrae, na-
 dulosae.

311. *Chelidonium Glaucium* pedunculis unifloris;
 foliis amplexicaulibus sinuatis; caule glabro, LINN.

Sylt. Veg. p. 489.

Glaucium fol. radicalibus semipinnatis, caulinis amplexicaulibus, HALL. *Hist. n.* 1060.

Glaucium luteum, scor. Carn. 2. n. 635.

In muris hortorum passim, bei der Lägerischen Mühle,
 Junio.

Tota planta glauca. *Caulis* 2—pedalis, ramosus, pro-
 stratus, teres, basi glaber, dein hispidus. *Folia* pul-
 verulenta fetis hispida: interiora sessilia, pinnatifida.
 Segmentis inaequaliter incis, mucronatis; superio-
 ra amplexicaulia, sinuata. *Pedunculi* cum calycibus
 deciduis, albis pilis hispidi. *Petala* flava, ampla. *Si-*
liqua semipedem longa, incurva, hirsuta.

312. *Chelidonium corniculatum* pedunculis unifloris;
 fol. sessilibus, pinnatifidis; caule hispido, LINN.
Sylt. Veg. p. 489.

Papauer cornutum phoeniceo flore. clva, *Hist. II.* p. 92.

Inter segetes in agro über der Kasbergerischen Mühle.
Junio.

Caulis pedalis, erectus, ramosus cum foliis fetis albis hispidus. Folia pinnatifida, segmentis laciniato-dentatis: radicalia in petiolum decurrentia; caulina sessilia subamplexicaulia. Cal. pilosus. Petala phoenicea, magna, vnguibus macula violacea, albo margine cincta, notatis. Filamenta violacea in cylindrum germen ambientem congesta. Siliqua biuncialis, denso nitenteque villo hirta.

208. PAPAVER.

Cal. diphyllus. Cor. 4—petala. Caps. 1—locularis, sub stigmate persistente poris dehiscens.

*) *Capsulis hispidis.*

313. Papaver *Argemone* capsulis clavatis, hispidis; caule folioso, multifloro. LINN. Syft. Veg. pag. 488. scop. Carn. n. 636.

Papaver fol. hispidis, pinnatis; planis lobatis, capitulis ellipticis, hispidis. HALL. Hist. n. 1061.

Ad margines vinearum im Mazengrund, non frequens.
Junio.

Caulis pedalis, altior, erectus, fetis patentibus hispidus. Folia pinnatifida; pinnis semipinnatis, acutis, dentibus arista molli terminatis. Pedunculi pilis adpressis vestiti. Calyx pilosus. Petala pallide rubra, vnguibus nigris. Capsula elliptica, spinulis lineam longis, flavescentibus, in seriem dispositis, aspera.

***) *Capsulis glabris.*

314. Papaver *Rhoeas* caps. glabris, globosis; caule piloso, multifloro; fol. pinnatifidis, incis. LINN. Syft. Veg. p. 490.

Papaver fol. semipinnatis, hispidis; fructu ovato, glabro. HALL. Hist. n. 1064.

Ad vias et inter segetes vbiq. Junio.

Rothe Kornblumen; Klapperrosen. Pipats, Vad-mak.
Slepi-Mak.

Officin. Flores: *Papaveris rhoeador. f. erratici.*

Feta planta fetis mollibus, horizontanter patentibus
hispidis. Petala rubra. Capsulae subrotundae aut
obusculatae.

515. *Papaver dubium* caps. oblongis, glabris; caule
multifloro; fetis adpressis; fol. pinnatifidis, incis.
LINN. Syst. Veg. p. 490. JACQV. Austr. t. 25.

Papaver fol. hispidis; pinnatis; pinnis lobatis; fructu
ornato, laevi. HALL. Hist. n. 1063.

Papaver erraticum capitulo longissimo, glabro.
HALL. Hist. n. 1063.

Inter segetes et in aggeribus passim. Junio.

Facies prioris. Setae duriores pedunculis perpetuo ad-
pressae; inferne in caule ramisque magis spatulae.
Petala rubra rarius alba; unguibus nigris. Capsulae
oblongae.

209. NYMPHAEA.

Cal. 4—5—phyllus. Cor. polypetala. Bacca mul-
tilocularis, truncata.

516. *Nymphaea lutea* foliis cordatis, integerrimis; ca-
lyce pentaphyllo maiore. LINN. Syst. Veg. p. 491.
scor. Carn. 2. n. 639.

Nymphaea calyce pentaphyllo, petalis maiori; fructu
conico. HALL. Hist. n. 1066.

In stagnis circa *Lanschitz, im Schwarzwasser.* Junio.

Gelbe Seeblume. Sarga vizi-tök. Lekufa.

Folia oblongo-cordata, aquae supernatantia. Calyx
pentaphyllus, petalis luteis maior, segmentis subro-
tundis, obtusis. Fructus pyriformis.

517. *Nymphaea alba* fol. cordatis, integerrimis; caly-
ce quadrifido. LINN. Syst. Veg. p. 491. scor. Carn.
2. n. 640.

Nymphaea calyce quadrifolio, petalis minori; fructu
sphaerico. HALL. Hist. n. 1067.

In stagnis in der alten Au. Junio. *Weisse Wasserrosen.* Fejér vízi-tök.

Folia subrotundo-cordata. Flos albus naturaliter plenus. Calyx ad basin usque quadrifidus, segmentis lanceolatis margine albis, longitudine petalorum aut paulo brevioribus. Filamenta lata, lanceolata, petaliformia. Fructus globosus.

210. TILIA.

Cal. 5—partitus. *Cor.* 5—petala. *Bacca* sicca, globosa, 5—locularis, 5—valvis, basi dehiscens.

518. *Tilia europaea* floribus nectario destituta. LINN.

Syst. Veg. p. 493.

Tilia fol. cordato-lanceolatis, spongiolis ad nervorum angulos sessilibus. Hist. n. 1030.

In sylvis Julio, in hortis circa finem Junii floret.

Lindenbaum. Hars-fa; Szálók-fa. Lipa. Officin. Flores *Tiliae*.

211. CISTUS.

Cal. 5—phyllus: foliolis duobus minoribus. *Cor.* 5—petala. *Caps.* trigona, trialvis, polysperma.

519. *Cistus canus* suffruticosus, procumbens, extirpularis; fol. oppositis, obovatis, villosis, subtus tomentosis; flor. subumbellatis. LINN. Syst. Veg. p. 498.

JACQV. Austr. t. 277.

Chamaecistus folio cano. CLVS. Pann. p. 59. 61.

Inter rupes in montibus bei Theben. Maio.

Cauliculi antiqui nudi, prostrati: foliosi et floriferi erecti, subvillosi. Stipulae nullae. Folia opposita, elliptica, acuta, in petiolum decurrentia, superne albis pilis adpersa, inferne albo tomento incana. Pedunculi 2—5—corymbosi. Calyces hirsuti. Petala calyce vix longiora, flava. Capsula ovata, trigona.

520. *Cistus-Heliosiphium* suffruticosus, procumbens; stipulis lanceolatis; foliis oblongis, revolutis, subpilosus. LINN. Syft. Veg. p. 500. SCOP. Carn. 2. n. 649. *Cistus* fol. coniugatis, ellipticis, hirsutis, integerrimis; petiolis unifloris; subhirsutis. HALL. Hist. n. 1033. In pratis et pascuis montanis, passim. Maio. *Sonnengünsel*. Tetem-tóldó-fü.

Caulis decumbens proferit ramos erectos, palmares et pedales. Folia opposita, oblonga, obtusa, margine reflexo, vtrinque pilosa. Stipulae lineares, acuminatae, sub quoque folio binae. Flores in racemo laxo, nutante, terminali pedunculati, flavi. Stipulae sub pedunculis calyce breviores. Capsula obrussa, trigona.

TRIGYNIA.

212. DELPHINIUM.

Cal. 0. Cor. 5-petala, irregularis. Nectarium bifidum postice cormutatum. Siliqua vnica.

521. *Delphinium Consolida* nectaris monophyllis: caule subdino. LINN. Syft. Veg. p. 503. SCOP. Carn. 2. n. 651.

Delphinium uniflorum; caule brachiato, diffuso; floribus sparsis. HALL. Hist. n. 1203.

In arvis et inter segetes; copiose in monte arcensi *über dem Zuckermädel*. Iamio, Iulio.

Ritzersporn. Kék Sarkantyú-virág. Siwalnj.

Caulis 1-pedalis, erectus, teres ramis divergentibus.

Folia alterna, tenuissime laciniata, segmentis linearibus integerrimis mucronatis; inferiora petiolata, superiora sessilia. Flores caerulei, calyce longo instructi. Siliqua ovato-oblonga, mucrone subulato terminata.

PENTAGYNIA.

213. NIGELLA.

Cal. o. Petala 5. Nectaria 5—trifida intra corollam.
Cass. 5, connexae.

522. *Nigella arvensis* pistillis quinis; petalis integris; capsulis turbinatis. LINN. Syst. Veg. pag. 506. scor.

Carn. 2. n. 657.

Nigella flore nudo, siliquarum cornibus longissimis.

HALL. Hist. n. 1194.

In agris inter segetes et stipulas. Iunio.

Schwarzer Kümmel. Feketo Kömény; Paraszt-Bors.

Czerni Kmjn.

Officin. Semen *Nigellae*.

Caulis palmaris, pedalis, basi incurvatus, sulcatus, alternatim ramosus. Folia sessilia, tenuissime laciniata segmentis denuo diuisis. Pedunculi uniflori, angulosi. Petala albo-viridia, venosa, apice mucronato. Styli florescentiae tempore inflexi; dein rekti, tortuosi. Siliquae 5—7, connexae, dorso sulcatae.

POLYGYNIA.

214. ANEMONE.

Cal. o. Petala 6—9. Sem. plura.

*) *Hepatica*; flore subcalycularo.

523. *Anemone Hepatica* foliis trilobis, integerrimis.

LINN. Syst. Veg. pag. 509. HALL. Hist. n. 1156.

SCOP. Carn. 2. n. 658.

Hepaticis trifolia rubra. CLVS. Pann. p. 765.

Inter frutices in montanis lapidosis am Calvariberg, im Mazengrund, alibique. Aprili.

Edelleberkraut. Nemes Máj-fű; Mogyoró-álya-fű.

Gatr'njk.

Officin.

Officin. Herba *Hepatica nobilis*.

Pedunculi radicales uniflori, pubescentes, ante folia prodeunt. Involucrum tri-, rarius quadriphyllum, foliolis ovatis, obtusis, pilosis. Petala caerulea. Folia longe petiolata, cordata, aequaliter semitriloba, coriacea, inferne pubescentia.

***) *Pulsatilla pedunculo involuocrato, feminibus caudatis*.

524. *Anemone Pulsatilla pedunculo involuocrato; petalis rectis; foliis bipinnatis.* LINN. Syst. Veg. pag. 510.

Anemone Pulsatilla feminibus caudatis; petalis lanceolatis, rectis; foliis bipinnatis. SCOP. Carn. I. p. 568. 2. n. 665.

Pulsatilla vulgaris diluitor. CLVS. Pann. p. 385.

In apricis saxosis montibus über dem Thomasbrunn. April.

Küchenschelle, Osterblume, Kisseb Leány-Kükörtfin; Lo-Kükörts.

Flores ante folia violacei. Petala lanceolata, vnciam longa, subtus tomentosa, cinguntur involuocrum, quod constat laciniis linearibus, lanuginosis. Peracta florescentia pedunculus eleuatur et involucrum nunc constituit folium intermedium. Caulis striatus, pilosus. Folia radicalia in cespitem congesta, duplicato-pinnata, pinnis tri- et quadripartitis, segmentis linearibus, mucronatis.

525. *Anemone pratenfis pedunculo involuocrato; petal. apice reflexis; fol. bipinnatis.* LINN. Syst. Veg. p. 510. STORCK de *Pulsatilla*.

Pulsatilla vulgaris saturatior. CLVS. Pann. p. 385.

Iisdem cum priore locis. Maio.

Schwarze Küchenschelle. Leány-Kükörtfin.

Officin. Herba *Pulsatillae nigricantis*.

Tota planta insigniter pilosa. Caulis semipedalis, striatus. Involucrum constat laciniis linearibus simplicibus et incis. Petala lanceolata, semunciam longa, atro-purpurea, inferne pilosa, apicibus reflexis.

xis. Folia radicalia vt in præcedenti, segmentis paulo latioribus.

***) *Anemonoideae*, flore nudo, seminibus ecaudatis.

526. *Anemone sylvestris* pedunculo nudo; sem. subtundis, hirsutis, muticis. LINN. Syst. Veg. p. 510.

Anemone fol. digitatis, hirsutis; flor. pentapetalis; seminibus lanatis. HALL. Hist. n. 1150.

Anemone sylvestris L. CLVS. Bann. p. 380. 381.

In montanis nemorosis, et sylvestribus Aprili, sæpe nunquam etiam Septembri.

Caulis pedalis, erectus, pubescens in medio cingitur foliis ternis, rarius quaternis, trifidis, incis; lateralibus segmentis denuo bifidis, inferne cum petiolis canaliculatis albis, hirsutis. Folia radicalia longe petiolata, 5-fida, segmentis incis, dentatis. Petala 5. alba, elliptica, inferne ad basim sæpe rubentia. Semina lanata.

527. *Anemone nemorosa* sem. acutis; foliolis incis; caule unifloro. LINN. Syst. Veg. p. 511.

Anemone seminibus nudis; caule unifloro; foliis radicalibus nullis, caulinis 5-partitis, lobis tripartitis, incis. HALL. Hist. n. 1154.

Ranunculus sylvarum. CLVS. Hist. p. 247.

In pratis vdis *unter dem Pözenhäufel*; in umbrosis *bet den Landmühlen*, sub finem Martii.

Waldhähnlein. Fejér Bereg virág. Fejér Pipats.

Caulis palmaris, spithamalis, erectus, teres, pubescens. Folia in apice caulis terna, triloba, segmentis lateralibus bilobis; inciso-dentata. Pedunculus e medio foliorum leuiter pubescens; uniflorus. Petala elliptica, alba, glabra. Germina villosula.

528. *Anemone ranunculoides* sem. acutis; foliolis incis; petalis subtundis; caule subunifloro. LINN. Syst. Veg. p. 511.

Anemone biflora feminibus nudis; fol. radicalibus nullis: caulinis 5—partitis; lobis tripartitis, incis. HALL. Hist. n. 1153.

Ranunculus nemorosus, luteus. c. BAVH. P. p. 178.

In pratis vdis et nemoribus passim. Aprili.

Caulis semipedalis, erectus, teres, rubellus, nudus, apice gerit folia terna, ternata; lobis inciso-dentatis. Pedunculi 1—2 ex summitate caulis, pubescentes, uniflori. Petala rotundata 5—6, flava. Germi-
na glabra.

215. CLEMATIS.

Gal. o. Petala 4, rarius 5. vel 6. Sem. caudata.

*) Scandens.

529. *Clematis Vitalba* foliis pinnatis: foliolis cordatis, scandentibus. LINN. Syst. Veg. p. 512. JACQV. Austr. t. 308.

Clematis caule scandente; fol. pinnatis, ovato-lanceolatis; petalis coriaceis. HALL. Hist. n. 1142.

In dumetis, sepibus et ad margines vinearum. Maio, Junio.

Lilischweide; *Bindweide*. Venike; Szulak-fti.

Caulis diuersae magnitudinis, muros, arbores et frutices supercandit; ramosus, sulcatus. Folia opposita, pinnata; foliolis integerrimis et inciso-dentatis. Flores albi in panicula dichotoma orta ex caule ramisque infra basim folii. Caudae seminum albo sericeoque villo hirtae, apice nigricantes, nudaе.

**) *Erectae*.

530. *Clematis erecta* fol. pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis; caule erecto; flor. pentapetalis tetrapetalisque. LINN. Syst. Veg. p. 512. JACQV. Austr. t. 291. SCOP. Carn. 2. n. 667.

Flammula Matthioli. GLV. Pann. p. 296. 297.

Inter frutices in montanis supra *Thomasbrunn*, im *Maxengrund* alibique. Maio.

Brennkraut. Ló Forma; Nagy Palatzk-ftl.

Officin. Herba, flores *Flammulae Iouis.*

Caulis cubitalis, erectus, ramosus, fulcatus, glaber. Folia opposita, pinnata; foliolis ovatis, integerrimis, acuminatis. Racemi florales ex alis foliorum. Pedunculi plerumque triflori. Petala alba, lanuginosa. Caudae feminum villosae.

531. *Clematis integrifolia* fol. simplicibus, ovato-lanceolatis; flor. cernuis. LINN. Syst. Veg. pag. 512. JACQV. Austr. t. 363.

Clematis inclinata. SCOP. Carn. 2. n. 668.

Clematis caerulea pannonica I. CLVS. Pann. p. 294.

In pascuis circa Danubium et in pratis in *den Wissmuthen.* Iunio.

Blaues Brennkraut. Bértle-virág.

Caulis pedalis, simplex, erectus, striatus, villosulus. Folia opposita, ovata, acuta, sessilia, integerrima, margine ad lentem villosa. Pedunculus ex apice caulis uniflorus, infra florem caeruleus. Flos nutans. Petala elliptica vnciam longa, caerulea. Stamina cum caudis feminum pilosissima.

216. THALICTRUM.

Cal. o. Petala 4. f. 5. Semina ecaudata.

532. *Thalictrum minus* foliis sexpartitis; floribus cernuis. LINN. Syst. Veg. pag. 513. JACQV. Austr. tab. 419.

Thalictrum fol. patulis, limis obtuse trilobis, supremis acutis; paniculis diffusis; floribus nutantibus. HALL. Hist. n. 1139.

In herbidis in *Lerchenfeld bei der Bleiche.* Iunio.

Caulis cubitalis, erectus, striatus, glaber. Folia alterna, tripartita, petiolis vaginantibus. Foliola petiolata, tridentata, latiuscula. Panicula ampla, laxa. Flores nutantes, flavi. Stamina 18—20.

533. *Thalictrum angustifolium* foliolis lanceolato-linearibus, integerrimis. LINN. Syst. Veg. pag. 513. SCOP. Carn. 2. n. 676.

Thalictrum foliis ascendentibus, linearibus; panicula erecta. HALL. Hist. n. 1137.

In pratis siccioribus passim. Iunio, Iulio.

Caulis cubitalis, erectus, sulcatus, glaber. Folia alterna petiolis vaginantibus; foliola ima linearia, versus apicem caulis sensim angustiora fiunt, ut summa subulata appareant. Flores flavi in panicula densa, erecta, caulem terminante. Stamina 10—12.

An mera varietas *Thalictri flavi*, quod sensim in angustifolium degenerat? Nostra specimina id confirmare videntur.

534. *Thalictrum flavum* caule folioso, sulcato; panicula multiplici erecta. LINN. Syst. Veg. pag. 513. SCOP. Carn. 2. n. 673.

Thalictrum foliis erectis; lobulis acute trilobis; spica ascendente. HALL. Hist. n. 1138.

In pratis siccioribus et inter frutices, passim. Iunio.

Wieserzraute. Vad Virnantz.

Caulis cubitalis, erectus, sulcatus, glaber. Folia alterna, petiolis vaginantibus brevissimis instructa, decomposita: foliola lanceolata, acuta, glabra, superne nitentia. Panicula brevis densa caulem terminat. Petala pallide flava. Filamenta 10—16.

217. ADONIS.

Cal. 5—phyllus. *Perala* quinque plura absque nectario.

Sem. nuda.

535. *Adonis aestivalis* floribus pentapetalis; fructibus ovatis. LINN. Syst. Veg. p. 514.

Adonis radice annua; flore octopetalo. HALL. Hist. n. 1158.

Inter segetes passim. Iunio.

Ackerröslein. Kakas-virág.

Folia multifida, capillaria; radicalia petiolata, caulina sessilia. Pedunculus uniflorus caulem ramosque terminat.

minat. Corollae petala 6—8. coccinea, parua. Semina in capitulum cylindricum collecta, obouata, acuminata.

536. *Adonis autumnalis* flor. octopetalis; fructibus subcylindricis. LINN. Syst. Veg. p. 514.

Adonis miniata. JACQV. Austr. t. 354.

In cultis inter olera. Iulio, Augusto.

Cal. coloratus, nitens, striatus. Petala miniata, apice rotundata, vnguibus nigra macula notatis. Antherae nigricantes. Fructus cylindricus.

537. *Adonis apennina* flor. pentdecapetalis. LINN. Syst. Veg. p. 514. JACQV. Austr. t. 44.

Pseudo-Elleborus niger. CLVS. Hist. p. 333.

In patuis ficcioribus circa *Ivanka* et *Lanschitz*. Aprili, Maio.

Kapor rósa; Sárga Kükörtfin.

Planta pedalis, ramosa, erecta, multiflora, glaberrima.

Folia tenuissime multifida. Flores ramos terminantes, ampli, flauis, constant petalis 15—17, linearibus, nitentibus, externis 8. latioribus, internis 9. angustioribus.

218. RANUNCULVS.

Cal. 5—phyllus. Petala 5, intra vngues squama mellifera. Sem. nuda.

*) *Foliis simplicibus.*

538. *Ranunculus Flammula* foliis ovato-lanceolatis, petiotalis; caule declinato. LINN. Syst. Veg. pag. 515.

Ranunculus caule declinato; fol. elliptico-lanceolatis, subserratis. HALL. Hist. n. 1182.

In vdis et in fossis viarum *am Ratshdorfer Hotter*. Iunio.

Caulis debilis erectus aut procumbens, compressiusculus, ramosus, basi rubris punctis adpersus. Folia vaginis caulem amplectentia, lanceolata, supra medium

dium obiter ferrata. Pedunculi compressi, e caulis ramorumque apicibus. Flores parui, flauī.

539. *Ranunculus Lingua* fol. lanceolatis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. pag. 515. SCOP. Carn. 2. n. 683.

Ranunculus caule erecto, ramoso; fol. ensiformibus, subserratis. HALL. Hist. n. 1181.

In paludosis inter arundines *im Schur bei St. Georgen*. Junio.

Caulis cubitalis, altior, erectus, teres, pubescens, apice ramosus. Folia lineari-lanceolata, 5—6 uncias longa, pubescentia, subserrata, sessilia. Flores magni, speciosi caulem ramosque terminant. Petala rotundata, flaua, superne nitentia et croceis lineis picta.

540. *Ranunculus Ficaria* fol. cordatis, angulatis, petiolatis; caule unifloro. LINN. Syst. Veg. pag. 515. SCOP. Carn. 2. n. 684.

Ficaria HALL. Hist. n. 1160.

In herbidis umbrosis et inter frutices vbique. Martio, Aprili.

Feigwärsenkraut. Kis Fetske-fü; Arannyal-Verfengö; Tavaszi Sálata. Menſj Krwawnjk.

Officin. Herba *Chelidonii minoris*.

Radix constat ex bulbillis lanceolatis, confertis. Caulis palmaris, compressiusculus, succulentus, glaber. Folia petiolata, cordata, sinuato-angulata, acuta, superne nitentia. Pedunculi sulcati, uniflori. Petala 9—10, lanceolata, flaua, superne nitentia.

***) *Foliis dissectis et diuisis.*

541. *Ranunculus auricomus* fol. radicalibus reniformibus, crenatis, incis, caulinis digitatis, linearibus; caule multifloro. LINN. Syst. Veg. pag. 516. SCOP. Carn. 2. n. 687.

Ranunculus foliis radicalibus integris et semitrilobatis, rotunde crenatis; caulinis multipartitis, linearibus, integerrimis. HALL. Hist. n. 1177.

In vdis et nemorosis *unter dem Pazenhäufel*. April.

Caulis palmaris, pedalis, striatus, basi saepe rubellus.

Folia radicalia longe petiolata, reniformia incisa et crenata: caulina sessilia, septemfida, segmentis linearibus. Flores flavi.

Pro ratione folii foliis insigniter variare solet.

542. *Ranunculus sceleratus* fol. inferioribus palmatis: summis digitatis; fructibus oblongis. LINN. Syst. Veg. p. 516. SCOP. Carn. 2. n. 688.

Ranunculus fol. laevibus, femitrilobatis, rotunde ferratis; fructu ovato. HALL. Hist. p. 1175.

Ranunculus palustris flore minimo, I. BAVH, Hist. III. b) p. 842.

In palustribus et fossis, passim. Maio.

Froschpfeffer. Csomorika, Torfika, Vizi Mereg.

Caulis pedalis, altior, erectus, sulcatus, versus apicem ramosus. Folia radicalia triloba, lobis lateralibus trifidis, denticulatis: caulina tri- et multifida, segmentis linearibus. Calyx reflexus, flavescens, glaber. Petala exigua, flava, nitida.

543. *Ranunculus illyricus* fol. ternatis, integerrimis, lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 516. JACQV. Austr. t. 222.

Ranunculus illyricus grumosa radice. CLVS. Hist. pag. 239. 240.

In fossis *bei den Ziegelöfen*. Maio.

Fasciculus bulbilorum lanceolatorum radicem constituit. Tota planta molli et incana lanugine vestita. Caulis pedalis, altior. Folia radicalia longe petiolata, quinata et senata, subtus nervosa: caulina ternata, sessilia: ramea simplicia; omnia lineari-lanceolata, integerrima. Calyx reflexus, inferne tomentosus, oris albidis. Cor. petala 5—6, magna, nitentia, saturate flava, vnguibus virentibus. Nectaria usque ad medium vnguibus affixa, dein libera; plana, truncata. Stamina ad 20. Antherae flavae. Stigmata villosa. Capsulae in capitulum ovale collectae, compressae, acuminatae, glabrae.

544. *Ranunculus bulbosus* calyc. retroflexis; pedunculis sulcatis; caule erecto, multifloro; fol. compositis. LINN. Syst. Veg. pag. 517. SCOP. Carn. 2. n. 692.

Ranunculus radice subrotunda; fol. hirsutis semitrilobis; lobis petiolatis, acute ferratis. HALL. Hist. n. 1174.

In pratis, pascuis et ad margines agrorum. Maio.

Radix globosa. Caulis palmaris, spithamalis, erectus, hirsutus. Folia radicalia longe petiolata; petiolis hirsutis, canaliculatis: triloba; lobo medio petiolato, trifido: caulina summa sessilia, multifida, utrinque mollissime villosa. Calyx flavescens, reflexus. Petala flava, ovata, splendentia.

545. *Ranunculus repens* calyc. patulis; pedunc. sulcatis; stolonibus repentibus; fol. compositis. LINN. Syst. Veg. p. 517. SCOP. Carn. 2. n. 689.

Ranunculus caule reptante, radicato; fol. semitrilobatis circum ferratis, lobis petiolatis. HALL. Hist. n. 1173.

Cum priore: copiose in *Mitterhaufen* ad radices salicum. Maio.

Boglár-virág; Kakas-Láb.

Stolonibus reptat. Caulis decumbens aut erectus, pedalis, glaber aut rariter pilosus. Folia radicalia in cespitem congesta, longe petiolata, triloba, lobis inciso-ferratis: caulina alterna vaginis caulem amplectentia. Calyces patuli, inferne hirsuti.

Flore pleno in vdis circa *Sz. Georgium* non infrequens.

546. *Ranunculus polyanthemos* calyc. patulis; pedunc. sulcatis; caule erecto; fol. multipartitis. LINN. Syst. Veg. p. 517.

Ranunculus caule ramoso, multifloro; fol. femiseptilobis; lobis tridentatis, acutis. HALL. Hist. n. 1171.

In tabulosis ad ripas Danubii passim. Maio.

Caulis bipedalis, erectus, teres, striatus, pilis adpressis villosulus, monophyllus, in summitate ramosus. Folia radicalia longe petiolata, vagina rubella striata caulem ambiunt; triloba, lobis trifidis inciso dentata.

tis, acutis: suprema sessilia, segmentis linearibus integris; omnia vtrinque pilosa. Pedunculi pubescentes, uniflori. Petala flava, nitentia.

547. *Ranunculus acris* calyc. patulis; pedunc. teretibus; fol. tripartito multifidis: summis linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 517. SCOP. Carn. 2. n. 690.

Ranunculus fol. hirsutis, semitrilobatis; lobis lateralibus bipartitis; fol. caulinis semitrilobis. HALL. Hist. n. 1169.

In pratis humidioribus, pomariis et iuxta fossas. Maio.

Réti Béka-virag.

Caulis 1—2pedalis, erectus, striatus, villosulus, prope apicem ramosus. Folia vtrinque villosa, radicalia petiolo fere pedali gaudent, basi vagina sua caulem amplexante: tripartita, segmentis denuo profunde laciniatis, acutis. Pedunculi fere corymbosi caulem ramosque terminant, uniflori. Petala flava, splendentia.

548. *Ranunculus lanuginosus* calyc. patulis; pedunc. teretibus; caule petiolisque hirsutis; fol. trifidis lobatis, crenatis holosericeis. LINN. Syst. Veg. p. 517. SCOP. Carn. 2. n. 691.

Ranunculus caule folioso, ramoso, erecto; fol. semitrilobatis, serratis, hirsutissimis; vaginis sericeis. HALL. Hist. n. 1172.

In umbrosis subsyluestribus *bei den Landmühlen*. Maio. Hirsutissimus. Caulis bipedalis, erectus, ramosus. Folia radicalia ampla, cordato-triloba, lobis inciso serratis, petiolis basi vaginantibus: caulina inferiora similia; summa ternata, foliolis petiolatis acute serratis. Pedunculi striati uniflori. Petala flava, splendentia.

549. *Ranunculus arvensis* seminibus aculeatis; fol. superioribus decompositis, linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 518. SCOP. Carn. 2. n. 693.

Ranunculus semin. aculeatis; fol. tripartitis; lobis longe petiolatis, bi- et tripartitis, acute incis, HALL. Hist. n. 1176. In

In cultis et agris. Maio.

Caulis spithamalis, pedalis, erectus, ramosus, basi hirsutus, superne magis glaber. Folia radicalia cespitosa; caulina alterna, petiolata, ternata, foliolis petiolatis, tri- et multifidis, acutis. Pedunculi caulem ramosque terminant, uniflori. Petala flava. Semina compressa, subrotunda, acumine terminata, margine et plana facie echinata.

550. *Ranunculus aquatilis* fol. submersis capillaceis. LINN. Spec. Plant. p. 556. Var. β .

Ranunculus fluitans, petiolis unifloris; foliis capillaribus, laciniis diurgentibus. HALL. Hist. n. 1162.

In fossis insularum Danubii, passim. Maio.

Béka Boglárka.

Planta late cespitosa. Caules longissimi aquae innatant, foliis omnibus capillaribus, circumscriptione rotundis. Pedunculi sesquiunciales supra aquam eminent, uniflori. Petala alba, vnguibus flavis.

219. ISOPYRUM.

Cal. o. Petala 5. *Nectaria* trifida, tubulata. Caps. recurvae, polyspermae.

551. *Isopyrum thalictroides* stipulis ovatis, petalis obtusis. LINN. Syst. Veg. p. 518. JACQV. Austr. t. 105. SCOP. Carn. 2. n. 695.

Ranunculus thalictri folio. CLVS. Pann. p. 378. 379.

In umbrosis humidiusculis bei der Apponyischen Mühle. Aprili, Maio.

Caulis palmaris, semipedalis, simplex et ramosus, striatus, glaber. Follum radicale decompositum, longe petiolatum: caulina subsessilia, ternata; foliolis petiolatis, trilobis, lobis laciniatis; omnia glabra, tenera, inferne pallidiora. Pedunculi ex alis foliorum uniflori. Petala alba. Germina 2-3, compressa, Capsulae ovatae, acuminatae.

Cal. o. Petala 5. Nectaria o. Caps. plures, poly-
spermae.

552. *Caltha palustris.* LINN. Syft. Veg. p. 519. HALL.
Hist. n. 1188.

Populago palustris. scop. Carn. 2. n. 698.

Circa riuos et in pratis paludosis vbique. Aprili.

Butterblume. Motfár virág; Vizi Sárga Viola.

Caulis erectus aut decumbens, palmatis, pedalis, fuc-
culentus, basi teres, dein tubangulosus, dichotomus.
Folia radicalia vaginis caulem amplectuntur cordato-
subrotunda: caulina cordata, sessilia; omnia laete
viridia, splendentia, crenata. Pedunculi crassi, sul-
cati, vniflori. Petala flaua. Germina 7—8.

C l a s s i s XIV,
D I D Y N A M I A,
G Y M N O S P E R M I A,

221. AIUGA.

Corollae labium superius minimum. *Stamina* labio superiore longiora.

553. *Aiuga pyramidalis* tetragono pyramidalis, villosa; foliis radicalibus maximis. LINN. Syft. Veg. pag. 525.

Bugula fol. angulosis, hirsutis; calycibus villosis. HALL. Hist. n. 283.

In pomariis, pascuis, sylvis montanis et insularis, Maio.

Caulis pedalis, simplex, pilosus, angulatus. Stolones nulli. Folia caulina opposita, sessilia, oblongo-ovata, hirsuta, anguloso-sinuata: floralia triloba, caerulea. Flores dense verticillati, caerulei. Calyx villosus. Filamenta caerulea, ciliata. Antherae flavae. Stylus cum stigmate bifido caeruleus.

554. *Aiuga reptans* glabra; stolonibus reptantibus. LINN. Syft. Veg. p. 525.

Bugula foliis ovatis, dentatis; flagellis reptans. HALL. Hist. n. 282. SCOP. Carn. 2. n. 715.

In pratis, dumetis ac sylvis vbique. Aprili, Maio.

Blauer Günsel. Közép Nadaly-fü; Rias-fü.

Stolonibus reptat. Caulis pedalis, simplex, erectus, pubescens. Folia radicalia in cespitem congesta, ob-

verse

verſe ovata, ſinuata, crenata, in petiolum decurren-
tia: caulina oppoſita, ſeſſilia, minutiffime crenulata:
floralia ſubrotunda, caeruleſcentia; omnia vtrinque
villoſula. Verticilli florum inferiores remoti. Cal.
glaber ſegmentis ciliatis. Corollae caeruleae, pi-
loſae.

222. TEUCRIVM.

Corollae labium ſuperius (nullum) ultra baſin 2 — par-
titum, diuariatum vbi ſtamina.

555. *Teucrium Botrys* foliis multifidis; floribus late-
ralibus ternis, pedunculatis. LINN. Syſt. Veg. p. 525.
SCOP. Carn. 2. n. 725.

Chamaedrys foliis pinnatis: pinnis dentatis, trilobis;
verticillis paucifloris. HALL. Hiſt. n. 289.

In arenofis in der Bruck- und Engerau. Julio.

Caulis palmaris, ſempedalis, tetragonus, ramosus,
hirsutus. Folia villoſula, pinnatifida; laciniis imis
trifidis, dein bifidis et ſimplicibus, margine reflexis.
Pedunculi tres ex quoque latere folii. Cal. baſi ſtru-
moſus, ſtriatuſ. Corollae labium album, in medio
rubro-punctatum. Odor plantae aromaticus.

556. *Teucrium Chamaepitys*, fol. trifidis, linearibus,
integerrimis; flor. ſeſſilibus, lateralibus, ſolitariis;
caule diſſuſo. LINN. Syſt. Veg. p. 525.

Bugula fol. imis linearibus, caulinis tripartitis. HALL.
Hiſt. n. 284. SCOP. Carn. 2. n. 718.

Ad marginem agri bei der Buckliſchen Mühle et in fiſſu-
ris rupium bei dem Teufelsſeſſel. Junio.

Wilder Hanf; *Feldcypreſſe*. Kalintza-fü; Földi-fenyö;
Köszvény-fü, Ywka.

Officin. Herba *Chamaepityos*.

Caulis digitalis, palmaris, inferne ramosus et procum-
bens, rubellus, hirsutus. Folia oppoſita, trifida;
ſegmentis in foliis inferioribus lanceolatis, in ſupe-
rioribus linearibus. Flores axillares, ſolitarii, ſeſſi-
les. Cal. piloſus. Corollae flavae labium trifidum,
ſegmento medio lato, emarginato; lateralia exigua,
linearia,

linearia, obtusa: tubus hirsutus rubore suffusus; faux punctulis purpurascens picta.

557. *Teucrium Scordium* fol. oblongis, sessilibus, dentato-ferratis; flor. geminis axillaribus, pedunculatis; caule diffusō. LINN. Syst. Veg. p. 527. scor. Carn. 2. n. 719.

Chamaedrys fol. mollibus, hirsutis, ellipticis, crenatis; verticillis paucifloris. HALL. Hist. n. 288.

In pratis humidis circa Danubium, copiose *im Schur bei St. Georgen*. Iunio, Iulio.

Wasserknoblauch; Wasserlauch. Vizi Foghagyma; Vizi Fodorka. Wodnj Czešnek.

Officin. Herba *Scordii*.

Caulis palmaris, pedalis, ramosus, basi procumbens, tetragonus, villosus. Folia opposita, subsessilia, elliptica, dentata, vtrinque villosa. Verticilli sexflori. Calyx villosus. Corollae pallide caeruleae. Odor plantae alliaceus.

558. *Teucrium Chamaedrys* fol. cuneiformi-ouatis, incisis, crenatis, petiolatis; flor. ternis; caulibus procumbentibus, subpilosis. LINN. Syst. Veg. pag. 527. scor. Carn. n. 720.

Chamaedrys fol. firmis, ouatis, crenatis; verticillis paucifloris. HALL. Hist. n. 286.

In aridis montanis subsylvestribus passim. Iunio, Iulio.

Gamanderlein. Kis Cser levelü-fü; Kis Sárlo-fü. Gamándor-fü. Sufanka; Ozanka.

Officin. Herba *Chamaedryos*.

Caulis semipedalis, altior, basi incurvatus, ramosus, purpurascens, villosulus. Folia opposita ex lato apice sensim in petiolum angustantur, inciso crenata, vtrinque pubescentia. Verticilli 2—4—flori. Calyx pilosus, ruber. Corollae purpureae, saepe etiam albae.

559. *Teucrium montanum* corymbo terminali: fol. lanceolatis, integerrimis, subtus tomentosis. LINN. Syst. Veg. p. 527.

Cha-

Chamaedrys fol. ellipticis, integerrimis, contractis, subtus incanis; flor. capitatis. HALL. Hist. n. 285.

Polium pannonicum L. CLVS. Pann. p. 628. 629.

In aridis saxosis circa *Theben*. Iulio.

Wilder Rossmarin.

Caules digitales, palmares, fruticosi, prostrati, ramosi.

Folia sparsa, lanceolata, integerrima, subtus incana, marginibus reflexis. Flores in capitulum terminale collecti. Calyx glaber, rubellus, dentibus subaequalibus. Corollae ochroleuca. Stamina rubella.

Antherae ferrugineae.

223. SATVREJA.

Corollae lacinae subaequales. Stamina distantia.

560. *Satureia hortensis* pedunculis bifloris. LINN. Syst. Veg. p. 528.

In areis hortorum, et in muris, spontanea. Aestate.

Saturei; *Pfefferkraut*. Tlombor; Bors-fü. Gaday.

Caulis spithamalis, pedalis, valde ramosus, plerumque rubellus, villosulus. Folia lineari-lanceolata, acuta.

Corollae exiguae, rubellae.

224. NEPETA.

Corollae labium inferius lacinula intermedia crenata: faux margine reflexo. Stamina approximata.

561. *Nepeta Cataria* floribus spicatis: verticillis subpedicellatis; foliis petiolatis, cordatis, dentato serratis.

LINN. Syst. Veg. p. 529. SCOP. Carn. 2. n. 743.

Cataria fol. cordatis, petiolatis; verticillis spicatis. HALL. Hist. n. 246.

Ad sepes hortorum, in argillofis inter virgulta *am tiefen Weg unter dem Kindsgraben*. Iulio.

Katzenkraut; *Katzenmünze*. Matska-Ménta, Matska-fü.

Officin. Herba *Catariae*.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, tetragonus, ramosus, pubescens. Folia opposita, petiolata, cordato-ovata,

ta,

ta, ferrata, pubescentia, inferne glauca. Verticilli in spicas, caulem ramosque terminantes, congesti. Calyx pubescens. Corollae albae, intus rubris punctis adspersae.

562. *Nepeta violacea* verticillis pedunculatis, corymbosis; fol. petiolatis, cordato-oblongis, dentatis. LINN. Syft. Veg. p. 529. SCOP. Carn. 2. n. 744.

In aridis sub monte *Kobel* prope *Neudorf* semel legi, Julio.

Caulis 2—3—pedalis, glaber, tetragonus, supra medium ad summitatem vsque caeruleus. Folia opposita cordato-oblonga, obtusa, dentata; inferiora breuiter petiolata, summa sessilia. Verticilli remoti, racemosi; racemis dichotomis. Cal. hirsutus, 10—striatus, dentibus amethystinis. Corollae violaceae galea bifida, segmentis rotundatis. Labium punctatum.

225. SIDERITIS.

Stamina intra tubum corollae. *Stigma* breuius involvens alterum.

563. *Sideritis montana* herbacea, ebracteata; calycibus corolla maioribus, spinosis: labio superiore trifido. LINN. Syft. Veg. pag. 531. JACQV. Austr. tab. 434.

Sideritis pannonica pallescente flore. CLVS. Pann. pag. 600. 601.

In aruis retro arcem, et in insula *Schütz* circa *Maiorhâz* copiose. Julio in Septembrim vsque.

Caulis basi procumbentes, dein erecti, simplices, aut statim supra radicem in ramos 2—4. diuisi, pilosi. Folia ima ouato-lanceolata, sensim versus summitatem minora fiunt suffulciantque verticillos 4—6—flos; omnia pilosissima. Corollae intra calycem mininae, primo flavae sunt, labio superiore tantum fuscescente, dein margo labii inferioris quoque fuscescit, donec tandem tota corolla nigra euadat. Spinae segmentorum calycinorum albae, pungentes.

226. MENTHA.

Cor. subaequalis, 4—fida: lacinia latiore emarginata. *Stamina erecta*, distantia.

*) *Spicatae*.

564. *Mentha sylvestris* spicis oblongis; foliis oblongis, tomentosis, ferratis, sessilibus; staminibus corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 532.
Mentha fol. elliptico-lanceolatis, ferratis, subtus tomentosis; spicis cylindricis; stamin. flore duplo longioribus. HALL. Hist. n. 227.
 In vdis et circa rivulos vulgarissima. Iulio.
Rosmünze. *Ló Ménta*; *Fejér Ménta*. *Konfska Meta*.
Caulis pedalis, cubitalis, erectus, tetragonus, pubescens, ramis oppositis. *Folia* opposita, sessilia aut brevissime petiolata, ovato-lanceolata, acuta, ferrata, subtus tomentosa. *Spicae* verticillatae, densae, caulem ramosque terminant. *Corollae* albae.
565. *Mentha viridis* spic. oblongis; fol. lanceolatis, nudis, ferratis, sessilibus; stamin. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 532.
Mentha foliis elliptico-lanceolatis, glabris; spicis cylindricis. HALL. Hist. n. 229.
 Circa fossas in der alten Au. Iulio.
 Tota Planta glabra minorque praecedente, cui n̄mis affinis est.
566. *Mentha crispata* flor. capitatis; fol. cordatis, dentatis, undulatis, sessilibus; stamin. corollam aequantibus. LINN. Syst. Veg. p. 532.
Mentha fol. rugosis, brevissime petiolatis; verticillis spicatis. HALL. Hist. n. 230.
 In arvis hortorum et inter olera. Iulio.
Krausemünze. *Kruta Meta*; *Kuczerawy Balzam*.
 Officin. *Herba Menthae*.
Caulis sesquipedalis, erectus, tetragonus, pubescens. *Folia* opposita, cordato-ovata, acuta, ferrata, rugosa, vtrinque molli lanugine hirta. *Verticilli* spicati.

spicati. Cal. pitosissimus. Corollae pallide rubrae.

***) *Capitatae.*

567. *Mentha hirsuta* flor. capitatis, fol. ovatis, ferratis, subsessilibus, pubescentibus, stamin. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 532.

In umbrosis humidis in der Bürgerau an den Hotterstöcken. Iulio.

Caulis pedalis erectus, simplex et ramosus: ramis oppositis, albis densisque pilis ad genicula inprimis hirsutus. Folia ima subrotunda, intermedia cordato-ovata, petiolata; summa sessilia, ovata: omnia ferrata, acuta, utrinque hirsuta. Capitulum florale caulem ramosque terminat. Calyx hirsutus, striatus. Corollae rubrae. Antherae flavae.

568. *Mentha aquatica* flor. capitatis; fol. ovatis, ferratis, petiolatis; stamin. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 532. SCOP. Carn. 2. n. 784.

Mentha fol. ovato-lanceolatis; verticillis paucissimis, supremo maximo. HALL. Hist. n. 225.

Ad scaturigines ubique. Iulio.

Wassermünze. Vizi Ménta. Wodnj Meta; Wodny Balzam.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, tetragonus, pubescens. Folia omnia petiolata, ferrata, petioliis nervisque pilosis. Infra capitulum terminale verticilli florum ex alis foliorum pedicellati. Calyx hirsutus, rubellus, striatus. Corollae rubentes.

***) *Verticillatae.*

569. *Mentha arvensis* flor. verticillatis; fol. ovatis, acutis, ferratis; stamin. corollam aequantibus. LINN. Syst. Veg. p. 533.

Mentha flor. verticillatis; fol. hirsutis, ovato-lanceolatis; verticillis tomentosis. HALL. Hist. n. 223.

In agris arvisque. Iunio, Iulio.

Caulis basi inclinatus, dein erectus, pedalis, tetragonus, hirsutus. Folia opposita, petiolata, ovata, acuta, serrata, vtrinque villosa. Verticilli ex alis foliorum subrotundi, pedunculati. Calyx pilosus, striatus. Corollae dilute purpurascens.

570. *Mentha Pulegium* flor. verticillatis; fol. ovatis, obtusis, subcrenatis; caulibus subteretibus, repentibus; stamin. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 533. SCOP. Carn. 2. n. 747.

Mentha caule prostrato; fol. subrotundis, obiter dentatis; stamin. exsertis. HALL. Hist. n. 221.

In sabulosis ad ripas Danubii *bei der fliegenden Brücke*.
Julio, Augusto.

Poley. Putnok-fü; Csombor. Poleg; Polayka.

Officin. Herba *Pulegii*.

Caulis pedalis, ramosus, prostratus, teres, villosulus. Folia opposita, ovata, in petiolum decurrentia, obsolete serrata, glabra. Flores in alis foliorum verticillati. Calyces atro-purpurei, striati, pilosi. Corollae violaceae.

227. GLECOMA.

Antheratum singulum par in formam crucis conni-
vens. Calyx 5-fidus.

571. *Glecoma hederacea* foliis reniformibus, crenatis.
LINN. Syst. Veg. p. 534.

Chamaeclema caule procumbente radicato; fol. reniformibus, rotunde crenatis. HALL. Hist. n. 245.

In pomariis, dumetis et sylvis vbique. Aprili, Maio.
Gundelreben. Földi-Borosyán; Kerek Nádra-fü.
Oponka.

Officin. Herba *Hederæ terrestris*.

Caulis procumbens, tetragoni, pubescentes, geniculis anulo ciliato interstinctis. Folia opposita, semi-orbicularia, petiolata, vtrinque leuiter hirsuta. Verticilli breuiter pedicellati, 3-4-flori. Cal. subcylindricus, striatus, hirsutus, 5-dentatus, denticuli 3. superiores longiores. Corollae caeruleae calyce duplo

duplo longiores. Faux pilosa; labium inferius maculis purpureis pictum. Antherae rubellae.

228. LAMIUM.

Corollae labium superius integrum, fornicatum; lab. infer. 2-lobum; faux utrinque margine dentata.

572. *Lamium maculatum* foliis cordatis, acuminatis; verticillis decemfloris. LINN. Syft. Veg. p. 534.

Lamium fol. cordato-lanceolatis, ferratis; verticillis paucifloris. HALL. Hist. n. 270.

In ruderatis, cultis et ad sepes ubique. Aprili, Maio. Caulis pedalis, debilis, basi proeumbens, striatus, pilosus, scabriusculus. Folia opposita, petiolata, cordata, acuta, serrata, utrinque pubescentia; primo vere maculis albis variegata, quae aestate disparent.

Verticilli in alis foliorum infimi 2-4-flori, caeteri 10-flori. Cal. pilosus. Cor. rubrae, hirsutae. Antherae albis pilis ciliatae.

573. *Lamium album* fol. cordatis, acuminatis, ferratis, petiolatis, verticillis 20-floris. LINN. Syft. Veg. p. 534.

Lamium fol. cordato-lanceolatis; ferratis; verticillis multifloris. HALL. Hist. n. 271.

In dumetis et circa sepes. Maio.

Weisse taube Nessel. Fejér hólt Tfalyán. Mr'twa Ssihlava.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, pubescens. Folia opposita, cordata, acuta, superiora maiora, serrata, cum petiolis pilosa. Verticilli infimi 10-12; summi 20-flori. Cal. pilosus. Cor. alba, hirsuta, galea crenulata, tubo incurvo. Antherae ciliatae.

574. *Lamium purpureum* fol. cordatis, obtusis, petiolatis. LINN. Syft. Veg. p. 534.

Lamium fol. cordatis obtusis, in summo ramo congestis. HALL. Hist. n. 272.

Cum priore. Maio ac per totam aestatem.

Caulis pedalis, tetragonus, erectus aut basi inclinatus, villosulus, quandoque ramosus. Folia opposita, cordata, serrata; infima remota, patentia, summa approximata saepe recurva, cum petiolis hirsuta. Cal. pilosus. Cor. purpureae galea integra, extus pubescens. Labii segmenta lateralia subulata, patentia. Faux maculis saturatioribus picta. Antherae ciliatae.

229. GALEOPSIS.

Corollae labium super. subcrenatum, fornicatum; lab. infer. supra 2—dentatum.

575. Galeopsis *Ladanum* internodiis caulinis aequalibus; verticillis omnibus remotis; calycibus inertibus. LINN.

Syst. Veg. p. 534.

Galeopsis foliis linearibus, serratis; verticillis diffitis. HALL. Hist. n. 266.

In agris arenosis circa *Majorház* frequens. Julio, Augusto.

Rothe Hanfnessel. Kenderike-fü; Vörös vaj-fü.

Caulis pedalis, erectus, obtuse tetragonus, ramosus, rubellus. Folia opposita, lineari-lanceolata, utrinque pubescentia, integra aut denticulis ovatis serrata. Rami oppositi. Flores in verticillis subrotundis sessiles. Calyx hirsutus dentibus mucrone albo terminatis. Corollae purpureae extus pubescentes. Antherae cernuae, flavae, vno apice pilosulae. Stigma bifidum, rubrum.

576. Galeopsis *Tetrahit* internodiis caulinis superne incrassatis; verticillis summis subcontiguis; calycibus subpungentibus. LINN. Syst. Veg. p. 535.

Galeopsis caule hirto; fol. ovato-lanceolatis, serratis. HALL. Hist. n. 268.

In agris, sepibus ac subsylvestribus. Julio, Augusto.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, tetragonus, ramosus, sub petiolis foliorum incrassatus, pilosus, scaber. Folia opposita, ovato-lanceolata, dentibus, subro-

subrotundis acutiusculis ferrata, superne pilosa. Verticilli florum alares, inferiores remoti, summi contigui. Calyx pilosus dentibus mucronatis. Corollae purpureae calyce maiores. Galea ferrulata extus villosa. Labium trifidum in medio macula fulva signatum.

577. Galeopsis *cannabina* fol. ovato-lanceolatis, serratis; caule hirsuto; flore calyce quadruplo maiore. HALL. Hist. n. 269. POLLICH. Fl. Palat. n. 560.

Galeopsis *Tetrahis* corolla flava; labio inferiore maculato. LINN. Sp. Pl. Tom. II. p. 580. *Var.* β.

Cannabina flore magno luteo, labiis purpureis. BOERHAV. I. p. 159.

In umbrosis inter vineas über dem heiligen Brunn. Julio.

Caulis bipedalis, erectus, ramosus, tetragonus, pilosus, geniculis incrassatis. Folia opposita, ovato-lanceolata, acuminata, serrata, villosa. Verticilli alares imi pedicellati, summi sessiles, bracteolis subulatis pilosisque interstincti. Calyx albidus. Corollae magnae, speciosae flavaeque galea extus pilosa, margine crenata. Labium purpureum.

230. POLLICHIA.

WILLDEN. Fl. Ber. p. 198.

Corollae labium superius integrum, fornicatum; inferius bi- vel trifidum; faux absque dentibus.

578. Pollichia *Galeobdolon* calycibus pungentibus; corollae labio inferiore trifido; foliis omnibus cordatis, dentatis, petiolatis. WILLDEN. l. c. n. 613.

Galeopsis *Galeobdolon* verticillis sexfloris: involucre tetraphyllo. LINN. Syst. Veg. p. 535.

Cardiaca foliis petiolatis, cordatis; verticillis foliosis. HALL. Hist. n. 275.

Leonurus *Galeobdolon* foliis cordatis. SCOP. Carn. 2. n. 705.

In umbrosis über dem heiligen Brunn, alibique. Maio, Junio.

Gelbe taube Nessel. Sárga hólt Talyánka.

Caulis pede altior, erectus, tetragonus, scaber, rubellus. Folia opposita, petiolata, pilosula: infima cordata; superiora ovato-lanceolata, acuta, serrata, demum rotundatis, mucronatis. Verticilli ad alas foliorum 8—12—flori. Bracteae inter calyces subulatae, pilosae. Calyx pubescens. Corolla magna, flava, tubo purpurascens: galea pubescens margine ciliata; labium ad faucem maculis fulvis signatum.

579. *Pollichia amplexicaulis* calycibus inermibus: corollae labio inferiore bifido; foliis caulinis sessilibus, rotundatis, incis, radicalibus petiolatis cordato-lobatis. WILLDEN. l. c. n. 198.

Lamium amplexicaule fol. floralibus sessilibus, amplexicaulis, obtulis. LINN. Syst. Veg. pag. 534. SCOR. C. n. 2. n. 702.

Lamium fol. radicalibus petiolatis, lobatis; superioribus rotundis, amplexicaulis, incis. HALL. Hist. n. 273.

In agris, cultis et ruderatis. A Martio per totam aestatem.

Caulis palmaris, pedalis, tetragonus, basi procumbens. Folia subrotunda, inciso-crenata, utrinque pubescentia; inferiora petiolata, floralia amplexicaulia. Verticilli 10—12—flori. Cal. femiquinquefidus, hirsutus. Corollae caeruleae tubus gracilis longe ultra calycem prominet. Galea ovata, obtusa, pubescens. Labium bifidum maculis saturatoribus pictum. Antherae ciliatae.

231. BETONICA.

Cal. aristatus. Corollae labium superius ascendens, planiusculum; tubus cylindricus.

580. *Betonica officinalis* spica interrupta; corollae labii lacinia media emarginata. LINN. Syst. Veg. p. 535.
Beto-

Betonica foliis petiolatis; imis cordatis, superioribus ovatis, crenatis; spica brevi foliis insidente, HALL, Hist. n. 264.

In pratis vbiq. Iunio.

Bexonienkraut. Bétonika; Seb-ftü; Bak-ftü. Bukwyca.

Officin. Herba *Betonicae*.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, tetragonus, villosulus, foliorum paribus 1—2. instructus. Folia opposita, petiolata, rugosa, ferrata; inferiora cordata, superiora ovato-lanceolata; carina petiolisque hirsutis. Sub spica caulem terminante et unico pari foliorum insidente, verticillus adest remotus 10—12—florus. Calyx villosulus, erectus. Corollae horizontaliter patentis tubus incurvus est, basi albidus, dein purpurascens, villosulus. Galea purpurea, ovata, integra. Labium trifidum, segmento medio emarginato. Filamenta pubescentia,

232. STACHYS.

Corollae lab. super. fornicatum; lab. infer. lateribus reflexum: lacinia intermedia maiore emarginata. *Samina* defforata versus latera reflexa.

381. *Stachys sylvatica* verticillis sexfloris; foliis cordatis, petiolatis. LINN. Syst. Veg. p. 535. SCOP. Carn. 2. n. 706.

Cardiaca fol. cordatis, ferratis; verticillis nudis, spicatis. HALL. Hist. n. 275.

Galeopsis legitima. CLVS. Hist. II. p. 35. 36.

In nemoribus vmbrosis *bei den Landmühlen*; in insulis Danubii vbiq. Iulio.

Sinkende Waldnessel. Erdei hölt Tsfalyán.

Caulis cubitalis, altior, tetragonus, ramosus, villosus ad genicula et versus summitatem purpurascens. Folia opposita, petiolata, cordata, ferrata, vtrinque hirsuta. Spicae verticillatae caulem ramosque terminant. Verticilli sexflori. Calyx villosus plerumque rubellus, dentibus subaequalibus, patentibus, aristatis. Corollae rubrae. Galea labio tuboque

breuior, capitatis villis pubescens. Labium albis punctis maculatum. Filamenta supra medium villosula. Pistillum rubrum basi album.

582. *Stachys palustris* verticillis subsexfloris; fol. linearilanceolatis, semiamplexicaulibus, sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 535. SCOP. Carn. 2. n. 607.

Stachys fol. hirsutis elliptico-lanceolatis, breuiter petiolatis; verticillis spicatis. HALL. Hist. n. 257.

In humidis paludosis, circa fossas et inter salices passim. Iulio.

Caulis cubitalis, erectus, tetragonus, hirsutus, scaber. Folia longe lanceolata, serrata, vtrinque molli lanugine hirsuta. Verticilli in spicam congesti, 6—10—flori, inferiores parum remoti. Calyces hirsuti, dentibus aristatis. Corollae caeruleae galea hirsuta; labium maculis purpureis pictum.

583. *Stachys germanica* verticillis multifloris; foliorum ferraturis imbricatis; caule lanato. LINN. Syst. Veg. pag. 535. JACQV. Austr. tab. 319. SCOP. Carn. 2. n. 710.

Stachys caule tomentoso; fol. imis cordatis, superioribus elliptico-lanceolatis; verticillis densissimis, tomentosis. HALL Hist. n. 255.

Inter frutices in *der Mühlau*; frequens circa *Bruck* in Insula *Schütze*. Iunio, Iulio.

Tota planta albo densoque villa lanata. Caulis cubitalis, altior, erectus, tetragonus. Folia opposita, crenata; ima petiolata, cordato-lanceolata; summa sessilia, elliptico-lanceolata. Verticilli in alis foliorum densissimi, 40—flori. Calyces sessiles albo-tomentosi, dentibus flavescente spinula terminatis. Corollae rubrae galea villosa, crenulata, labii segmentum medium emarginatum.

584. *Stachys recta* verticillis subspicatis; fol. cordato-ellipticis, crenatis, scabris; caul. ascendentibus. LINN. Syst. Veg. p. 536. JACQV. Austr. t. 359.

Betonica fol. hirsutis, ovatis, rotunde crenatis; bracteis ovato-lanceolatis, aristatis, integerrimis. HALL. Hist. n. 262. In

In herbidis montanis, et inter frutices passim. Julio, Augusto.

Füßperl-râu. Tisztes-fü. Czistec.

Nostris vetulis pro abluendis incantationibus hucdum celebris.

Caulis pedalis. altior, tetragonus, hirsutus, ramis oppositis. Folia lanceolata, serrata, hirsuta, caulina inferiora petiolata, superiora sessilia. Verticilli plerumque 6—flori. Corolla calyce spinuloso duplo maior, villosula, tubo et galea alba, labio flavescente, propè faucem maculis sanguineis adperso.

585. *Stachys aruensis* verticillis 6—floris; fol. obtusis, nudiusculis; corollis longitudine calycis; caule debili. LINN. Syst. Veg. p. 536.

Trixago foliis ovatis, cordatis, rotunde dentatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 231.

Inter segetes in agris retro arcem, Iunio.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, villosulus, rubellus, ramis oppositis. Folia opposita, inferiora petiolata, quata, rotunde crenata, petiolis canaliculatis, hirsutis; superiora sessilia, lanceolata, serrata, omnia ad lentem, margine praeprius, villosula. Verticilli sexflori. Calyx pilosus longitudine tubi corollae. Corollae flavescentis tubus cylindricus glaber; galea fornicata pubescens; labium maculis rubris pictum.

233. BALLOTA.

Cal. hypocrateriformis, 5—dentatus, 10—striatus.

Corollae labium superius crenatum, concavum.

586. *Ballota nigra* foliis cordatis, indivisis, serratis; calycibus acuminatis. LINN. Syst. Veg. p. 537. SCOP. Carn. 2. n. 714.

Ballote fol. cordatis, serratis; verticillis nudis. HALL. Hist. n. 259.

Ad sepes hortorum vinearumque, et in dumetis, Aestate.

Schwarzer Andorn, Fekete Peszertze-fü.

Caulis cubitalis, altior, erectus, tetragonus, pubescens, ramis oppositis. Folia opposita, petiolata, ovata, acuta, inaequaliter serrata, villosula. Verticilli in alis foliorum pedicellati, pedicellis 3—4—floris. Calyx striatus pubescens, dentibus aequalibus. Corollae purpureae galea villosula; labium tripartitum venis albis variegatum, segmento medio emarginato.

234. MARRUBIUM.

Cal. hypocrateriformis, rigidus, 10—striatus. Corollae labium superius bifidum, lineare, rectum.

587. *Marrubium peregrinum* fol. ovato-lanceolatis, serratis; calycum denticulis fetaceis. LINN. Syst. Veg. p. 537. JACQV. Austr. t. 160.

Marrubium supinum. SCOP. Carn. 2. n. 713.

Marrubium pannonicum alterum. CLVS. Pann. p. 588. 589.

In campis, pascuis, ad vias et agrorum margines. Julio.

Caules tomentosi, basi inclinati, dein erecti, ramosissimi, ramis oppositis horizontaliter fere patentibus. Folia radicalia et caulina infima ovata; superiora lanceolata: omnia crenata, rugosa, venosa, vtrinque albo tomento incana. Verticilli 8—10—flori. Cal. 5—dentatus, dentibus fetaceis subaristatis. Cor. alba, villosula: galea bifida; labii segmentum medium cordiforme, lateralia linearia, truncata. Antherae intra tubum corollae flavescentes. Semina nigra.

588. *Marrubium vulgare* dentibus calycinis fetaceis, uncinatis. LINN. Syst. Veg. p. 537. SCOP. Carn. 2. n. 712.

Marrubium dentibus calycinis densis, recurvis. HALL. Hist. n. 258.

Marrubium album vulgare: C. BAVH. F. p. 230.

In ruderatis, sterilibus sabulosis in *der Engerau*, et iuxta vias passim. Julio, Augusto.

Weisser Andorn. Fejér Peszertze; Fejér Pemet-fü; Pölzeritze. Gablec'njk.

Officin.

Officin. Herba *Marrubii albi*.

Caulis cubitalis, erectus, tetragonus, tomentosus, ramis oppositis. Folia opposita, petiolata, subrotundo-ovata, rugosa, crenata, vtrinque villosa, subtus pallidiora. Verticilli in alis foliorum densissimi. Cal. villosus, striatus, dentibus 10, apice incurvis. Corolla alba.

235. CHAITURUS.

WILLDEN. Fl. Ber. p. 200.

Calycis lacinae erectae. *Corollae* labium superius integrum, fornicatum; inferius trifidum, patens: tubus longitudine calycis. *Stamina* vix tubi longitudine.

589. *Chaiturus leonuroides*. WILLDEN. l. c. n. 622.

Leonurus Marrubiastrum fol. ovatis lanceolatisque, ferratis, calycibus sessilibus, spinosis. LINN. Syst. Veg. pag. 538. JACQV. Austr. tab. 405. SCOP. Carn. 2. n. 704.

In pratis et fossis ficcioribus circa *Kizsee*. Aestate.

Caulis pedalis, cubitalis, tetragonus, villosus. Scaber, simplex et ramosus, basi rubellus; ramis oppositis. Folia opposita petiolata, inferiora ovata, super. lanceolata, acuta, ferrata, vtrinque pubescentia, inferne pallidiora. Verticilli in alis foliorum densissimi. Bractee calycibus interiectae spinosae. Cal. hirsutus dentibus spinosis. Corollae rubellae albo-punctatae.

236. LEONURUS.

LINN. WILLDEN. Fl. Ber. p. 201.

Calycis lacinae patentes. *Corollae* labium superius planum, erectum, inferius trifidum. *Stamina* punctis nitidis adpersa.

590. *Leonurus Cardiacæ* foliis caulinis lanceolatis, trilobis. LINN. Syst. Veg. pag. 538. SCOP. Carn. 2. n. 703.

Cardiacæ fol. tripartitis, lanceolatis. HALL. Hist. n. 276.

In rudératis, fimetis, circa domos, sepes et iuxta vias. Iunio, Iulio.

Herzgespann. Sziv-fü; Sziv eröfitó-fü. Srdec'njk.

Officin. Herba *Cardiacæ*.

Caulis cubitalis, altior, erectus, tetragonus, scaber; ramis oppositis. Folia opposita, petiolata, triloba; segmentis lanceolatis inciso-dentatis; vtrinque leuiter pubescentia. Verticilli in alis foliorum densissimi. Calyx angulatus, glaber, dentibus spinosis cum bracteis subulatis ad lentem villosulis. Corollae purpureae galea ovata, obtusa, externe pilosa. Labium trifidum, segmentis lateralibus deflexis.

237. CLINOPODIUM.

Involucrum multifetum, verticillo subiectum, calyces colligens.

591. *Clinopodium vulgare* capitulis subrotundis, hispidis; bracteis setaceis. LINN. Syst. Veg. pag. 541. SCOP. Carn. 2. n. 731.

Clinopodium fol. ovatis, lanceolatis, obiter dentatis; stipulis setaceis. HALL. Hist. n. 239.

In nemoribus, dumetis et syluis. Iunio, Iulio.

Wirbeldost. Pereszlen-fü; Szöszös-fü.

Caulis pedalis, erectus, basi incurvatus, obtuse tetragonus, pilosus. Folia opposita, petiolata, ovata, obtusa, obiter ferrata, vtrinque molliter hirsuta.

Verti-

Verticilli denfi 3—4—in alis foliorum, summus caulem terminat; compositi ex pedicellis ramosis fasciculatim congestis et bracteis fetaceis pilosis suffultis. Calyx pilosus, striatus, viridis, dentibus purpureis. Corollae purpureae extus villosulae. Galea ovata, obtusa, bifida, margine reflexo. Labium trifidum, legimento medio emarginato.

238. ORIGANVM.

Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens.

592. *Origanum vulgare* spicis subrotundis, paniculatis, conglomeratis; bracteis calyce longioribus, ovatis.

LINN. Syst. Veg. p. 541. SCOP. Carn. 2. n. 740.

Origanum foliis ovatis; umbellis coloratis; staminibus exsertis. HALL. Hist. n. 233.

In collibus, inter frutices et iuxta vias passim. Iunio.

Wöhlgemuth; Dosten. Szú-fü; Fekete Gyopár; Szurok-fü. Dobrá Myśl.

Officin. Herba *Origani*.

Caulis pedalis, altior, erectus, obsolete-tetragonus, rubellus, pilosus; ramis oppositis denuo ramosis. Folia opposita, petiolata, ovata, obtusa, rariter dentata, vtrinque hirsuta. Flores in apice caulis ramorumque fasciculatim congesti, singuli bracteola purpurea interstincti. Cal. pubescens, 5—dentatus, Corollae purpureae, rarius albae.

239. THYMVS.

Calycis bilabiati faux villis conniuentibus clausa.

593. *Thymus Serpyllum* floribus capitatis; caulibus repentibus; foliis planis, obtusis, basi ciliatis. LINN.

Syst. Veg. p. 541. SCOP. Carn. 2. n. 736.

Kuttelkraud, Quendel. Kakuk-fü; Vad Csombor. Materina duska.

Officin. Herba et flores *Serpylli*.

Apud nos sequentes occurrunt varietates,

1. *Serpyllum minus latifolium*. C. BAVH. P. p. 220.
In aridis apricis vbique. Iunio.
Folia ouata, obtusa, glabra, basi vix visibiliter ciliata. Calyx purpureus, dentibus ciliatis. Stamina longitudine corollae.
 2. *Serpyllum pannonicum* I. Citri odore. CLVS. Pann. p. 625. 626.
In pascuis montanis passim. Iunio.
Folia ouata, obtusa, glabra, trita *Citri medicae* odorem spargunt.
 3. *Serpyllum angusto glabroque folio*. CLVS. Pann pag. 628.
Cum priore. Iunio, Iulio.
Folia lanceolata, obtusiuscula, basi et infra medium ciliata. Stamina corolla longiora.
 4. *Serpyllum vulgare minus*. C. BAVH. P. p. 220.
In collibus apricis.
Cauliculi digitales, suberecti, pilosi. Folia lineari-lanceolata, incana, ciliata. Stamina longitudine corollae.
 5. *Serpyllum foliis ouatis, villosis, obtusiusculis*.
In aridis arenosis et in fissuris rupium supra *Theben*. Aestate.
Tota planta villosissima. Folia subrotundo-ouata.
 6. *Serpyllum fol. ouatis: supremis in capitulum lanuginosum coadunatis*. SCOP. Carn. 2. n. 736. Var. 5.
In apricis passim.
Cynips folia summa vitiat; conuoluit et oua ibidem deponit.
 7. *Serpyllum angusto lanuginosoque folio*. CLVS. Pann. p. 627. 628.
In montanis sterilibus *am Calvariberg*.
Hirsutissimum, foliis lanceolatis. Planta trita odorem pineum spargit.
594. *Thymus Acinos* flor. verticillatis; pedunculis unifloris; caulibus erectis, subramosis; fol. acutis, serratis. LINN. Syst. Veg. pag. 542. SCOP. Carn. 2. n. 735.
Clinopodium foliis ouatis, dentatis; flore folio breuiore. HALL. Hist. n. 237.

In ficis lapidosis, circa sepes et in arvis bei der *Lägerischen Mühle*. Junio.

Caulis palmaris, semipedalis, rigidus, basi ramosus, hirsutus. Folia ovata, dentata, inferne pilosa, marginibus reflexis, ciliatis. Calyx patulus basi subtus strumosus, striis hispida elevatis lineatus. Corollae caeruleae galea brevis, rotundata; labii segmentum medium prope faucem albidum et villosum.

240. MELITTIS.

Calyx tubo corollae amplior. Corollae labium super. planum; lab. infer. crenatum. Antherae cruciatae.

595. *Melittis Mellissophyllum*. LINN. Syst. Veg. p. 544. JACQV. Austr. t. 26. SCOP. Carn. 2. n. 726.

Melissophyllum. HALL. Hist. n. 244.

In sylvis passim, frequens in sylvula in *Mazengrund*. Aprili, Maio.

Waldmelisse. Erdei-Méh - fü. Dobronika.

Caulis pedalis, erectus, simplex, raro ramosus, tetragonus, striatus, pilosus. Folia opposita, breviter petiolata, ovalia, serrata, vtrinque pubescentia. Flores secundi. Pedunculi ex alis foliorum 2-6, calyce breviores. Cal. campanulatus, erectus, villosulus, triidus, segmento superiore maiore apice inciso. Corollae apud nos semper rubellae, tubo calyce duplo longiore. Galea plana, integra, recta: labium tripartitum, segmentis rotundatis, medio maiore purpureo. Antherae flavae. Stylus staminibus longioribus brevior, bifidus.

241. SCUTELLARIA.

Calyx ore integro, post florescentiam clauso, operculato.

596. *Scutellaria galericulara* foliis cordato-lanceolatis, crenatis; floribus axillaribus. LINN. Syst. Veg. p. 546.

Cassida

Cassida fol. oblonge cordatis, crenatis; verticillis nudis, bifloris. HALL. Hist. n. 280. SCOP. Carn. 2. n. 741.

Circa rivulos bei den Landmühlen. Junio, Julio.

Schildkraut. Třákóka-fü.

Caulis pede altior, erectus, basi inclinatus, tetragonus, glaber, ramis oppositis vnum latus plerumque spectantibus. Folia opposita, cordato-lanceolata, acuta, crenata, breviter petiolata, glabra, inferne pallidiora. Flores ex alis foliorum gemini, caerulei. Galea superne villosula. Labium undulatum. Antherae apice villosae.

597. *Scutellaria hastifolia* fol. integerrimis: inferioribus hastatis, superioribus sagittatis. LINN. Syst. Veg. p. 547.

Cassida foliis integerrimis. BOEHM. Lipl. n. 119. SCOP. Carn. 2. n. 742.

Inter salices im Lerchenfeld; frequens in der Pörschen. Junio, Julio.

Caulis gracilis, tetragonus, ramosus, glaber, basi prostratus rubellus, dein erectus, viridis. Folia opposita, glabra, breviter petiolata, cordata integerrima basi utrinque angulo productiore instructa. Flores ex alis foliorum gemini, secundi, brevissime pedunculati. Calyx sesquilinea vix maior, villosus. Corollae caeruleae vnciam longae, externe pubescentes.

242. PRUNELLA.

Filamenta bifurca: brevior apice antherifera. *Stigma bifidum*.

598. *Prunella vulgaris* foliis omnibus ovato-oblongis, serratis, petiolatis. LINN. Syst. Veg. p. 547.

Prunella fol. ovatis, oblongis; calycibus superne truncatis. HALL. Hist. n. 277. SCOP. Carn. 2. n. 715.

In pratis et pascuis. Aestate.

Prunelle; *Braunelle*. Gyék-fü; Tüz-fü; Szilva-fü.

Torok-Öröme. Czernohlawek.

Officin. Herba florida *Prunellae*.

Caulis pedalis, tetragonus, villosus, scabriusculus; ramis oppositis. Folia opposita, petiolata, oblongo-ovata, obrusa, denticulis raris serrulata, vtrinque hirsuta. Spica florum oblonga, verticillata, caulem ramosque terminat. Bractee sub verticillis cordatae, coloratae, ciliatae. Calycis purpurascens labium superius truncatum. Corollae rubrae galea ciliata.

599. *Prunella grandiflora*, caerulea, magno flore.

LINN. Syst. Veg. p. 547. JACQV. Austr. t. 377.

Prunella foliis ovatis, oblongis; calycibus superne tridentatis. HALL. Hist. n. 278.

Prunella maior. CLVS. Pann. p. 606. 607.

In pomariis et pascuis montanis frequens. Iunio, Julio.

Caulis pedalis, erectus, simplex, basi incurvatus. Folia opposita, ovato-oblonga, acutiuscula, in petiolum decurrentia; superiora integerrima, inferiora in utroque margine basi aut incisa, aut vno aliove dente instructa. Flores in spica ovata terminali. Bractee sub verticillis cordatae, coloratae, ciliatae. Cal. purpureus, labio superiore profunde bifido. Corolla magna, speciosa, purpurea.

600. *Prunella laciniata* fol. ovato-oblongis, petiolatis:

supremis quatuor lanceolatis, dentatis. LINN. Syst.

Veg. p. 547. JACQV. Austr. t. 378.

Prunella fol. imis ovatis, oblongis; caulinis dentatis et semipinnatis. HALL. Hist. n. 279.

Prunella laciniato folio. CLVS. Pann. p. 606. 608.

Cum prioribus. Maio.

Caulis pedalis erectus, simplex, rubellus, pilosus. Folia opposita, infima lanceolata, integerrima: media rariter dentata: summa quatuor semper laciniata; albo villo incana et cum caule asperiuscula. Bractee cordatae, ex albo virentes, ciliatae. Cal. striatus, pilosus. Corolla ochroleuca: galeae dorsum in cristam elevatum, pilosum; labii lacinae laterales parvae, subrotundae, planae, integerrimae, mediae concavae, margine serrulata.

ANGIOSPERMIA.

243. RHINANTHUS.

Cal. 4—fidus, ventricosus. *Capsula* 2—locularis, obtusa, compressa.

601. *Rhinanthus Crista galli* corollis labio superiore compresso, breuiore. LINN. Syft. Veg. p. 549.

Rhinanthus Crista galli corollarum labio superiore compresso breuiore; calycibus glabris. POLLICH. Fl. Palat. n. 579.

Alectorolophus calycibus glabris. HALL. Hist. n. 313.

Mimulus Crista galli. SCOP. Carn. 2. n. 751.

In pratis vbique. Iunio.

Hahnenkamm. Tsengö-Kóró. Kakas Tarej.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, glaber, punctis rubellis adspersus. Folia opposita, sessilia, lanceolata, ferrata. Flores ex alis foliorum solitarii, breuissime pedunculati. Calyx glaberrimus, nitens. Corollae flavae.

602. *Rhinanthus alectorolophus* corollarum labio superiore compresso breuiore; calycibus villosis. POLLICH. Fl. Palat. n. 580.

Alectorolophus calycibus hirsutis. HALL. Hist. n. 314.

Mimulus Alectorolophus. SCOP. Carn. 2. n. 752.

In agris frequenter, rarius in pratis. Iunio.

A praecedente differt: statura maiore, caule ad lentem villosulo, nec rubro punctato; calycibus constanter hirsutis.

244. EUPHRASIA.

Cal. 4—fidus, cylindricus. *Capsula* 2—locularis, ouato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo basi spinosae.

603. *Euphrasia officinalis* foliis ouatis, lineatis, argute dentatis. LINN. Syft. Veg. p. 549. HALL. Hist. n. 303. SCOP. Carn. 2. n. 753.

In

In pratis humidiusculis *unter dem Pazenhäufel*, alibique. Iulio.

Augenrost. Effrása; Szem-fü; Szem vidító-fü. Ambrusika; Swetljik.

Caulis palmares, erecti, villosuli, ramosissimi. Folia sessilia, ovata, inciso-dentata, dentibus acutissimis. Flores in alis foliorum sessiles albi, lineis rubellis variegati. Antherae inferiores basi spinula terminatae.

604. *Euphrasia Odontites* fol. linearibus: omnibus ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 550. SCOP. Carn. 2. n. 754.

Odontites bracteis ferratis, hirsutis. HALL. Hist. n. 304.

In agris montanis *über dem Mazengrund*; copiose in der *Bruckau am Hellwasser*. Iulio.

Caulis cespitosi, erecti, tetragoni, rubelli, ramosi; pilis adpressis hirti. Folia opposita, sessilia, linearilanceolata, ferrata. Flores in alis foliorum secundi, purpurei. Antherarum lobi omnes apice spinosuli, basi barbati.

605. *Euphrasia lutea* fol. linearibus, ferratis: superioribus integerrimis. LINN. Syst. Veg. pag. 550. JACQV. Austr. t. 398. SCOP. Carn. 2. n. 755.

Odontites bracteis glabris, integerrimis. HALL. Hist. n. 305.

Inter frutices retro arcem et in *Kindsgraben* frequens. Iulio.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, pubescens; ramis oppositis. Folia inferiora opposita; caulina et ramea summa subalterna; linearia, integerrima et ferrulata in eadem planta, villosula. Flores alares, solitarii, secundi, flavi. Calyces glabri. Corollae villosulae. Antherarum lobi omnes apice spinosuli, glabri.

245. MELAMPYRVM.

Cal. 4—fidus. *Corollae* lab. sup. compressum, margine replicato. *Capf.* 2—locularis obliqua, hinc dehiscens. *Semina* 2, gibba.

606. *Melampyrum cristatum* spicis quadrangularibus; bracteis cordatis, compactis, denticulatis, imbricatis. LINN. Syst. Veg. p. 550.

Melampyrum foliis integerrimis; floribus spicatis; bracteis duplicatis, cristatis, imbricatis. HALL. Hist. n. 311.

In montanis nemoribus, pratisque, et ad margines sylvarum. Iunio, Julio.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, pubescens; ramis oppositis. Folia opposita, linearia, acuta, integerrima, margine deorsum strictu scabra. Bracteae conduplicatae, tenuissime incisae, coloratae spicam tetragonam constituunt. Calyx 4—dentatus, dentibus binis superioribus longioribus. Corollae tubus incurvus; galea purpurascens, margine flavo. Labium trifidum intus flavescens, externe striis purpurascens pictum.

607. *Melampyrum aruense* spicis conicis, laxis; bracteis dentato-fetaceis, coloratis. LINN. Syst. Veg. p. 550.

Melampyrum fol. integerrimis; bracteis semipinnatis. HALL. Hist. n. 310.

In agris inter segetes. Iunio.

Tformolya, Tfermely.

Caulis pedalis, erectus, tetragonus, scaber, rubellus; ramis oppositis. Folia opposita, subsessilia, lanceolata, integerrima, pubescentia. Caulem ramosque terminat spica laxa ex flavo purpurascens. Bracteae purpureae, semipinnatae. Calyx striatus, rubellus. Corolla pubescens, tubo et galea purpureis; labium flavum.

608. *Melampyrum nemorosum* floribus secundis lateralibus; bracteis dentatis; summis coloratis, sterilibus; calyc.

calyc. lanatis. LINN. Syst. Veg. p. 550. SCOP. Carn. 2. n. 756.

Melampyrum fol. ovato-lanceolatis, floralibus hamatis, acute dentatis, patulis; calycibus hirsutis. HALL. Hist. n. 309.

In nemoribus über dem Mazengrund frequens. Iunio, Iulio.

Gyertyán-álga-fü; Kék üstö-fü.

Caulis pede altior, tetragonus, cum petiolis ramisque hirsutus. Folia opposita, ovato-lanceolata, acuta; inferiora integra, superiora basi hamata et dentata. Flores ex alis foliorum, secundi. Bractæe dentatae, summae caeruleae. Calyces hirsuti, dentibus subulatis. Corollae flavae.

609. *Melampyrum pratense* flor. secundis, lateralibus; fol. coniugationibus remotis; coroll. clausis. LINN. Syst. Veg. p. 550. SCOP. Carn. 2. n. 758.

Melampyrum fol. imis integerrimis; mediis dentatis; floralibus hastatis. HALL. Hist. n. 308.

Ad margines sylvarum passim. Iulio.

Caulis valde ramosus, diffusus, obtuse tetragonus, pubescens. Folia opposita, sessilia, lineari-lanceolata, superne pubescentia, inferne reticulato-venosa. Flores secundi. Bractæe basi dentatae. Calyx purpurascens, glaber. Corolla flava, clausa.

610. *Melampyrum sylvaticum* flor. secundis lateralibus; fol. coniugationibus remotis; coroll. hiantibus. LINN. Syst. Veg. p. 550. SCOP. Carn. 2. n. 759.

Melampyrum foliis integerrimis; floribus hiantibus. HALL. Hist. n. 307.

In sylvis vbique. Iulio, Augusto.

Caulis ramosus, diffusus, caeruleescens, obtuse tetragonus, glaber. Folia opposita, lanceolata, infima integerrima, summa et ramea basi pinnatifida. Flores in spica laxa, violacea, secundi. Bractæe lanceolatae, pinnatifidae, segmentis capillaribus. Calyces hirsuti dentes longissimi. Corollae flavae, hiantes, tubo pubescente.

246. LATHRAEA.

Cal. 4—fidus. *Glandula* depressa ad basim futuræ germinis. *Capsula* 1—locularis.

611. *Lathraea squamaria* caule simplicissimo; corollis pendulis: labio inferiore trifido. LINN. Syst. Veg. p. 550.

Squamaria caule simplicissimo; floribus nutantibus; labello trifido. HALL. Hist. n. 297.

In umbrosis ad radices arborum, passim. Aprili.

Schuppenwurz. Fogatán.

Radix alba, squamosa, scapus palmaris, aphyllus, squamis membranaceis coloratis vestitus. Flores secundi, nutantes. Bracteae subcordatae. Calyx albis pilis hirtus. Corollae rubellae labium album, trifidum.

247. PEDICULARIS.

Cal. 5—fidus. *Capsula* 2—locularis, mucronata, obliqua. *Semina* tunicata.

612. *Pedicularis palustris* caule ramoso; calycibus cristatis calloso-punctatis; corollis labio obliquis. LINN. Syst. Veg. p. 551.

Pedicularis caule ramoso; fol. pinnatis, pinnis pinnatis dentatis; calyce bifido. HALL. Hist. n. 320. SCOP. Carn. 2. n. 762.

In prato paludoso *unter dem Pazenhäusel.* Maio.

Caulis pedalis, altior, erectus, angulatus, glaber, versus apicem ramosus. Folia inordinate alterna, pinnata: pinnis pinnatifidis crenatis. Flores in spica caulem ramosque terminante solitarii. Calyx striatus, bifidus, rubens, ad lentem villosulus. Corollae purpureae tubus albidus.

248. ANTIRRHINUM.

Cal. 5—phyllus. *Corollae* basis deorsum prominens, nectarifera. *Capſula* 2—locularis.

*) *Foliis angularis.*

613. *Antirrhinum spurium* foliis ovatis, alternis; caulibus procumbentibus. LINN. Syst. Veg. pag. 554. SCOP. Carn. 2. n. 771.

Antirrhinum caule procumbente; fol. villosis, ovatis, imis coniugatis, superioribus alternis. HALL. Hist. n. 341.

In agris bei dem rothen Kreuz am Ratschdarfer Weg, Iulio.

Caulis palmaris, pedalis, procumbens, hirsutus. Folia brevissime petiolata: infima opposita, caetera inordinate alterna, subrotundo-ovata, integra, utriusque hirsuta, nervo in mucronem exeunte. Pedunculi ex alis foliorum uniflori. *Corollae* galea purpurea, bifida, segmentis rotundatis: labium flavescens, trifidum. Calcar corolla brevius.

**) *Foliis oppositis.*

614. *Antirrhinum arvense* fol. sublinearibus: inferioribus quaternis; calycibus piloso-viscidis; flor. spicatis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 556.

Linaria arvensis caerulea. C. BAVH. P. p. 213.

In agris et arvis bei Kirsee. Iulio.

Caulis pedalis, erectus, teres, scabriusculus. Folia lineari-lanceolata, sessilia, integerrima, glabra, infima quaterna, sibi opposita, caetera alterna. Spica racemosa caulem terminat. Flores solitarii bracteola lanceolata, pilosa interstincti. Calyx pilosus. *Corollae* caeruleae, calcare recurvo.

615. *Antirrhinum minus* fol. plerisque alternis, lanceolatis, obtusis; caule ramosissimo diffusulo. LINN. Syst. Veg. p. 556. SCOP. Carn. 2. n. 769.

Antirrhinum viscidum; fol. inferioribus, conjugatis, ellipticis, obtusis; calcare dimidii floris longitudine.

HALL. Hist. n. 335.

In arenosis circa ripas Danubii, *in der Engerau* frequens. Iunio, Iulio.

Caulis palmaris, erectus, ramosissimus, viscidus ramis infimis patentissimis. Folia inferiora opposita, superiora alterna, lineari-lanceolata, obtusa, hirsuta. Calyx villosus. Corollae rubellae galea bifida, labium trifidum, segmentis ovatis, integerrimis. Calcar longitudine corollae purpurascens.

***) *Foliis alternis.*

616. *Antirrhinum genistifolium* fol. lanceolatis, acuminatis; panicula virgata, flexuosa. LINN. Syst. Veg. p. 557. JACQV. Austr. t. 244.

Linaria pannonica maior. CLVS. Pann. p. 307. 308.

Linaria pannonica flore luteo, minore, quam in vulgari. L. BAVH. Hist. III. p. 458.

In ruderatis et acclivitatibus vbique, circa vias montanas, inque toto tractu secundum Danubium vsque *Theben.* Iulio, Augusto.

Tota planta glauca, glabra. Caules erecti, teretes, 3—4—pedales, in ramos virgatos desinentes. Folia alternatim sparsa, sessilia, lanceolata, acuta, integerrima. Ramos terminant racemi floriferi, flexuosi. Pedunculi solitarii, erecti, breues. Calyx virens laciniis acuminatis; petalis brevior. Corolla flava calcar habet longum, subulatum: labium inferius ad faucem croceis pilis barbatum, trifidum, lacinia media lateralibus multo minore: lab. superius bifidum, segmentis reflexis, acutis. Capsula glabra.

617. *Antirrhinum Linaria* fol. lanceolato-linearibus confertis; caule erecto; spicis terminalibus sessilibus; flor. imbricatis. LINN. Syst. Veg. p. 557. SCOP. Carn. 2. n. 768.

Antirrhinum fol. linearibus ascendentibus, congestis; caule erecto, spicato. HALL. Hist. n. 336.

Ad

Ad vias, sepes et in agrorum marginibus vulgarissima.
Iunio, Iulio.

Leinkraut; Flachs-kraut. Len-levelü-fü; Gyujtován-fü. Matky Bo'zy-len.

Officin. Herba *Linariae*.

****) *Corollis ecaudatis.*

618. *Antirrhinum maius* corollis ecaudatis; flor. spicatis; calycibus rotundatis. LINN. Syst. Veg. p. 557. SCOP. Carn. 2. n. 773.

Antirrhinum foliis ellipticis, obtusis; flor. spicatis; calycibus obtusis; calcare brevissimo. HALL. Hist. n. 333.

In muris *Bazingam* cingentibus frequens. Iunio.

Löwenmaul. Oroszlán Szaj-virag; Piros Gerezdes.

Caulis pedalis, altior, erectus, teres, in summate hirsutus, caeterum glaber. Folia lanceolata, obtusa, integerrima, glabra, in petiolum decurrentia, 2—3. in geniculo sibi opposita. Flores magni, secundi in spica caulem terminante. Pedunculi uniflori cum calycibus villosi. Corollae purpureae rictu flavo gaudent.

619. *Antirrhinum Oronsium* coroll. ecaudatis; flor. subsPICatis; calyc. corolla longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 557. SCOP. Carn. 2. n. 774.

Antirrhinum fol. ellipticis, obtusis; floribus sparsis; calycibus subulatis, longissimis; calcare brevissimo. HALL. Hist. n. 334.

In agris passim. Iulio, Augusto.

Caulis pedalis ad medium vsque glaber, superne villis capitatis hirtus. Folia opposita, linearia, deflexa. Flores remoti, laterales. Calycis linearis lacinae corolla longiores. Corolla purpurascens lineis saturatioribus picta, fauce flavis villis barbata. Germen villosum.

249. SCROPHULARIA.

Cal. 5—fidus. *Cor.* subglobosa, resupinata. *Capjula*
2—locularis.

620. *Scrophularia nodosa* foliis cordatis, trineruatis; caule obtusangulo. LINN. Syft. Veg. p. 560. SCOP. Carn. 2. n. 775.

Scrophularia caule quadrangulo, paniculato; fol. cordatis, oblongis. HALL. Hist. n. 326.

In fyluis, umbrosis humidis et ad fossas viarum. Junio.

Kropfweurz; *Braunweurz*. Fekete Tsallyan; Forokgyék-fü. Kr'tic'njik.

Caulis erectus, cubitalis, altiör, tetragonus, glaber; angulis obtusis: ramis oppositis. Folia opposita, ovalia, ad petiolum parum excisa, duplicato-ferrata, glabra. Flores in panicula caulem terminante, dichotoma. Stipulae inferiores lanceolatae, summae subulatae ad pedunculorum basim. Calyx glaber. Corolla ex viridi flauoque purpurascens, glabra.

621. *Scrophularia aquatica* fol. cordatis, obtusis, petiolatis, decurrentibus; caule membranis angulato; racemis terminalibus. LINN. Syft. Veg. pag. 560. SCOP. Carn. 2. n. 776.

Scrophularia caule quadrangulo, alato, paniculato; fol. ovato-lanceolatis. HALL. Hist. n. 325.

Ad aquaeductus bei den Landmühlen frequens. Aestate.

Caulis 3—4—pedalis, erectus, tetragonus, angulis membrana pellucida alatis. Folia opposita, ovato-lanceolata, in petiolum alatum decurrentia, ferrata, glabra. Panicula racemosa caulem ramosque terminat. Corollae galea atro-purpurea, labium ex flavo purpurascens, segmento medio viridiusculo.

622. *Scrophularia vernalis* fol. cordatis: caulinis ternis; pedunculis axillaribus, solitariis bifidis. LINN. Syft. Veg. p. 560.

Scrophularia foliis longe petiolatis, cordatis, subhirsutis; petiolis in alis ramosis, HALL. Hist. n. 327.

In

In sylvis *Modrensibus* unter dem *Bärenfels*. Maio, Junio.

Planta apud nos pygmaea. Caulis spithamalis, pedalis, simplex, erectus, obsolete tetragonus, albis mollibusque pilis hirsutus. Folia opposita, petiolata, cordata, crenata, obtusa, superne laete viridia, inferne canescentia, nervis cum petiolis canaliculatis hirsutis. Pedunculi ex alis foliorum uncinati, oppositi, hirsuti, in medio foliolis duobus suboppositis, subulatis vestiti, unibi- et triflori. Corolla pallide flava apice finditur in lacinas 5. breves, cordatas, virides, glandula terminatas. Stamina basi corollae inserta; 2 longiora extra faucem prominent, antheris bifidis: breviora intra corollam apice incurva gerunt antheras reniformes. Stylus staminibus longior retro stamina longiora oblique incumbit, segmento corollae reflexo.

250. DIGITALIS.

Cal. 5—partitus. *Cor.* campanulata, 5—fida, ventricosa. *Capf.* ovata, bilocularis.

623. *Digitalis ambigua* calycinis foliolis lanceolatis; corollis galea emarginata; fol. subtus pubescentibus. LINN. Syst. Veg. p. 562.

Digitalis foliis calycinis lanceolatis; galea incisa; faucibus maculatis. HALL. Hist. n. 331.

Digitalis ochroleuca. JACQV. Austr. t. 57.

In nemoribus montanis *am tiefen Weg unter dem Calvariberg; im Holzschlag am Gensenberg*, albique. Julio, Augusto.

Fingerhut. Gyüsztü-fü; Gyüsztü-virág.

Caulis sesquipedalis et bipedalis, hirsutus, angulatus. Folia sessilia, sublanceolata, ferrulata, acuta, inordinate alternantia, superne glabra, inferne hirsuta. Flores in spica caulem terminante secundi, nutantes. Calycina foliola angusta, lanceolata, hirsuta. Corolla ampla, pallide lutea, hirsuta, intus sub labio inferiore pilosa et lineolis punctisque ferrugineis maculata.

251. LIMOSELLA.

Cal. 5—fidus. Cor. 5—fida aequalis. Stamina per
 paria approximata. Caps. 1—locularis, 2—val-
 vis, polysperma.

624. *Limosella aquatica* foliis lanceolatis. LINN. Syst.
 Veg. p. 572.

Plantaginella palustris. C. BAVH. F. p. 190. RVPP. Ien. p.
 23. t. 6.

In lutosis argillaceis bei der Mühlaubrücke. Tulio.

Cespitosa, cauliculis repentibus, succulentis, ab vncia
 ad digitum longis. Folia simillima spicae *Ophio-
 glossi vulgari*, longe petiolata, apice spatulata, gla-
 bra. Pedunculi ex alis foliorum uniflori. Cal.
 5—gonus, angulis viridibus, faucibus ad basim inter
 angulos macula sanguinea pictis. Cor. monopetala,
 alba, tubo longitudine calycis, limbo patente ad
 faucem vtrinque annulo violaceo cincto; segmenta
 superne raris villis hirta. Stamina intra tubum co-
 rollae. Germen globosum vno latere gibbum. Cap-
 sula calyce persistente cincta. Semina septo interme-
 dio fungoso affixa.

252. OROBANCHE.

Cal. 2—fidus. Cor. ringens. Caps. 1—locularis,
 2—valvis, polysperma. Glandula sub basi ger-
 minis.

625. *Orobancha maior* caule simplicissimo, pubescente,
 staminibus subexsertis. LINN. Syst. Veg. pag. 573.
 CLVS. Pann. p. 242.

Orobanche caule simplici, stipula vnica; calyce 4—fi-
 do. HALL. Hist. n. 295.

In apricis sabulosis in den Steiergründer Weinbergen, nec
 rara in vmbrosis herbis insularum Danubii. Maio.

Sommerwurz. Mife-gyerta. Kender Kökörtsin.

Caulis palmaris, semipedalis, carnosus, basi sangui-
 neus, squamis lanceolatis, striatis vestitus, pilisque
 ferrugineis hirtus. Flores in spica laxa erecti. Bra-
 cteae

Aeae lanceolatae, longitudine corollae, dilute purpureae et hirsutae. Corolla externe flava, lineis purpurascensibus picta, interne ad faucem sanguinea. Filamenta alba, pubescentia, apice inflexa, antheras gerunt rubras. Stylus hirsutus. Stigmata inflexa. Germin ovatum.

626. *Orobanche purpurea* caule simplicissimo, pubescente; staminibus inclusis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 573. sub *Orobanche laeui*. Austr. t. 276.

Orobanche caule simplici; stipulis ternatis; calyce 5-fido. HALL. Hist. n. 294.

Circa *Theben*, non frequens. Iunio.

Caulis pedalis, basi crassescens, ex sordide flavo fuscus, simplex, totus pubescens, squamis lanceolatis, acutis, adpressis vestitus, superne praepremis in spica ex flavo-fusco caeruleoque sordide tinctus. Bracteolae sub singulo flore tres, acuminatae, villosae; infima lanceolata, laterales subulatae. Calyx monophyllus, campanulatus, villosus, semiquinquefidus; segmentis 4 lanceolatis, acutis; summo minimo, acuto, triangulo. Corollae calyce multo longiores, sordide purpureae, hirsutae. Stamina intra labium corollae sepulta manent. Antherae flavae basi pilosae. Pistillum villosum. Stigma crassum, capitatum, album.

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

253. MYAGRVM.

Silicula stylo conico persistente terminata; valvis coriaceis concavis; loculo submonospermo.

627. *Myagrvm perenne* filiculis biarticulatis, monospermis; foliis extrorsum sinuatis, denticulatis. LINN. Syft. Veg. pag. 583. JACQV. Austr. tab. 414. SCOP. Carn. 2. n. 795.

Myagrvm filiquae articulo primo stricto; altero globoso, striato. HALL. Hist. n. 525.

In arenosis in der Bruckau, inter segetes et iuxta vias. Iunio, Iulio.

Caulis sulcatus iam ad radicem ramosus, diffusus, firmus, a basi medium vsque fetis rigidis hispidus. Folia inferiora pinnatifida, pinnis dentatis, extrema maxima; vtrinque hispida; superiora lanceolata, dentata, glabra. Flores in racemis caulem ramosque terminantibus flauis. Siliculae glabrae articulus inferior cylindricus, sterilis; superior ouatus, striatus, monospermus.

628. *Myagrvm austriacum* filiculis subrotundis, glabris; fol. oblongis, amplexicaulibus; radice repente. LINN. Syft. Veg. p. 584. JACQV. Austr. t. 111.

In argillosis inter salices trans Danubium über der Kapelle bei der Kapitzelwiese. Iulio, Augusto.

Tota

Tota planta glaucescens, glabra. Caulis cubitalis, erectus, angulatus, ramosus. Folia lanceolata, sagittata, amplexicaulia: inferiora serrata, summa et ramea subintegra. Flores lutei in racemis terminalibus, corymbosis, uncias 2—3. longis. Calyx patens corollae concolor. Filamenta et. antherae flavae. Germen globosum, glabrum, viride. Stylus brevis in stigma capitatum definit. Silicula globosa, parua, breuiter petiolata, bilocularis, terminatur stylo crassiusculo. Semina 2—3 in vno loculo dissepimento affixa.

629. *Myagrū sativum* filiculis obouatis, pedunculatis, polyspermis. LINN. Syst. Veg. p. 584.

Alyssum foliis scabris, sagittatis; siliquis cordiformibus. HALL. Hist. n. 489. SCOP. Carn. 2. n. 794.

In agris inter segetes, et ad vias passim, Aprili, Maio. *Leindotter.* Gomborka.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, ramosus, scaber, pilosus, basi teres versus apicem subangulosus. Folia alterna, lanceolata, integerrima, sagittata, amplexicaulia, vtrinque pilosa, scabra, marginibus reflexis. Flores in racemis longis pedunculati, pallide flauis. Silicula emarginata, valuis dorso linea notatis punctisque scabris; stylus septo transversali insidet.

630. *Myagrū paniculatum* filiculis lentiformibus, orbiculatis, punctato rugosis. LINN. Syst. Veg. p. 584. SCOP. Carn. 2. n. 798.

Rapistrum foliis amplexicaulibus, auriculatis, acutis. HALL. Hist. n. 522.

In aruis, agris et ad horum margines. Iunio.

Caulis pedalis, altior, erectus, sulcatus, scabriusculus; ramis alternis. Folia alterna, lanceolata, sagittata, amplexicaulia, rariter dentata, vtrinque villosula. Flores in racemis longis, flauis, pedunculati. Petala parua. Silicula rotunda, compressa, punctato-scabra, stylo terminata, monosperma.

254. DRABA.

Silicula integra, ovali-oblonga; valvis planiusculis, dissepimento parallelis. Stylus nullus.

631. *Draba verna* scapis nudis, foliis sublerratis.
LINN. Syft. Veg. p. 585. scop. Carn. 2. n. 792.

Draba cauliculis nudis; fol. subhirsutis, subdentatis.
HALL. Hist. n. 496.

In collibus tenui gramine vestitis et iuxta vias. Martio, Aprili.

Cauliculi cespitosi, vnciam et digitum longi, simplices, nudi. Folia super terram rosacee expansa, lanceolata, acuminata, integra aut rariter dentata, leuiter pubescentia, scabriuscula. Pedunculi alterni, vniflori, sustinent flores exiguos, albos. *Silicula elliptica, obtusa, glabra.*

255. LEPIDIUM.

Silicula nuda, emarginata, cordata, polysperma: valvulis carinatis, dissepimento contrariis.

632. *Lepidium ruderale* floribus diandris, apetalis; foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus, integerrimis. LINN. Syft. Veg. p. 587.

Nasturtium apetalum, fol. pinnatis; radicalium pinnis semipinnatis, caulinorum simplicibus. HALL. Hist. n. 508. scop. Carn. 2. n. 801.

In ruderatis, ad muros et vias, vbique. Aestate.

Caulis palmaris, pedalis, striatus, glaber, ramosissimus. Folia radicalia bipinnata, pinnulis inciso-dentatis; caulina inferiora pinnatifida, summa et ramea linearia, integerrima. Racemi caulem ramosque terminant. Cal 4 phyllus, conniuens. Petala vix visibilia. *Silicula orbicularis, compressa, glabra, emarginata.*

633. *Lepidium Bursa pastoris* flor. tetradynamiis; siliculis triangularibus: foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis subintegris. WILLDEN. Fl. Ber. n. 6.

Thlaspi

Thlaspi Bursa pastoris siliculis obcordatis; fol. radicalibus pinnatifidis. LINN. Syft. Veg. p. 588.

Nasturtium filiquis triangularibus. HALL. Hist. n. 514. In pratis, cultis, et ad vias vulgatissima. Aprili et tota aestate.

Täschelkraut. Pap Erzfénye; Pásztor Tárkony; Pásztor Táskája. Kokoska.

Officin. Herba *Bursae pastoris*.

Magnitudine et foliis diuersimode variat.

Silicula non alata et dissepimentum valvulis contrarium, a *Thlaspidis* genere separant. WILDEN.

256. THLASPI.

Silicula alata, emarginata, obcordata, polysperma: valvulis naucularibus dissepimento parallelis.

634. *Thlaspi aruenfe* siliculis orbiculatis; foliis oblongis, dentatis, glabris. LINN. Syft. Veg. p. 587. *Nasturtium*. HALL. Hist. n. 511.

Thlaspi aruenfe siliculis orbiculatis, compressis, emarginatis, SCOP. Carn. 2. n. 810.

Ad margines agrorum et inter segetes. Aprili.

Nyti-fü.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, fulcatus, glaber. Folia alterna, sessilia, obtusa; ima basim versus sensim angustiora, rariter et obsolete dentata; superiora hastata, amplexicaulia, acute serrata. Racemi florum caulem ramosque terminant. Calycina segmenta margine alba. Petala alba exigua. Silicula orbicularis, compressa, emarginata.

635. *Thlaspi campestre* siliculis subrotundis; fol. sagittatis, dentatis, incanis. LINN. Syft. Veg. pag. 587. SCOP. Carn. 2. n. 807.

Nasturtium foliis imis petiolatis, ovatis; caulinis sagittatis, dentatis. HALL. Hist. n. 509.

In marginibus agrorum, et ad vias. Maio.

Bauernkresse. Palatzkfü; Vad Mostár.

Tota planta molli alboque villo pubescens. Caulis pedalis, erectus, teres, summitem versus in ramos diui-

diuiditur. Folia alternatim per caulem sparsa, sagittato-lanceolata, rariter denticulata, incana. Racemi longi caulem ramosque terminant. Pedunculū cum calyce albido pilosū. Petala exigua, antequam explicantur flavescentia, dein alba. Silicula ouata, emarginata, stylo p̄sistente terminata.

636. *Thlaspi perfoliatum* filiculis obcordatis; fol. caulinis cordatis, glabris, subdentatis; petalis longitudine calycis; caule ramoso. LINN. Syst. Veg. p. 588. JACQV. Austr. t. 337.

Nasturtium foliis imis ouatis, reliquis amplexicaulis, cordatis. HALL. Hist. n. 510.

Thlaspi montanum minus, f. *pumilum*. CLVS. Pann. p. 468. 469.

In montanis vbique. Aprili, Maio.

Caulis digitalis, palmaris, pedalis, simplex et ramosus, striatus, glaber. Folia radicalia super terram rosaceo expansa, subrotunda aut ouata, denticulata, in petiolum decurrentia: caulina alterna, cordata, amplexicaulia, in locis umbrosis humidioribus dentata, in ficcis apricis integerrima; omnia glauco-viridia, glabra. Racemus caulem ramosque terminat. Petala alba calyce parum maiora. Siliqua inuerse cordata, glabra, vno latere conuexa, altero plana.

257. COCHLEARIA.

Silicula emarginata, turgida, scabra: valvulis gibbis, obtusis.

637. *Cochlearia Armoracia* foliis radicalibus lanceolatis, crenatis; caulinis incisis. LINN. Syst. Veg. pag. 588.

Nasturtium. — — HALL. Hist. n. 504.

In pagis vicinis circa sepes hortorum. Iunio.

Kren. Torma. Chren.

Officin. Radix *Armoraciae*, f. *Raphani rusticani*.

Folia radicalia petiolata pedalis fere longitudinis, lanceolata, acuta, basi rotundata, rotunde crenata: caulina sessilia, longe lanceolata, inciso-dentata: omnia

omnia glaberrima. Caulis cubitalis, striatus, ramosus, glaber. Flores in spicis longis, laxis, albi. Silicula ovata, vno latere conuexa.

638. *Cochlearia Draba fol. lanceolatis, amplexicaulis, dentatis.* LINN. Syst. Veg. p. 588. JACQV. Austr. t. 315.

Draba vulgaris L. CLVS. Pann. p. 460. 461.

Ad vias, in ruderatis et marginibus agrorum, vbique. Maio.

Türkische Kresse. Borfika-fü.

Caulis pedales, basi incurui, dein erecti, villosuli, inferne teretes, superne angulosi, in summitate ramoso-paniculati. Folia ovato-lanceolata, amplexicaulia, denticulata, vtrinque glauca et pubescentia. Calyx albidus. Petala aequalia, alba. Silicula cordata, compressa, stylo cylindrico terminata.

258. ALYSSVM.

Filamenta quaedam introrsum denticulo notata. *Silicula* emarginata.

639. *Alyssum incanum* caule erecto: foliis lanceolatis, incanis, integerrimis; floribus corymbosis; petalis bifidis. LINN. Syst. Veg. p. 590.

Thlaspi incanum siue mechliniense. CLVS. Pann. p. 468. 470.

Circa vias in montanis, in aggeribus lapidosis marginibusque vinearum passim. Aestate.

Weisser Bauernsenf. Ternye-fü.

Caulis bipedalis, altior, erectus, villosulus, scaber, versus summitatem in ramos diuiditur. Folia alternatim per caulem sparsa, sessilia, lanceolata, integra, incana, hirsuta, scabra. Racemi caulem ramosque terminant. Calyx incanus, pubescens, scaber. Petala alba, semibifida, calyce maiora. Silicula ovata, obtusa, stylo persistente terminata.

640. *Alyssum calycinum* caulib. herbaceis; stamin. omnibus dentatis; calyc. persistentibus. LINN. Syft. Veg. p. 590. JACQV. Austr. t. 338.

Alyssum fol. ellipticis, scabris; calycibus persistentibus. HALL, Hist. n. 494.

Alyssum minimum. CLVS. Pann. p. 472. 473.

In arenosis, montanisque tenui gramine vestitis, passim. Maio, Junio.

Caulis digitalis, palmaris, ramosus, basi prostratus, dein erectus, teres, scaber, cum foliis ellipticis, obtusis, stellatis-villis hirsutus. Flores umbellati in racemum elongantur. Calyx viridis, hirsutus, persistens. Petala minuta, primo flava, dein alba. Silicula orbicularis, compressa, rugosa, marginata, in fissura stylo terminata.

641. *Alyssum montanum* caulib. herbaceis, diffusis; fol. sublanceolatis, punctato-echinatis. LINN. Syft. Veg. p. 590. JACQV. Austr. t. 37.

Alyssum subfruticosum; foliis ellipticis, scabris. HALL. Hist. n. 492.

In apricis rupestribus supra *Theben*. Maio.

Caules cespitosi, diffusi, teretes, scabri. Folia sparsa, lanceolata, versus basim sensim angustantur, villis stellatis hirsuta punctisque eleuatis scabra. Flores corymbosi sensim in racemum elongantur. Cal. caducus ex viridi flavesceps. Petala flava. Stamina longiora apice bifida, breuiora basi dentata. Siliculae orbiculatae, marginatae, punctato-rugosae, stylo persistente terminatae.

259. LUNARIA.

Silicula integra, elliptica, compresso plana, pedicellata: valuis dissepimento aequalibus, parallelis, planis. Cal. foliolis faccatis.

642. *Lunaria annua* foliis oppositis. LINN. Syft. Veg. p. 592.

Ex syluis *Modrensibus* ficcam plantam obtinui. Maio.

Caulem

Caulem video basi albidum, tetragonum, glabrum: post primam foliorum coniugationem fit teres, flavescens, villoso-scabriusculus. Folia opposita, longe petiolata, cordata, acuminata, serrata, dentibus mucronatis; glaberrima. Pedunculi hirsuti. Petala rubra. Siliqua elliptica, glabra, stylo terminata.

SILIQVOSA.

260. DENTARIA.

Siliqua elastice dissiliens, valvulis reuolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter connuens.

643. *Dentaria enneaphylla* foliis ternis, ternatis. LINN. Syst. Veg. p. 593. JACQV. Austr. t. 316. SCOR. Carn. 2. n. 812.

Dentaria coralloide radice II. CLVS. Pann. p. 447. 448.

In syluis elatioribus circa *Modram*. Aprili, Maio.

E radice alba, dentata, obliqua prodit caulis semipedalis et pedalis, terminatus foliis tribus petiolatis, triphyllis; foliolis lanceolatis, serratis: e quorum medio prodit racemus floralis, sustinens flores 5—6, purpureos. Siliqua vncia longior, tetragono-compressa, striata, glabra, stylo contiguo terminatur.

644. *Dentaria bulbifera* fol. inferioribus pinnatis, summis simplicibus. LINN. Syst. Veg. pag. 593. SCOR. Carn. 2. n. 813.

Dentaria baccifera. CLVS. Pann. p. 444. 445.

In syluis quercinis *bei Blumenau*, *Ratschdorf*. Aprili, Maio.

Weisser Sanikel. Foga-nött-fü.

Radix alba, squamoso dentata, horizontalis. Caulis pedalis, erectus, glaber. Folia caulina infima bi- et triuga, pinnata, foliolis quinis, subsessilibus, lanceolatis, inciso-dentatis, glabris: superiora simplicia. In alis foliorum bulbi nigricantes, subrotundi. Flores in apice caulis rubelli.

261. CARDAMINE.

Siliqua elastice diffiliens valvulis reuolutis. *Sigma* integrum. *Cal.* subhians.

*) *Foliis simplicibus.*

645. *Cardamine perraea* foliis simplicibus, oblongis, dentatis. LINN. Syst. Veg. p. 593.

In montanis sabulosis saxosisque *hinter dem Schloß.* Aprili, Maio.

Cauliculi palmares, semipedales, simplices et ramosi. Folia radicalia super terram rosacee expansa; caulina sessilia; omnia lanceolata, dentata, cum caule vilis simplicibus et ramosis hirta. Flores umbellati, pedicellati, in racemum elongantur. Calyx flavescent, villosulus. Petala alba, emarginata. Siliquae semiuncialis valvulae a basi dehiscunt, nec tamen reuolvuntur. Semina reniformia septo membranaceo affixa.

**) *Foliis pinnatis.*

646. *Cardamine impatiens* fol. pinnatis, incis, stipulatis; floribus apetalis. LINN. Syst. Veg. pag. 594. SCOP. Carn. 2. n. 816.

Cardamine fol. pinnatis; imis obtuse lobatis, caulinis acute dentatis; flor. apetalis. HALL. Hist. n. 471.

In pratis humidis et circa rivulos passim. Maio.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, ramosus, sulcatus, glaber. Folia pinnata, pinnis pedicellatis, lanceolatis, dentatis, incis et lobatis. Racemi caulem ramosque terminant. Nostra petala possidet exigua flavescentia. Siliquae uncialis valvae spiritaliter reuolvuntur.

647. *Cardamine pratensis* fol. pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 594. SCOP. Carn. 2. n. 819. HALL. Hist. n. 473.

Nasturtium pratense magno flore, C. BAVH. P. pag. 104. In

In humidis pratis, pomariis et ad fossas. Aprili.

Wiesenkresse. Mezei Torma; Réti Torma-fü; Kakukvirága.

Caulis pedalis, erectus, simplex, teres, glaber. Pinnae foliorum radicalium breviter petiolatae, subrotundae, dentatae, dentibus mucronatis, impare caeteris maiore: caulina summa ad nervum vsque pinnatifida, segmentis linearibus, integerrimis. Racemus florum caulem terminat. Petala rubra, rarius alba, magna, subemarginata.

262. SISYMBRIUM.

Siliqua dehiscens valvulis rectiusculis. *Calyx* patens.

Corolla patens.

*) *Siliquis declinatis, breuibus.*

648. *Sisymbrium Nasturtium* filiquis declinatis; foliis pinnatis: foliolis subcordatis. LINN. Syst. Veg. pag. 594. SCOP. Carn. 2. n. 820.

Sisymbrium fol. pinnatis; pinnis subrotundis; breuibus racemis. HALL. Hist. n. 482.

In vdis pratis et circa scaturigines. Maio.

Brunnenkresse. Vizi Torma-fü; Forrási-Torma; Vizi Sása-fü. Rez'ucha.

Officin. *Nasturtii aquatici* herba recens.

Caulis pedalis basi rubellus, decumbens, angulatus, glaber. Folia pinnata, pinnis orbiculatis subsessilibus rariter et minutissime dentatis. Racemus florum laxus caulem terminat. Calycina folia alterna, basi parum gibba. Petala alba. Pedunculi floriferi erecti, fructigeri declinati. Siliqua vncialis, compressa.

649. *Sisymbrium sylvestre* filiquis declinatis, oblongo-ovatis; foliolis lanceolatis, serratis. LINN. Syst. Veg. p. 594. SCOP. Carn. 2. n. 822.

Sisymbrium fol. pinnatis; pinnis dentatis, disitis. HALL. Hist. n. 485.

In fossis humidioribus vmbrosisque passim. Iunio.

Caulis basi inflexus, pedalis, striatus, glaber. Folia alterna, petiolata, pinnatifida, segmentis lanceolatis, dentatis. Racemi caulem ramosque terminant. Calyx flavescens. Petala flava. Silicula incurva, patens.

650. *Silymbrium palustre* foliis pinnatifidis, ferratis; petalis calyce minoribus. POLLICH. Fl. Pal. n. 625.

Radicula fol. pinnatis, pinnis dentatis; petalis calyce brevioribus. HALL. Hist. n. 487.

In vdis et ad fossas viarum, passim. Aestate.

Caulis pedalis, altior, basi decumbens; ramis diuergentibus denuo ramosis, flexuosis. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina alterna, sessilia, pinnatifida, pinnis lanceolatis, obtusis, dentatis. Racemi florum caulem ramosque terminant. Pedunculi floriferi erecti, fructiferi patentes. Calyx flavescens. Petala flava. Siliqua brevis, rugosa.

651. *Silymbrium aquaticum* fol. simplicibus, dentatis, ferratis; petalis calyce longioribus. POLLICH. Fl. Pal. n. 626.

Radicula foliis integris aut pinnatifidis; petalis calyce longioribus. HALL. Hist. n. 486.

Silymbrium amphibium petalis calyce longioribus; siliquis declinatis, oblongo-ouatis; foliis integris et pinnatifidis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 676.

In stagno in der Mühlau, dem Hüterhaus gegenüber. Iunio.

Dum planta aquis immergitur folia inferiora sunt linearia, pinnata, superiora lanceolata: aquis exsiccatis caulis sulcatus, ramosus, quaquauerfum super limo serpit, folia tum omnia lanceolata, ferrata, in petiolum decurrentia. Racemi florum laxi, longi. Pedunculi fructiferi reflexi. Petala flava, calyce duplo maiora. Silicula ouata stylo terminata.

Silymbrium amphibium siliquis declinatis oblongo-ouatis; fol. pinnatifidis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 594. hanc et praecedentem speciem coniungit,

652. *Sisymbrium tenuifolium* fol. integerrimis: infimis tripinnatifidis; supremis integris. LINN. Syft. Veg. p. 594.

Eruca fol. glabris, pinnatis; pinnis linearibus difformibus. HALL. Hist. n. 461.

Iuxta vias et in collibus passim, frequens *bei der Schwarzhörlischen Mühle*. Aestate.

Caulis basi plerumque inclinatus, saepe rubellus, statimque ad radicem ramosus, dein erectus, teres, striatus glaber. Folia inferiora pinnatifida, segmentis per costam decurrentibus, infimis rariter dentatis, dein linearia integerrima: folia summa sub ramis pedunculisque integerrima sunt. Racemi florum longi caulem ramosque terminant. Calyx flavescens, glaber, dorso viridi. Petala calyce maiora, flava. Siliqua vncialis, patens, compressa.

***) *Caule subnudo.*

653. *Sisymbrium arenosum* caule subfolioso, ramoso; fol. lyratis, rectangulo dentatis, hispidis; pilis ramosis. LINN. Syft. Veg. p. 595.

Arabis arenosa. SCOP. Carn. 2. n. 837. t. 40.

Eruca fol. scabris, semipinnatis: pinnis rectangulis, rariter dentatis. HALL. Hist. n. 462.

In lapidosis subsyluestribus *im Mazengrund*; et in arenosis *in der Bruckenau* frequens. Aprili, Maio.

Caulis semipedalis, erectus, ramosus, teres, pilis simplicibus hirtus. Folia radicalia rosacee super terram expansa, pinnatifida, cum caulinis dentato-sinuatis utrinque pilis ramosis, bi- et trifidis hispida. Pedunculi calycesque glabri. Petala alba.

***) *Foliis pinnatis.*

654. *Sisymbrium Sophia* petalis calyce minoribus; fol. decomposito pinnatis. LINN. Syft. Veg. p. 596. SCOP. Carn. 2. n. 821.

Sisymbrium pinnis et pinnulis foliorum pinnatis; laciniis linearibus, subhirsutis. HALL. Hist. n. 484.

In ruderatis, muris, coemeteriis et iuxta vias vbique.
Maio.

Kánja-fü, Seb' forraszto-fü.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, ramosus, teres, glaber. Folia alterna, decomposita: pinnulis linearibus ad lentem villosulis. Racemi caulem ramosque terminant. Petala calyce flavescente minora, flava. Siliquae femunciales, tenues, glabrae, obsolete tetragonae.

655. *Sisymbrium hungaricum* foliis imis runcinatis, dentatis, cum caule hirsutis, superioribus pinnatifidis; siliquis patentissimis.

Sisymbrium pannonicum. JACQV. Collect. Austr. Vol. I. p. 70.

Ad margines pratorum *am Ratschdorfer Hotter, und bei der Mühlaubrücke*. Iunio.

Ex radice alba, lignosa, prodit caulis sesquipedalis, cubitalis, basi parum inclinatus. Simplex et ramosus, teres, pilis albis, longis mollibusque hirtus. Folia radicalia runcinata, valde pilosa, petiolis ad basim superne purpura suffusis: caulina pinnatifida inferiora subhirsuta pinnis per costam decurrentibus, dentatis, basi vno latere appendiculatis; summa glaberrima, pinnulis mox alternantibus, mox oppositis, linearibus, in caule simplici angustissimis, in ramo lineam et ultra latis; vnciam longis. Flores in apice caulis ramorumque paniculati. Calyx patens, glaber, constat foliolis canaliculatis ex flavo virentibus, alternis apice glandula conica terminatis. Petala ochroleuca, laminis ovalibus subemarginatis. Filamenta alba, maiora longitudine calycis. Antherae flavae basi bifidae, apicibus recurvis. Glandulae nullae. Stigma capitatum, flavescens. Siliqua triuncialis, compressa, striata, glabra, maturitati proxima ad angulum rectum horizontaliter patet. Semina ovata, nitentia, flava.

In partibus cis Danubianis per Comitatum Pofoniensem, Nitriensem et Barsiensem sat frequens: Trans Danubium necdum repertum est.

656. *Sisymbrium Columnae* fol. runcinatis, dentatis et caule villosis, subincanis; siliquis erectis. LINN. Syst. Veg. p. 596. JACQV. Austr. t. 323.

Sinapi Eryfimo Tragi cognatum siue simile. I. BAVH. Hist. II. p. 857.

In ruderatis am *Zuckerman del* et in aruis passim. Aestate.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, ramosus, teres, lanuginosus. Folia radicalia et caulina inferiora pinnata sunt, pinna extrema maxima obtusa: superiora pinnatifida, pinna extrema hastato-triangulari: summa integra, lineari-lanceolata: omnia vtrinque molli subtilissimoque tomento incana. Flores in caule ramisque patentibus corymbosi. Calycina foliola pallide flava, erecta, villosula. Petala ochroleuca, patentissima. Antherae flavae. Siliquae teretes, striatae, villosae, erectae, ad uncias tres longae. Semina minutissima, flava.

657. *Sisymbrium Loeselii* fol. runcinatis, acutis, hirtis; caule hispido. LINN. Syst. Veg. p. 596. JACQV. Austr. t. 324.

In ruderatis auf dem *Schloßberg*, in muris et iuxta vias, passim. Aestate.

Caulis bipedalis, altior, erectus, teres, striatus, albis rigidisque pilis hispidus. Folia petiolata, patulatum caulem obsident: inferiora pinnata, reliqua pinnatifida, inaequaliter serrata, petiolis costisque dorsalibus hirsutis: laciniae sublanceolatae, acutae; extrema maxima, triangularis. Calyx subpilosus, flavescens. Petala lutea calyce longiora. Siliqua teres, erecta, patula, glabra.

263. ERYSIMVM.

Siliqua columnaris exacte tetraëdra. Cal. clausus.

658. *Erysimum officinale* siliquis spicae adpressis; foliis runcinatis. LINN. Syst. Veg. p. 596.

Erysi-

Erysimum fol. pinnatis: pinnis rectangulis, acutis, extrema triangulari, maxima; siliquis adpressis. HALL. Hist. n. 478.

Sisymbrium officinale. SCOP. Carn. 2. n. 824.

In ruderatis, ad muros et sepes, et iuxta vias. Aestate.

Wegsenf. Nöstén Szapora-fü; Torok tisztító-fü. Plana Horcice.

Officin. Herba *Erysimi*.

Caulis pedalis et cubitalis, erectus, basi plerumque rubellus, teres, pubescens, scaber; ramis alternis. Folia alterna petiolis basi purpurascens, pinnatifida, segmentis decurrentibus hirsuta. Caulem ramosque terminat racemus florum longus. Calyx pubescens. Corollae exiguae, flavae. Siliquae obsolete tetragonae, subulatae, subhirsutae, erectae, scapo stricte adpressae.

659. *Erysimum Barbarea* fol. lyratis: extimo subrotundo. LINN. Syst. Veg. p. 596.

Erysimum fol. pinnatis: pinna extrema maxima, subrotunda. HALL. Hist. n. 479.

Sisymbrium Barbarea. SCOP. Carn. 2. n. 826.

Ad fossas in der alten Au, frequens. Iunio,

Téli Formántz; Szent Barbara-füve.

Caulis pedalis, altior, erectus, ramosus, fulcatus, glaber. Folia alterna, glabra, basi appendiculata, pinnatifida, pinna extrema maxima, sinuata; caetera lanceolata, integra. Racemi caulem ramosque terminant. Pedunculi compressi, tetragoni. Calyces albi, glabri. Petala flavescentia. Siliquae obsolete tetragonae, glabrae.

660. *Erysimum Alliaria* foliis cordatis. LINN. Syst. Veg. p. 596. HALL. Hist. n. 480.

Sisymbrium Alliaria. SCOP. Carn. 2. n. 825.

In pomariis, sylvis et dumetis vbique. Aprili, Maio.

Knoblauchkraut. Fog-hagyma Szágu-fü. Czelesnekowa Zelina.

Caulis

Caulis sesquipedalis, cubitalis, erectus, teres, striatus, rariter pilosus, versus apicem ramosus. Folia alterna, petiolata, cordata, dentata, glabra; petiolis pilosis. Calyx valde caducus, glaber. Petala alba. Siliqua obsolete tetragona, glabra.

661. *Erysimum repandum* fol. lanceolatis, dentatis; racemis oppositi-foliis; siliquis racemosis subsessilibus; corollis minutis. LINN. Syst. Veg. pag. 596. JACQV. Austr. t. 22.

In arvis et inter segetes. Maio, Iunio.

Caulis pedalis, angulosus, erectiusculus, simplex et ramosus, scaber. Folia alternatim sparsa, ex angusto lanceolata, repando-denticulata, scabriuscula. Flores in racemis longis lutei, parvi. Siliquae tetragonae, patentes, rectae aut incurvatae, breuiter pedicellatae, glabrae.

662. *Erysimum cheiranthoides* fol. lanceolatis, integerrimis; siliquis patulis. LINN. Syst. Veg. pag. 597. JACQV. Austr. t. 23. SCOP. Carn. 2. p. 831.

In collibus lapidosis et apricis über den Schilfmühlen. Iunio, Iulio.

Caulis basi incurvatus, rubicundus; dein erectus pedalis et cubitalis, asperiusculus, plus minus ramosus. Folia per caulem sparsa, sessilia, subspera, ima rariter denticulata, summa integerrima. Flores in spica racemosa parvi, lutei. Calyx flavescens. Pedunculi patuli siliquas sustentant cauli fere parallelas, tetragonas.

663. *Erysimum hieracifolium* fol. lanceolatis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 597. JACQV. Austr. t. 73.

Leucoium luteum sylvestre hieracifolium. C. BAVH. p. p. 201.

Leucoium luteum sylvestre pannonicum, ferrato folio obtuso et acuto. I. BAVH. Hist. II. p. 873. f. 1.

Circa ambulacra in der Bruckenau bei dem Hellwasser. Maio, Iunio.

Caulis sesquipedalis, cubitalis, erectus, sulcatus, scaber, basi rubicundus. Folia alterna, lanceolata, rariter

riter dentata, subsessilia, subtus tuberculis aspera. Racemus florum caulem ramosque terminat. Cal. albicans, glaber. Petalorum unguis longitudine calycis; laminae citrinae apicibus subtruncatis. Stigma capitatum hirsutum. Siliqua incana, scabra.

264. CHEIRANTHVS.

Germen vtrinque denticulo glandulato. *Cal.* clausus: foliolis duobus basi gibbis. *Semina* plana.

664. *Cheiranthus alpinus* foliis linearibus, integris, subtomentosis; caule ramoso. LINN. Syst. Veg. pag. 597. JACQV. Austr. t. 75.

In asperis, apricis, montosis ad Danubium frequens, ad vias passim. Iunio, Iulio.

Tota planta glaucescens, scabriuscula. Caulis pedalis et altior, erectus, ramosus, striatus. Folia alternatim sparsa, linearia, angusta, integerrima, incana. Cal. ex albo viridis, apicibus fuscescentibus. Petala lutea; unguibus longitudine calycis, laminae emarginatae. Antherae flavae, subulatae. Stigma capitatum, viride. Siliqua tenuis, tetragona.

265. HESPERIS.

Petala oblique flexa. *Glandula* intra stamina breviora. *Siliqua* stricta: *Stigma* basi bifurco apice connuente. *Cal.* clausus.

665. *Hesperis tristis* caule hispido, ramoso patente. LINN. Syst. Veg. p. 598. JACQV. Austr. t. 102.

Hesperis odoratissima montana. CLVS. Pann. p. 333-334.

In pratis ad viam publicam nach Ivánka zu, bei dem steinernen Kreuz rara; frequens in pratis bei Straßfommerein. Iunio.

Caulis sesquipedalis, ramosus, erectus, teres, longis albisque pilis hirsutus. Folia alterna, quato-lanceolata, hirsuta, usque ad medium dentata, inferiora in petiolum decurrentia, superiora sessilia, acuminata. Cal.

Cal. hirsutus, foliolis alternis basi gibbis. Vngues petalorum longitudine calycis, ex flauo virentes; laminae lineares, intortae, luride flavae, venulis atro-pupureis anastomozantibus reticulatae. Pedunculi glabri. Siliqua compressa in medio vtrinque linea longitudinali eleuata, glabra. Semina oblonga, glabra, ferruginea.

266. TURRITIS.

Siliqua longissima, angulata. Cal. conniuens, erectus. Cor. erecta.

666. *Turritis glabra* foliis radicalibus dentatis, hispidis; caulinis integerrimis, amplexicaulibus, glabris. LINN. Syst. Veg. p. 600. HALL. Hist. n. 455. SCOP. Carn. 2. n. 839.

Brassica syluestris foliis circa radicem cichoraceis. C. BAVH. P. p. 112.

In nemoribus ficcis et lapidosis *im Mazengrund*, et ad margines syluarum, passim. Maio, Iunio.

Tota planta glauco-virens. Caulis sesquipedalis et cubitalis, simplex, raro ramosus, basi tantummodo hirsutus. Folia radicalia cichoracea breui marcescunt: caulina alterna, ouato-lanceolata, sagittata, integerrima. Flores in racemo longo parui, flauescentes. Siliquae 1—2—vnciales, cauli approximatae, glabrae.

667. *Turritis hirsuta* fol. omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus. LINN. Syst. Veg. p. 600. HALL. Hist. n. 456. JACQV. Collect. Austr. V. I. p. 70.

Arabis hirsuta. SCOP. Carn. n. 835.

Erysimo similis, hirsuta, non laciniata, alba. C. BAVH. P. p. 101.

In pratis, *auf der Kapitelwiese*. Maio.

Caulis 1—2—pedalis, plerumque simplex, erectus, teres, hirsutus, scaber. Folia radicalia in cespitem congesta, oblonga, obtusa, punctis prominulis scabra, e quibus villi prodeunt rigidi, ramosi: caulina amplexicaul-

caulia, acute ferrata, hirsuta. Flores in racemo laxo, parui, albi. Siliqua compressa, glabra.

267. BRASSICA.

Cal. erectus, conniuens. Sem. globosa. Glandula inter stamina breviora et pistillum, interque longiora et calycem.

668. *Brassica orientalis* foliis cordatis, amplexicaulibus, glabris; radicalibus scabris, integerrimis; siliquis tetragonis. LINN. Syst. Veg. p. 601. JACQV. Austr. t. 282. —

Brassica campestris L. CLVS. Hist. II. p. 127.

Erysimum campestre. SCOP. Carn. 2. n. 827.

In agris et inter vineas. Iunio.

Caulis pedalis, altior, erectus, teres, glaber, ex glauco viridis. Folia radicalia obuerse ovata, obtusa, nervis rariter pilosis: caulina alterna, amplexicaulia, ovato-lanceolata, apice rotundata, integerrima, glauca. Flores in racemo laxo, flavescentes et albi. Siliqua erectiuscula, tetragona, glabra.

669. *Brassica austriaca* fol. cordatis amplexicaulibus, glabris; omnibus integerrimis; siliquis tetragonis, striatis erectis. LINN. Syst. Veg. p. 60. JACQV. Austr. t. 283.

In nemoribus *unzer dem Kindsgraben*, frequens. Maio, Iunio.

Tota planta glauca cum priore habitu et figura conuenit, sed statura humilior. Folia caulina amplexicaulia ad extremitatem aequae ac ad bases rotundata. Flores in racemo corymbose sensim explicantur. Calyx cum fluedine virens, foliolis duobus oppositis concavis, patentiusculis; aliis duobus magis corollae approximatis, planioribus. Petala lutea, ovata, obtusa, patula. Filamenta pallida. Antherae sulphureae. Siliquae erectae cauli fere parallelae, 2—3—vnciales, glabrae, tetragonae, latere linea longitudinali eleuata striatae. Semina nigra.

670. *Brassica erucastrum* foliis runcinatis; caule hispido; filiquis laeuiibus. LINN. Syst. Veg. p. 601.

Eruca caule hirto; fol. hirsutis, semipinnatis: pinnis subrotundo dentatis. HALL. Hist. n. 459.

Erysimum erucastrum. SCOP. Carn. 2. n. 828.

In sabulosis circa ripas Danubii, et iuxta vias. Iunio, Iulio.

Caulis pedales, decumbentes, teretes, basi praepremis pilosi, scabri. Folia radicalia in cespitem congesta, terrae incumbentia: caulina alterna; omnia pinnatifida, glabra, segmentis alternis oppositisque, integris et rariter dentatis. Flores in racemo laxo flauis. Siliqua compressa angulis oppositis acutis, in plana parte lineae 1—2—elevatorum.

268. SINAPIS.

Cal. patens. Cor. vngues recti. Glandula inter stamina breuiora et pistillum, interque longiora et calycem. Siliqua cornu longo terminata.

671. *Sinapis aruensis* filiquis multangulis, toroso-turgidis, laeuiibus, rostro ancipiti longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 602. HALL. Hist. n. 467.

Sinapis aruensis filiquis multangulis torosis, rostro longioribus: foliis runcinatis cum caule hispidis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 673.

In agris vbique copiose. Maio, Iunio.

Wilder Senf. Mustár-fü; Mustár-reptsén.

Caulis pedalis, altior, erectus, ramosus; ramis basi ad caulem sanguineo colore tinctis: teres, sulcatus, mollibus albisque pilis hirsutus. Folia alterna, petiolata, pinnata et pinnatifida, pinnis basi confluentibus, dentatis, extrema maxima. Racemi florum caulem ramosque terminant. Calyx flauescens cruciatim patet. Petala flaua. Glandulae virides. Stylus tetragonus. Siliqua striata terminatur rostro subancipiti.

269. RAPHANVS.

Cal. clausus. Siliqua torosa subarticulata, teres; Glandulae melliferae 2. inter stamina breuiora et pistillum; totidem inter stamina longiora et calycem.

672. *Raphanus Raphanistrum* filiquis teretibus, articulatis, laeuius, unilocularibus. LINN. Syst. Veg. p. 603. HALL. Hist. n. 468.

Rapistrum flore albo, filiqua articulata. C. BAVH. P. p. 95.

Inter segetes et iuxta vias passim. Aestate.

Caulis erectus, pedalis, altior, ramosus, basi rubellus, fetis rigidis hispida. Folia inferiora runcinata, in petiolum decurrentia; superiora integra, dentata, pilis rarioribus hispida. Flores in racemo laxo. Calyces communiter glabri, rarius apice albis pilis hirti. Corollae pallide flavae aut albae, lineis nigricantibus variegatae. Siliqua glabra non raro striata.

270. ISATIS.

Siliqua lanceolata, unilocularis, 1—sperma, decidua, binatis: valvulis nauicularibus.

673. *Isatis tinctoria* foliis radicalibus crenatis; caulinis sagittatis, filiculis oblongis. LINN. Syst. Veg. pag. 604.

Isatis fol. radicalibus petiolatis, ovatis; caulinis amplexicaulibus. HALL. Hist. n. 523.

In marginibus agrorum *bei Karburg*; ad viam *bei der Lägerischen Mühle*: copiose in agris inter *Sársö* et *Tyrnauiam*. Iunio.

Waid. Festsö-fü; Kék fonal festéke; Gyapjat festö-fü.

Caulis cubitalis, erectus, albicans, glaber, superne ramosus. Folia radicalia ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia, denticulata, leuiter pubescentia; caulina alternatim et inordinate per caulem sparsa, sessilia,

sessilia, lanceolato-hastata, glabra, nervo inferne albis rarisque pilis hirtis. Flores paniculati. Cal. patens ex flavo virens, foliolis concavis, obtusis. Petala flava, calyce maiora. Filamenta setacea. Antherae virentes. Stigma ad lentem villosulum. Siliquae pendulae, compresso-planae. Semen ovatum, vtrinque obtusum, nitens.

271. CRAMBE.

Filamenta 4 longiora apice bifurca: altero antherifero. *Bacca* sicca, globosa, decidua.

674. *Crambe Tataria* foliis decomposito-multifidis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 604. Miscell. Austr. Tom. II. p. 274. cum icone in *Diff. inaugurali publicae disquisitioni submissa ab Alex. SEBEOK de SZ. MIKLÓS. Viennae 1779.*

Tataria Vngarica. CLVS. Hist. p. 191.

Tataria hungarica edulis; *Panacis heraclei* folio, semine *Libanotydis cachryoferae*. I. BAVH. Hist. III. Part. 2. p. 163.

Panaci heracleo similis, vngarica. C. BAVH. F. p. 153.

Nostri cuius non est: adlata vero ex Comitatu *Heveßienfi* in horto laetissime viget.

Omnium primus *Carol. CLVSIVS* plantae huius notitiam orbi literato exhibuit: post eum autem primus *Cel. JACQVINVS* eam accurate descripsit et delineavit; quamvis monente eodem *Cel. Viro iam Ao. 1736.* BOERHAAVIO ac LINNEO sub nomine *Cachryos* innotuisse videatur. Cum eandem laetissime florentem mihi videre contigerit, descriptionem cum planta viva collatam ex eodem *Cel. Auctore* excerpere liceat.

Radix fusiformis, adulta brachii crassitie, 2. ad 4. pedes longa, teres, multiceps; externe fusca vel nigrescens, interne carnosa, albida, striata. Caulis 2—3—pedalis, angulatus, erectus, admodum ramosus,

fus, prope radicem setis albis hispídus, caeterum glaber. Folia radicalia in iuvenili aetate parua, integra hirsutaque sunt, caulina vero atque ramea inferiora diuersimode et inordinate multifida, conduplicata; laciniis oblongis, dentatis et acutis, vtrinque glabra; costis tamen prope radicem plus minus hispídus: summa in caule ramisque simplicia et oblonga. Flores numerosissimi in corymbis ramosis, imo et racemis spiciformibus terminalibus digesti, fortissimum gratumque mellis odorem spirantes. Pedunculi semiunciales, glaberrimi. Calyx flauo-virens, tetraphyllus, foliolis elliptico ouatis, obtusis, concavis, parulis, deciduis. Petala lactea, obverse ouata, patentissima, vnguibus flavescentibus, brevissimis. Filamenta spicibus rubellis duo minora simplicia; quatuor maiora bifurcata, crure germen spectante sterili, exteriori leuiter inclinatio antherifero. Antherae flauo-virentes. Germen globosum, viride. Stigma rotundum, flauum. Fructus magnitudine pisi, non dehiscens: immaturus constans cortice viridi, carnosio, nitente, carne ingrati odoris subacrisque saporis; maturescens rugoso et pallente. Semen vnum, subrotundum, nigrum.

Hic Maio floruit. Iulio fructus maturuerunt.

In Hungaria circa *Agriam* frequens, vbi *Tatárka* et *Tatár-kenyér* audit. Copiose in Transylvania referente Cl. BENKÖ, quam Hungari ibidem *Tátorja*, Valachi vero *Káptala* vocant. In Moravia circa *Auspitz* quoque reperitur sub nomine *Hieronymus Wurz*.

An tempore BASSANDI solos ante triginta annos hodie (Anno 1781.) elapso, aliam quam hodie, Hungari plantam *Tatariam* salutabant? quaerit Cel. JACQUINUS.*) Vix! vt certo affirmare licet ex litteris dd. 30 Mai 1734. ab IGNAT. GLASER Medico Agriensi ad
IVST.

*) Miscell. Austr. Tom. II. p. 289.

IYST. IOAN. TORRIS Physicum Pofoniensem datis, vbi
ille inquit: „Nomen obtinet idiomate hungarico
„*Tatárka* vel *Tantória* alias *Radaria* dicti. Radices
„huius sunt pastorum huiatum deliciae, easque cum
„gustu deuorant: subinde in tantam excrescunt lon-
„gitudinem, vt vnus septem diebus vnica radice se
„facile alere possit.“

C l a s s i s X V I,
M O N A D E L P H I A,

D E C A N D R I A.

272. GERANIVM,

MONOGYNA. Cal. 5—phyllus. Petala 5. Stigmata 5.
Fructus rostratus, 5—coccus.

*) *Myrrhina*. Stamina 5, antheriferis. Cal.
5—phyllis, Fructus declinati,

675. *Geranium cicutarium* pedunculis multifloris;
floribus pentandris; foliis pinnatis, incisiss, obtusis;
caule ramoso, LINN. Syst. Veg. p. 615. SCOP. Carn.
2. n. 853.

Geranium petiolis multifloris; caule procumbente; fo-
liis duplicato-pinnatis: pinnulis acute incisiss, HALL.
Hist. n. 944.

In arvis, campis, collibus et ad sepes. A primo vere
in autumnum vsque.

Caulis decumbens diuersae magnitudinis, striatus, vil-
losus; ramis alternis. Folia pinnata, pinnis alter-
nis, sessilibus, pinnatifidis; pilosa, laete viridia. Sti-
pulae ad basim petiolorum membranaceae, albae,
spicae bifidae. Pedunculi ex alis foliorum longi,
striati, hirsuti, terminantur umbella florum peduncu-
latorum, ad quorum basim stipulae sunt ouatae, al-
bae. Calyx pubescens. Corollae purpureae, striis
saturatoribus pictae.

**) Ba-

***) *Barrachia*. *Stamin.* 10. *antheriferis*. *Pedunc.*
2—*floris*; *perennia*.

676. *Geranium pratense* pedunc. bifloris; fol. subpel-
tatis, multipartitis, rugosis, acutis; petalis integris.
LINN. Syst. Veg. p. 617. SCOP. Carn. n. 852.

Geranium caule erecto fol. rugosis, hirsutis, multilo-
bis; lobis trifidis, lobutis semipinnatis; flo.: umbel-
latis. HALL. Hist. n. 931.

In pratis ac dumetis montanis. Iunio.

Caulis bipedalis, erectus, striatus, hirsutus. Folia op-
posita, petiolata, hirsuta, multifida; segmentis inci-
sis, mucronatis. Pedunculi ex alis foliorum hirsu-
ti, sustinent pedicellos binos, vixifloros. Stipulae
lanceolatae, membranaceae. Calycina segmenta ari-
stata, hirsuta. Corollae caeruleae petala rotundata,
integra.

***) *Stamin.* 10. *antheriferis*. *Pedunc.* 2—*floris*:
annua.

677. *Geranium Robertianum* pedunc. bifloris; caly-
cus pilosis, decem angulatis. LINN. Syst. Veg. pag.
617. SCOP. Carn. 2. n. 845.

Geranium fol. duplicato pinnatis, pinnis ultimis con-
fluentibus; calycibus striatis, hirsutis. HALL. Hist. n.
943.

In pomariis et subsyluestribus bei Kalrenbrunn.
Majo.

Tota planta albis pilis hirsuta. Caulis pedalis, altior,
teres, ramis dichotomis. Folia radicalia longe pe-
tiolata, congesta, circumscriptione subrotunda: cau-
lina opposita; omnia lobata, segmentis incisis, den-
tatis, denticulis apice rubello mucrone terminatis.
Calyx pilosus, 10—striatus. Petala caerulea, albis
striis picta, obtusa, integerrima.

678. *Geranium molle* pedunc. bifloris foliisque florali-
bus alternis; petalis bifidis; calycibus muticis; cau-
le erectiusculo. LINN. Syst. Veg. p. 617. SCOP. Carn.
2. n. 850.

Geranium fol. mollissimis, hirsutis, reniformibus, femiquinquefidis; lobis semitripartitis, obtusis. HALL. Hist. n. 939.

Ad vias *bei dem heiligen Brunn*, et in agris passim. Iunio.

Caules decumbentes, teretes, ramosi, villosi. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina alterna et opposita; omnia orbicularia ultra medium 5—7—loba, laciniis trifidis; vtrinque mollia et villosa. Stipulae exiguae, bifidae, villosae. Calyx submuticus, hirsutus. Corolla calyce minor, petalis purpureis, emarginatis.

679. *Geranium columbinum* pedunc. bifloris follo longioribus; fol. quinquepartito-multifidis; arillis glabris; calycibus aristatis. LINN. Syst. Veg. pag. 617. SCOP. Carn. 2. n. 850.

Geranium caule procumbente; foliis quinquepartitis; lobis trilobis; lobulis trifidis. HALL. Hist. n. 938.

In dumetis umbrosis, cultis et ad sepes. Maio.

Taubenschnabel. Galamb-láb.

Caulis prostratus, ramosus, villosus, scaber, basi ruber. Folia triloba, lobis lateralibus bilobis, segmentis inciso-dentatis; subtus rariter pilosa. Stipulae parvae, subulatae, rubellae. Pedunculi folio alterum longiores, hirsuti. Calyces magni, aristati, externe pilosi. Petala emarginata, rubra.

680. *Geranium dissectum* pedunc. bifloris; fol. quinquepartito-trifidis; petalis emarginatis longitudine calycis; arillis villosis. LINN. Syst. Veg. pag. 618. SCOP. Carn. 2. n. 848.

Geranium caule erecto; fol. quinquelobis, lobis trifidis, acutis. HALL. Hist. n. 937.

In pomariis herbidisque subsylvestribus. Maio.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, pubescens, geniculis humidis. Folia opposita, longe petiolata, 5—et 7—fida, segmentis trifidis integris, acutis. Stipulae exiguae, coloratae. Calyces hirsuti, aristati. Petala pallide purpurea, emarginata. Capsulae villosae.

681. *Geranium rotundifolium* pedunc. bifloris; petalis subintegris, longitudine calycis; caule prostrato; fol. reniformibus, incis. LINN. Syst. Veg. pag. 68.

Geranium fol. hirsutis, semiseptilobis, lobis semitrilobis, obtusis. HALL. Hist. n. 940.

Ad rupes: prope Danubium *unter dem Teufelsessel* frequens; rarius in cultis. Maio.

Caulis pedalis, decumbens, teres, hirsutus, eum pauca visciditate. Folia inferiora opposita, septemloba; superiora alterna, quinqueloba: lobis tridentatis apice rotundatis. Stipulae petiolares minimae, coloratae. Corolla purpurea calyce hirsuto aristatoque minor. Petala emarginata.

POLYANDRIA.

273. ALTHAEA.

Cal. duplex: exterior 9—fidus. *Arilli* plurimi, monospermi.

682. *Althaea officinalis* foliis simplicibus, tomentosis, LINN. Syst. Veg. p. 624, SCOP. Carn. 2. n. 855.

Althaea tomentosa, herbacea; caule erecto; fol. cordato-lanceolatis, obsolete trifidis. HALL. Hist. n. 1074.

Althaea vulgaris. clvs. Pann. p. 502.

In Insula *Schütz* ad sepas et fossas viarum, passim. Junio, Iulio.

Eybisch. Fejér Málva; Mázola. Bily Sflys.

Officin. Radix, herba, flores *Althaeae*.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, teres, pubescens. Folia alterna, petiolata, cordato-ouata, serrata, holosericeo tomento incana, inferiora triloba. Flores in alis foliorum subsessiles. Calyx tomentosus. Petala pallide rubra, emarginata.

274. MALVA.

Cal. duplex: exterior triphyllus. *Arilli* plurimi, monospermi.

683. *Malua rotundifolia* caule prostrato; foliis cordato-orbiculatis, obsolete quinquelobatis: pedunculis fructiferis declinatis. LINN. Syst. Veg. p. 625. HALL. Hist. n. 1070. SCOP. Carn. 2. n. 858.

Malua vulgaris flore minore, folio rotundo. I. BAVH. Hist. II. p. 949.

In ruderatis, ad vias et sepes. Aestate.

Käsepappeln. Mályva-ftü. Pap Saitja. Panbo'we Kollacky; Sfyrc'oky; Twarosky.

Officin. Herba, flores huius et sequentis *Maluae*.

Caules prostrati, pubescentes. Folia alterna, orbiculato-reniformia, 5-loba, serrata, in petiolis trigonis, hirsutis. Flores 3-4, ex alis foliorum inaequaliter pedunculati. Stipulae exiguae, ovatae, ciliatae. Calycis interni segmenta denticulata. Petala minuta, alba, rubris venulis picta.

684. *Malua sylvestris* caule erecto, herbaceo; foliis septemlobatis acutis; pedunculis petiolisque pilosis. LINN. Syst. Veg. p. 625. SCOP. Carn. 2. n. 859.

Malua caule erecto; fol. lobatis: lobis serratis; quinque et septenis. HALL. Hist. n. 1069.

Malua vulgaris, flore maiore, folio sinuato. I. BAVH. Hist. II. p. 949.

Cum priore frequentissima. Iunio, Iulio.

Pappelkraut. Nagy Pap sajt.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, teres, sulcatus, villosus, scaber. Folia alterna, longe petiolata, subrotundo-cordata, 5-7-loba, serrata, pubescentia. Pedunculi inaequalis longitudinis in alis foliorum congesti, uniflori. Stipulae ovatae, acutae, ciliatae. Calyces villosi. Petala purpurea profunde emarginata.

275. LAVATERA.

*Cal. duplex: exterior trifidus. Arilli plurimi, mono-
spermi.*

685, *Lavatera thuringiaca* caule herbaceo; fructibus denudatis; calycibus incis. LINN. Syst. Veg. p. 627. JACQV. Austr. t. 311.

Althaea altera. CLVS. Pann. p. 502.

Ad fossas visorum in insula *Schütt*; et in pratis *unter der Engerau* frequens. Julio, Augusto.

Habitus Althaeae officinalis. Caulis erectus, sesquipedalis, cubitalis, hirsutus, scaber: ramis alternis. Folia alterna, petiolata, inferiora cordata, 5—loba; segmentis rotundatis, crenatis: superiora lanceolata, 3—5—loba, segmentis acutis, serratis; omnia incana lanugine hirta. Stipulae lanceolatae, acutae. Pedunculi ex alis foliorum uniflori cum calyce tomentosi. Petala vnciam longa, rosea, patentissima, emarginata, lineis sanguineis, ramosis picta, unguibus superne hirsutis, Antherae flavae.

276. HIBISCUS.

Cal. duplex: exterior polyphyllus. Caps. 5—locularis polysperma.

686, *Hibiscus Trionum* foliis tripartitis, incis; calycibus inflatis. LINN. Syst. Veg. p. 631.

Ketmia Trionum. SCOP. Carn. 2, n. 862.

Alcea vesicaria. C. BAVH. F. p. 317.

In vineis earumque marginibus in *Hohenein* et *Pöllen-berg.* Julio.

Caulis

300 CLASSIS XVI. MONADELPHIA. POLYANDRIA.

Caulis pedalis, altior, inclinatus, ramosus, striatus, pubescens, plerumque ruber. Folia alterna, petiolata, 5— et 3—loba; segmentis lanceolatis, dentatis; petiolis pilosis. Pedunculi pilosi, uniflori, exilis foliorum. Calycis exterioris foliola subulata, pilosa: interior striatus, hirsutus, segmentis obovatis margine denticulatis. Petala flava, inferne purpura suffusa. Ungues atro-purpurei. Filamenta purpurea. Antherae flavae. Capsula nigra, pilosa.

Classis XVII.

DI A D E L P H I A.

H E X A N D R I A.

277. FUMARIA.

Cal. diphyllus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2, membranacea, singula *Antheris* 3.

687. *Fumaria bulbosa* caule simplici; bracteis longitudine florum. LINN. Syst. Veg. p. 636. scor. Carn. 2. n. 864.

Fumaria radice bulbosa, caua; caule simplici bifolio; bracteis ovato-lanceolatis. HALL. Hist. n. 348.

In pomariis, nemoribus et dumetis. Martio, Aprili.

Löwenmäuherl. Tavaszi Gerezdeske; Lyikas-ir.

Radix subrotunda, flavescens, solida et caua. Caulis simplex, erectus, basi tetragonus. Folium radicale vnicum vaginans; caulina duo, alterna: omnia composita, glauca, foliolis terminalibus semitrifidis. Bractee ovato-lanceolatae, integerrimae, coloratae. Flores in spica caulem terminante purpurei et albi.

688. *Fumaria officinalis* pericarpis monospermis, racemosis; caule diffuso. LINN. Syst. Veg. pag. 637. scor. Carn. 2. n. 866.

Fumaria foliis multifidis; lobis subrotunde lanceolatis; fructibus monospermis. HALL. Hist. n. 346.

In agris, hortis et vineis vbique. Maio, Iunio.

Erdrrauch. Föld-füst-fü. Gedrutka; Plana ruta.

Officin. Herba *Fumariae*.

Caulis

Caulis procumbentes, diffusi, glaucescentes, striati, glabri. Folia alterna, decomposita; foliolis tenuibus, lobatis, glaucis. Flores dense spicati in pedunculis ex foliorum alis caulemque terminantibus. Corollae purpurascens. Siliqua globosa, monosperma.

O C T A N D R I A.

278. POLYGALA.

Cal. 5—phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. *Stigma* laterale, bilabiatum. *Legumen* obcordatum, biloculare.

689. *Polygala amara* floribus cristatis, racemosis; caulibus erectiusculis; foliis radicalibus obouatis, maioribus. LINN. Syst. Veg. p. 638. JACQV. Austr. t. 412. SCOF. Carn. 2. n. 868.

Polygala procumbens; fol. imis subrotundis, supremis linearibus. HALL. Hist. n. 343.

In pratis montanis *am Gemsenberg*, et in insulanis *in der Bürgerau*. Maio.

Officin. Radix *Polygalae amarae*.

Caulis ex vna radice plures, basi incuruati dein erecti, palmares et semipedales, teretes, glabri. Folia radicalia subrotundo-ouata, in petiolum decurrentia; caulina inordinate alternantia, lanceolata; summa linearia, omnia glabra. Flores in spica caules terminante secundi, caerulei, brevissime pedicellati. Amarae plantae notabilis.

690. *Polygala vulgaris* flor. cristatis racemosis; caulibus herbaceis, simplicibus, procumbentibus; fol. lineari-lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 638. SCOF. Carn. 2. n. 867.

Polygala caule erecto; fol. linearibus, acutis. HALL. Hist. n. 344.

In pascuis pratisque montanis ac insulanis abunde. Maio.

Kreuz-

Kreuzblümlein. Patfirta virág; Kereszt-fű.

Caules ex vna radice plures, pedales, erecti, basi inclinati, teretes, glabri. Folia alternatim per caulem sparsa, lineari-lanceolata, acuta, integerrima. Spica florum laxa caulem terminat. Pedunculi brevissimi, uniflori ad basim bracteolas minimas subulatas possident. Corollae violaceae, rarius albae.

691. *Polygala maior* flor. cristatis, racemosis; caulibus herbaceis, simplicibus, suberectis; fol. lineari-lanceolatis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 638. Austr. t. 413.

Polygala vulgaris maior. CLVS. Pann. p. 314. 315.

In gramineis supra *Theben*, qua ascenditur ad montem *Kobel.* Iunio.

Plantae spectabilis caules plures ex vna radice prodeunt, pedales, altiores, erecti, basi inclinati, teretes. Folia alternatim per caulem sparsa, linearia, acuta, laete viridia, vna cum caule ad lentem villosula. Flores in racemo palmari secundi, penduli, cum pedicellis eleganter purpureo-rubri. Legumen alatum, obuerse cordatum.

DECANDRIA.

279. GENISTA.

Cal. bilabiatu: $\frac{2}{3}$; *Vexillum* oblongum a pistillo staminibusque deorsum reflexum.

*) *Inermis.*

692. *Genista tinctoria* foliis lanceolatis, glabris; ramis striatis, teretibus, erectis. LINN. Syst. Veg. p. 645. SCOP. Carn. 2. n. 873.

Genista inermis, fol. glabris, confertis, ellipticis, lanceolatis; floribus sessilibus, spicatis. HALL. Hist. n. 350.

In aridis montanis, inter frutices et in syluis passim. Iunio.

Fär.

Färberginster. Sárga festö-fü; Nyúl-rekettye.

Caules basi lignosi emittunt ramos erectos, pedales, angulosos, apice ramosos. Folia lanceolata, sparsa, superne nitentia, oris lanuginosis, nervo subtus villoso, ad basim stipulis duabus exiguis subulatis instructa. Flores in spicam caulem ramosque terminantem conferti, flavi. Siliquae glabrae.

693. *Genista pilosa* fol. lanceolatis, obtusis; caule tuberculato, decumbente. LINN. Syst. Veg. p. 645. JACQV. Austr. t. 208. SCOP. Carn. 2. n. 874.

Genista inermis, procumbens; fol. duris, subhirsutis; spicis breuibus, foliosis. HALL. Hist. n. 351.

Chamaegenista I. CLVS. Pann. p. 49. 50.

In montanis saxosis et ad margines sylvarum. Aprili, Maio.

Caules procumbentes, tuberculati, aphylli, erigunt ramos floriferos, angulatos. Folia ex tuberculis obverse lanceolata, obtusa, subtus sericeo villo hirta. In spica racemosa pedunculi ex iisdem tuberculis 1—3, cum calyce villosi. Corollae flavae vexillum externe hirsutum; alae glabrae; carina villosula. Siliquae hirsutae.

***) *Spinosa*.

694. *Genista germanica* spinis compositis; ramis floriferis inermibus; fol. lanceolatis, LINN. Syst. Veg. p. 645. SCOP. Carn. 2. n. 876.

Genista fol. ovato-lanceolatis, hirsutis, spinis ramosis in ramis senescentibus. HALL. Hist. n. 332.

Genistella spinosa. CLVS. Pann. p. 51.

In sylvis ficcis, arenosis *am Gemsenberg*. Iunio.

Caulis vix pedalis, ramosus, durus, spinosus: ramis simplicibus, herbaceis. Folia imbricatim sparsa, lanceolata, hirsuta. Flores in spicam collecti, sessiles, flavi. Corollae vexillum carinatum, cordatum; carina ultra alas prominet. Siliquae pilosae, nigricantes.

280. ONONIS.

Cal. 5—partitus; laciniis linearibus. *Vexillum* striatum. *Filamenta* connata absque fissura. *Legumen* turgidum, sessile.

695. *Ononis spinosa* floribus racemosis, solitariis; foliis ternatis solitariisque; ramis spinosis. LINN. Syst. Veg. p. 651.

Anonis caule decumbente; ramis senescentibus spinosis. HALL. Hist. n. 356.

In pratis sterilioribus, pascuis et marginibus agrorum. Aestate.

Hauhechel; *Ochsenbrech*. Iglitze; Iglitze-tövisk.

Officin. Herba *Ononidis*.

Caulis basi procumbens, pedalis, ramosus, plerumque ruber, linea pilosa ab insertione ramuli ad basim folii subsequenter signatus. Folia inferiora ternata, superiora simplicia: foliola lanceolata, obtusa, serrata. Stipulae semicordatae, acute serratae. Ramuli spina flavicante terminantur. Pedunculi solitarii, foliosi. Cal. hirsutus. Corol. carnea vexillum deflexum, subrotundum, integerrimum. Alae ovatae, obtusae, albae, basi lineis rubris pictae. Carina rostrata. Filamenta subulata. Antherae flavae.

696. *Ononis arvensis* flor. racemosis, geminatis; foliis ternatis: superioribus solitariis; ramis inermibus, subvillosis. LINN. Syst. Veg. p. 651.

Ad margines sylvarum in *Steinsärzen*. Aestate.

Priori simillima, sed constanter inermis et erecta. Pedunculi in racemis inferiores gemini, summi solitarii.

281. ANTHYLLIS.

Cal. ventricosus, 5—dentatus. *Legumen* subrotundum, calyce tectum.

697. *Anthyllis Vulneraria* herbacea, foliis pinnatis, inaequalibus; capitulo duplicato. LINN. Syst. Veg. p. 654.

V

Vul-

Vulneraria fol. radicalibus ovatis; caulinis pinnatis; umbellis ovatis. HALL. Hist. n. 393.

Wundklee. Nyul Here-fü.

Variat. I. Corollis flavis.

Lagopodium flore luteo. Tabernaem. II. pag. 226.

In pratis aridis. Iunio, Iulio.

— 2. *Corollis albicantribus, carina sanguinea.*

Lagopodium flore albo. Tabern. II. p. 226.

In umbrosis im Kindsgraben, et in der Bruckau. Iunio, Iulio.

Vtrique caulis pedalis, altior, basi inclinatus, teres, pubescens. Folia radicalia ovata, integra; caulina alterna, pinnata, vtrinque hirsuta: pinnae in inferioribus oblongo-ovatae, obtusae, extrema maxima; in summis lanceolatae, acutae. Stipulae lanceolatae.

282. OROBUS.

Cal. cylindricus, basi obtusus 5-dentatus: laciniis superioribus profundioribus; brevioribus.

Stylus linearis.

698. *Orobus vernus* foliis pinnatis, ovatis; stipulis semilagittatis, integerrimis; caule simplici. LINN. Syst. Veg. p. 661. scop. Carn. 2. n. 882.

Orobus caule simplicissimo; fol. ternis, ovatis, acutis. HALL. Hist. n. 416.

Orobus pannonicus purpureus I. CLVS. Pann. p. 735. 736.

In nemoribus montanis supra *Pazenhäufel, Thomasbrunn*, alibique. Aprili, Maio.

Waldwicken. Kakuk Borfo; Vad Lednek.

Caulis simplex, pedalis, erectus, angulosus, glaber. Folia triuga cum impari, glabra; foliolis ovato-lanceolatis, acutis, integris. Stipulae hamatae. Flores in pedunculis alaribus racemosi, 4—8, purpurei, secundi. Vexillum emarginatum, reflexum. Alae ovatae, hamatae.

699. *Orobus ruberofus* fol. pinnatis, lanceolatis; stipul. semisagittatis integerrimis, caule simplici. LINN. Syst. Veg. p. 661. SCOP. Carn. 2. n. 883.

Orobus caule simplici; fol. senis, ellipticis; radice tuberosa. HALL. Hist. n. 417.

In fyluis am *Gemsenberg* frequens. Maio.

Radices teretes et tuberosae, fibrosae. Caulis simplex, pedalis, alatus, glaber. Stipulae lanceolatae, semisagittatae. Folia alterna, 2—3iuga; foliolis lanceolatis, acutis. Racemi 3—4—flori in pedunculo alari. Flores rubri. Vexillum emarginatum, reflexum, venosum. Alae ouatae, hamatae. Carina rostro falcato.

700. *Orobus albus* fol. biugis, ensiformibus, petiolatis; stipulis simplicibus; caule simplici. LINN. Syst. Veg. p. 661.

Orobus pannonicus. JACQV. Austr. t. 39.

Orobus pannonicus albus, f. *Aphodeli* radice. CLVS. Pann. p. 737. 739.

In pratis unter dem *Hohenein* et circa *Ratschdorf*. Maio, Iunio.

Radix constat tuberibus oblongis, teretibus, fuscis. Caulis erectus, pedalis, gracilis, subtrigonus, glaber. Folia ima semper vniuga; superiora bi- triiuga; summa iterum binata, omnia lineari-lanceolata, uncias tres fere longa, lineam cum dimidia lata, glabra, striata, integerrima. Stipulae semisagittatae, subulatae, integrae. Pedunculi alares longitudine foliorum, 6—8—flori. Calyx cum virore purpurascens. Corollae albae aut pallide ochroleucae. Vexillum emarginatum, nervo rubente. Alae carina longiores. Stylus villosus. Siliquae glabrae, nigricantes. Semen nigrum.

701. *Orobus niger* caule ramoso; fol. sexiugis, ovato-oblongis. LINN. Syst. Veg. p. 662. SCOP. Carn. 2. n. 884.

Orobus caule ramoso; fol. ovatis, duodenis. HALL. Hist. n. 418.

Orobus pannonicus purpurascens II. CLVS. Pann. p. 737. sed non figura.

In sylvis montanis passim. Maio, Iunio.

Caulis erectus, ramulosus, angulatus, glaber. Folia 4—6—iuga: foliola subsessilia, ovata, mucrone herbaceo terminata. Stipulae lineari-lanceolatae, semifagittae. Pedunculi ex alis foliorum. Flores 6—12 in vno racemo, parvi, purpurei. Tota planta exsiccano nigra euadit.

283. LATHYRVS.

Cal. laciniae superiores 2. breuiores. *Stylus* planus, supra villosus, superne latior.

702. *Lathyrus tuberosus* pedunculis multifloris: cirrhis diphyllis: foliolis ovalibus, internodiis nudis. LINN. Syst. Veg. p. 663.

Lathyrus scapis multifloris; fol. ouatis; capreolis trifidis. HALL. Hist. n. 435.

Lathyrus aruensis, repens, tuberosus. C. BAVH. P. p. 344.

Inter segetes et ad sepes in *der Mühlau*, passim. Maio, Iunio.

Erdnuß; *Saubrod*. Tfánya; Földi Mogyoró.

Caulis tetragoni, striati, glabri, cirrhis segetibus adherent. Folia alterna, petiolata; foliola bina ad costam opposita, subsessilia, elliptico-lanceolata, mucrone terminata, integra, glabra. Stipulae semifagittatae, lanceolatae, mucronatae. Flores in pedunculo axillari, 5—7—racemosi, pedunculati, rubri.

703. *Lathyrus pragensis* pedunculis multifloris: cirrhis diphyllis simplicissimis: foliol. lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 663.

Lathyrus pragensis fol. binis lanceolatis, villosulis; floribus racemosis, sparsis; stipulis semifagittatis. SCOP. Carn. 2. n. 893.

Ad sepes, in pratis et dumetis. Maio, Iunio.

Caulis debilis, prostratus, ramosus, angulatus, cirrhis simplicibus vicinis plantis adhaeret. Foliola bina, opposita, subsessilia, semunciam longa, elliptica, mucronata, vtrinque pubescentia. Stipulae lanceolatae, semisagittatae. Flores in racemo axillari, hirsuto, sparsi, flavi. Pedunculi et calyces villosi.

704. *Lathyrus sepium* foliis glabris, longioribus; stipulis sagittatis; floribus secundis. SCOP. Carn. 2. n. 894.

Inter frutices ad Danubium *in der Bruckau*, et in montanis passim. Iunio.

Habitus prioris. Caulis ramosus, angulatus, erectus, ad lentem alatus, glaber. Foliola bina opposita, lanceolata, acuta, unciam longa, lin. 5. lata, breuiter petiolata, glaberrima. Stipulae magnae, sagittatae, hamis maioribus non raro unico dente instructis. Flores racemosi, secundi, flavi, in pedunculo alari. Dentes calycinii aequales, recti. Antherae flavae. Stigma album.

Cel. SCOPOLI sequor, qui distinctam a praecedente speciem facit.

705. *Lathyrus sylvestris* pedunculis multifloris: cirrhis diphyllis: foliol. ensiformibus; internodiis membranaceis. LINN. Syst. Veg. p. 663.

Lathyrus caule alato; foliis geminis, ensiformibus. HALL. Hist. n. 434.

In sylvestribus saxosis *unter dem Gensenberg*; circa acervos lapidum *in Steinfürzen*. Iunio, Iulio.

Harnwindkraut.

Caules procumbentes, scansiles, ultra cubitum longi, cum petiolis alati. Folia longe lanceolata vno margine conuexiusculo, nervosa, glabra. Cirrhi trifidi. Stipulae exiguae, angustae, lanceolatae, semisagittatae. Flores racemosi, purpurei.

706. *Lathyrus heterophyllus* pedunc. multifloris; cirrhis diphyllis tetraphyllisque: foliol. lanceolatis; internodiis membranaceis. LINN. Syst. Veg. p. 663.

Lathyrus caule alato; foliis quaternis et binis, lanceolatis, scapis multifloris. HALL. Hist. n. 432.

In salicetis in der Bruckau am Hellwasser. Iulio.

Caulis dum cirrhis fructibus adhaeret, erectus, cubitalis, membrana viridi semilineam lata alatus, glaber. Folia inferiora binata, superiora biuga, cirrho bifido terminata: foliola lineari-lanceolata, subsessilia, triperua, glabra, inferne glaucescentia. Stipulae parvae, subulatae, sagittatae. Pedunculi alates 3—4-flori. Calyx glaber, superne rubellus. Corollae purpureae.

707. *Lathyrus palustris* pedunculis multifloris: cirrhis polyphyllis; stipulis lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 663.

Lathyrus fol. senis; floribus racemosis. HALL. Hist. n. 431.

In pratis vdis circa Raschdorf et St. Georgen. Iulio, Augusto.

Caules debiles bipedales, angulosi, subalati, glabri, Folia triuga, cirrho trifido terminata: foliola longe elliptica, lanceolata, glabra. Flores in pedunculo alari 3—6, caerulei, pedunculati.

284. VICIA.

Stigma obtusum, latere inferiore transuerse barbatum.

*) *Pedunculis elongatis.*

708. *Vicia pisiformis* pedunculis multifloris; petiolis polyphyllis; foliolis ouatis: infimis sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 663. JACQV. Austr. t. 364.

Vicia foliis ouatis, maximis; siliquis racemosis, pendulis. HALL. Hist. n. 428.

Pisum sylvestre perenne. CLVS. Pann. p. 733. 734.

In sylvestribus bei dem Mühlenreich, et supra thermas Baznienses. Iunio.

Tota glabra est. Caulis 3—4-pedalis, ramosus, sulcatus, tetragonus. Folia alterna, pinnata, costa cirrho

rho trifido terminata. Foliola parium 4—5, infima opposita, ad costae basim cauli inserta; subrotundo-ouata, integerrima, neruo in mucronem minimum exeunte. Stipulae sub foliis infimis reconditae, lanceolatae, acuminatae, basi latiores, inciso-dentatae. Pedunculi alares, sulcati. Flores in racemo secundi, ochroleuci. Calycinj dentes 2 inferiores conniuentes. Antherae fulvae. Siliquae pendulae, glabrae, fuscescentes.

709. *Vicia sylvatica* pedunculis multifloris; foliis ovalibus; stipulis denticulatis. LINN. Syst. Veg. p. 664. SCOP. Carn. n. 898.

Vicia foliis ouatis; stipulis argute dentatis; siliquis racemosis, pendulis. HALL. Hist. n. 426.

In nemoribus umbrosis *bei dem heiligen Brun.* Iunio. Caulis procumbentes, tetragoni, glabri, cirrhis trifidis plantis et fruticibus vicinis adhaerent; costa folii superne fuleata. Foliola oualia 6—7, vtrinque glabra, neruo in mucronem exeunte, margine ad lentem subtilissime denticulata. Pedunculi alares folio breviores, leuiter pubescentes. Stipulae trapeziformes, denticulatae, dentibus aristatis. Flores 6—10 in racemo, penduli. Calyx glaber, purpurascens. Corollae primo dilute purpureae, dein albiantes; vexillo lineis saturationibus picto. Siliquae compressae, glabrae, pendulae, 6—8—spermae.

710. *Vicia Cracca* pedunculis multifloris; flor. imbricatis; foliis lanceolatis, pubescentibus; stipulis integris. LINN. Syst. Veg. p. 664. SCOP. Carn. 2. n. 899.

Vicia fol. linearibus, sericeis; racemis multifloris, reflexis; stipulis integerrimis. HALL. Hist. n. 424.

Vicia sylvatica spicato flore. CLVS. Pann. p. 746.

In dumetis, sepibus et inter segetes. Aestate.

Caulis angulatus, debilis, cirrhis suis vicinis plantis et fruticibus adhaeret. Foliola subalterna, linearia, in mucronem desinentia, superne glabra, inferne sericeo villo tomentosa, numero 17—24. Stipulae subulatae, integerrimae. Pedunculi ex alis foliorum,

striati, glabri. Flores ultra triginta in vno racemo secundi, penduli, cum pedicellis laete purpurei. Vexillum emarginatum. Alae ex purpura albidae. Carina apice sanguinea. Antherae flavae. Stigma flavescens. Siliqua glabra continet semina sex.

***) *Floribus axillaribus, subsessilibus.*

711. *Vicia sativa* leguminibus sessilibus, subbinatis erectis; fol. retusis; stipulis notatis. LINN. Syst. Veg. p. 664. SCOP. Carn. 2. n. 895.

Vicia fol. imis ovatis; superioribus linearibus; scapis brevissimis, bifloris. HALL. Hist. n. 430.

In agris inter segetes, et in palcuis ad viam versus *Ivanka*. Maio, Iunio.

Feldwicke. *Ló-borso*; *Abrak-borsó*. Lednjak.

Tota leuiter pubescens. Caulis debilis, angulatus, inter fruges erectus, in palcuo procumbit. Foliola parium 5—6, subopposita, lanceolata, obtusa, integra, neruo in mucronem exeunte. Stipulae dentatae, atro-rubra macula signatae. Cirrhi trifidi. Pedunculi 1—2. Calycini dentes recti, aequales, ad lentem villosi. Corolla purpureo-caerulea. Siliquae glabrae.

712. *Vicia lathyroides* legum. sessilibus solitariis, erectis, glabris; foliolis senis: inferioribus obcordatis. LINN. Syst. Veg. p. 664. JACQV. Miscell. Austr. Vol. II. p. 299. t. 18.

In lapidosis sub Monte Caluariae *bei den Steinbrüchen*. Aprili, Maio.

Cauliculi digitales, semipedales, simplices, aut statim ad radicem ramosi, subtetragoni, striati. Foliola infima bina obuerse cordata: media quaterna; summa sena, lanceolata: omnia setula terminata et ad lentem hirsuta. Cirrhi simplices. Stipulae semisagittatae. Flos in alis foliorum solitarius, sessilis. Calyx hirsutus. Corollae vexillum purpureum; alae caeruleae. Legumen nigrescens. Semina 6.

713. *Vicia hybrida* legum. sessilibus, reflexis, pilosis, pentaspermis; corollae vexillis villosis. LINN. Syst. Veg. p. 664.

Vicia pannonica. JACQV. Austr. t. 34.

Vicia sylvestris albo flore. CLVS. Pann. p. 744. 745.

In pratis umbrosis vbique. Maio in Iulium vsque.

Caulis pedalis, altior, erectus, hirsutus, angulatus. Folia alterna cirrho ramoso terminata; foliola parium 6—8, opposita et alternantia, elliptica, vtrisque hirsuta, nervo in acumen exeunte. Stipulae parvae, integerrimae, subtus macula nigricante notatae. Pedunculi ex alis foliorum 2—3—flori. Calyx hirsutissimus, dentibus subulatis longitudine calycis. Corolla pallide ochroleuca. Vexillum dorso hirsutum, emarginatum, lateribus reflexis, vtrisque lineis fufcescentibus striatum. Carina albida, superne squalida. Antherae ex viridi flavescentes. Stigmatis barba alba, conica. Legumen nigricans albis pilis hirtum,

714. *Vicia sepium* legum. pedicellatis, subquaternis, erectis; foliolis ovatis, integerrimis: exterioribus decrescentibus. LINN. Syst. Veg. p. 664.

Vicia axillis subquadrifloris; floribus erectis, pedunculatis: foliis ovatis; stipulis dentatis. SCOP. Carn. I. p. 539. 2. n. 897.

Ad sepes et in sylvis. Maio.

Caulis angulatus, glaber, cirrhis suis trifidis fruticibus ac sepibus adhaeret. Folia alterna, pinnata, ad angulum rectum fere patentia; costa striata, superne canaliculata, foliola parium 5—6. opposita alternaque, ovato-lanceolata, obtusa, subsessilia, nervo brevissime mucronato. Stipulae exiguae, denticulatae, purpurascens. Pedunculi alares 3—4—flori. Calyx coloratus ad lentem pubescens. Corollae caeruleae. Siliqua fusca, splendens.

285. ERVUM.

Cal. 5—partitus longitudine corollae. *Stigma* capitatum, imberbe, obtusum.

715. *Ervum tetraspermum* pedunculis subbifloris; semin. globosis, quaternis. LINN. Syst. Veg. p. 665. SCOP. Carn. 2. n. 902.

Vicia foliis linearibus; siliquis gemellis, glabris. HALL. Hist. n. 423.

In virgultis, pratisque in der Bürgerau. Iunio.

Caulis tetragonus, pedalis, sibi relictus procumbens, alias plantis vicinis cirrhis suis adhaeret; glaber ramis alternis. Folia alterna, triuga: foliolis angustis, linearibus, acutis, integerrimis. Pedunculi 1—2—flori, longitudine foliorum. Calyx leuiter pubescens. Corolla minima caeruleascens. Siliqua glabra, 3—4—sperma.

716. *Ervum hirsutum* pedunculis multifloris; semin. globosis, binis. LINN. Syst. Veg. p. 665. SCOP. Carn. 2. n. 901.

Vicia fol. linearibus; siliquis racemosis, dispermis, hirsutis. HALL. Hist. n. 422.

In agris inter segetes. Aestate.

Caulis gracilis, tetragonus, glaber, vicinis culmis segetum adhaeret. Folia alterna, pinnata: foliola linearia, apice truncata, nervo mucrone terminato. Pedunculi 3—4—flori, longitudine foliorum, alares, tetragoni. Calyx leuiter pubescens. Corollae albae carina ad apicem interne macula violacea notata. Siliqua hirsuta, acuminata, 2—3—sperma.

286. CYTISVS.

Cal. bilabiatus: 3. *Legumen* basi attenuatum.

717. *Cytisus Laburnum* racemis simplicibus, pendulis; foliolis ovato-oblongis. LINN. Syst. Veg. p. 666. JACQV. Austr. t. 306. SCOP. Carn. 2. n. 903.

Cytisus inermis; floribus racemosis, pendulis; foliolis ternatis. HALL. Hist. n. 360.

In sylvis circa *Blumenau*, et supra thermas *Bazinii*.
Maio.

Arbor dum floret spectabilis. Folia longe petiolata, ternata, ovata, subhirsuta, integerrima. Racemi fere semipedem longi, floribus copiosis flavis onusti pendent. Calyx minutus, trifidus. Vexillum latum, emarginatum, intus maculis fuscis variegatum. Alae obtusae, carina longiores. Legumen biunciale, compressum, rugosulum. Semina reniformia, nigra.

718. *Cytisus nigricans* racem. simplicibus, erectis; foliolis ovato-oblongis. LINN. Syft. Veg. pag. 666.
JACQV. Austr. t. 387. SCOP. Carn. 2, n. 904.

Cytisus foliis ovatis, nitidis; flor. spicatis, cernuis; calycibus et siliquis sericeis. HALL. Hist. n. 361.

Cytisus prior. CLVS. Pann. p. 36. 37.

In montanis herbidis, inter frutices, passim. Junio, Julio.

Caulis lignosus emittit ramos pedales, rectos, pilis adpressis hirtos. Folia inordinate alterna, petiolata: foliola subsessilia, elliptica, mucrone terminata, subtus villosa. Stipulae ad petiolorum basim exiguae, albae, hirsutae. Racemus erectus ramos terminat. Flores secundi, flavi, nutantes. Cal. parvus hirsutus. Vexillum ovatum, carina brevius. Legumen ovatum.

719. *Cytisus capitatus* flor. umbellatis, terminalibus; ramis erectis; foliol. ovatis. LINN. Syft. Veg. p. 666.
JACQV. Austr. t. 33.

Cytisi secundi species altera. CLVS. Pann. p. 39. 40.

In apricis collibus supra *Neufiedel am See*, et in montanis supra *Theben*. Junio, Julio.

Caulis feresquipedalis, teres, ramosus, hirsutus. Foliola lanceolata, mucronata, vtrinque sericeo villo tomentosa. Flores in capitulum caulem ramosque terminans collecti. Calyx hirsutus, flavescens, tubulato-ventricosus, ad basim bracteola lanceolata, primo viri-

viridi, dein fusca instructus. Corollae flavae vexillum emarginatum, marginibus undulatis, superne hirsutum. Alae pariter undulatae, glabrae, carina longiores. Legumen hirsutum.

720. *Cytisus austriacus* flor. umbellatis terminalibus; caul. erectis; foliol. lanceolatis. LINN. Syst. Veg. p. 667. JACQV. Austr. t. 21.

Cytisus alter. CLVS. Pann. p. 37. 38.

Cytisus incanus folio oblongo, austriacus. C. BAVH, P. p. 390.

In umbrosis in *Kindsgraben*, frequens. Iulio, Augusto.

Caulis teres, incanus, suberectus, ramosus. Folia opposita lanceolata pallide virentia, albis mollibusque villis vtrinque hirta. Petioli villosi, antice plani. Flores breviter pedunculati, in capitulum caulem ramosque terminans collecti. Calyx flavescens, tubulosus, hirtus, divinus in labium superius emarginatum, et in inferius lanceolatum, acuminatum: basi bracteolis 1—3 lanceolatis instructus. Corollae luteae vexillum amplum, emarginatum, dorso pubescens. Carina obtusa, margine pilosa. Legumen hirsutum.

287. CORONILLA.

Cal. bilabiatus: $\frac{3}{4}$: dentibus superioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* isthmis interceptum.

721. *Coronilla varia* herbacea; leguminibus erectis, teretibus, torosis, numerosis; foliolis plurimis, glabris. LINN. Syst. Veg. p. 670. SCOP. Carn. n. 913.

Coronilla caule brachiato, angulato; fol. vigenis, aristatis; floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 387.

Securidaea altera pannonica. CLVS. Pann. pag. 747. 748.

Circa vias montanas, in marginibus vinearum, sylvarum nemorumque. Iulio.

Caulis procumbentes pedales et cubitales, angulati, scabriusculi: ramis alternis, patentibus. Folia alterna, pinnata: pinnis subsessilibus 18—20, ellipticis, integris, nervo mucrone terminato, infimis alternantibus, impare costam angulatam terminante. Stipulae exiguae, lanceolatae ad petiolorum basim. Pedunculi sulcati apice gerunt umbellam florum globosam, pedicellis deflexis. Corollae vexillum rubrum; alae albae; carina longitudine alarum alba, apice fuscescente. Legumen teres, articulatum, rostro flavescente tenui terminatur.

288. HEDYSARVM.

Cor. carina transverse obtusa. Legumen articulis
1—spermis.

722. *Hedysarum Onobrychis* foliis pinnatis; leguminibus monospermis, aculeatis; corollarum alis calycem aequantibus; caule elongato. LINN. Syst. Veg. p. 676. JACQV. Austr. t. 352.

Onobrychis caule erecto, ramoso; floribus spicatis. HALL. Hist. n. 396.

Onobrychis viciaefolia. SCOP. Carn. 2. n. 918.

In pratis auf der Kapitelwiese passim: inter frutices in der Bürgerau abunde. Iunio, Iulio.

Caulis bipedalis, basi inclinatus, dein erectus, ramosus, angulatus. Folia alterna, pinnata, costa superne canaliculata, impare terminata: foliola elliptico-lanceolata, nervo in spinulam desinente. Stipulae coloratae, ovato-lanceolatae, aristatae. Flores in longo, nudo et striato pedunculo spicati. Bracteolae sub pedicellis lanceolatae, albae, persistentes. Corollae carinae vexillum reflexum, emarginatum, lineis saturatoribus pictum. Alae minutissimae, hamatae; carina longitudine vexilli. Legumen subrotundum, hirsutum, monospermum. Semen reniforme.

289. GALEGA.

Cal. dentibus subulatis, subaequalibus. *Legumen* striis obliquis, seminibus interiectis.

723. *Galega officinalis* leguminibus strictis, erectis; foliis lanceolatis, striatis, nudis. LINN. Syst. Veg. p. 679.

Galega foliis ellipticis; spinis et filiquis acutis. HALL. Hist. n. 394.

Infra vineas retro montem Calvariae passim: frequens ad viam inter *Büsing* et *Modern*; copiose in pratis subsyluestribus ad viam postalem *hinter dem Gelsenwirthshaus*. Iunio, Iulio.

Geißbranté. Ketzke Ruta.

Caulis bipedalis, erectus, ramosus, striatus, glaber. Folia alterna, pinnata: foliola parium 8--12 cum impari, glabra, striata, nervis ac margine subpilosa, inferiora emarginata, summa obtusa, mucrone lineam longo terminata. Stipulae sagittatae, lanceolatae, mucronatae. Pedunculi ex alis foliorum striati sustinent racemum floralem 4--5 unciis longum. Bracteolae subulatae ad pedicellorum basim. *Cal.* pallens, striatus, dente superiore caeteris longiore. Corollae vexillum pallide caeruleum, alis cum carina his longiore albidis. Antherae flavae. Siliqua uncialis, striata prodit e vagina staminifera persistente, rostro incurvo, tenuissimo terminata. Semina reniformia.

290. ASTRAGALVS.

Legumen biloculare, gibbum.

* *Caulibus foliosis, erectis; nec prostratis.*

724. *Astragalus alopecuroides* caulescens, spicis cylindricis subsessilibus; calycibus leguminibusque lanatis. LINN. Syst. Veg. p. 681.

Onobrychis pallido flore. CLVS. Pann. p. 754. 756.

In pratis et dumetis in der Bürgerau abunde. Maio, Junio.

Caulis cubitalis, erectus, ramosus, scaber. Foliola lineari-lanceolata, parium 10—13 cum impari. Ex alis foliorum prodit pedunculus fere semipedalis, spica florum cylindrica 3—4—vnciali terminatus. Calyces sessiles ex albo flavescentes, bracteola subulata suffulti, et pilis nigris sibi adpressis hirti. Corollae ochroleucae. Antherae crocae. Siliqua pilis albis hirta, canaliculata.

725. Astragalus *Onobrychis* caulescens, erectus, pubescens; flor. spicatis, vexillis duplo longioribus; stipulis solitariis. LINN. Syst. Veg. p. 681. JACQV. Austr. t. 38.

Onobrychis purpureo flore I. CLVS. Pann. p. 751. 752. Iuxta vias passim; frequens in montanis arenosis circa Theben. Junio, Julio.

Caules pede altiores, basi incuruati, dein erecti, striati, hirsuti. Foliola parium 12 cum impari, lineari-lanceolata, acuminata, sericeo villo hirta. Stipulae conicae, rubentes, brevissimae. Pedunculi ex alis foliorum erecti, rigidi, scabriusculi. Bracteolae lanceolatae. Cal. sessiles, hirsuti, rubentes. Corollae caeruleae vexillum lanceolatum, obtusum, calyce et carina duplo longius, marginibus reflexis. Alae submarginatae. Antherae croceo et nitente polline scatent.

***) *Caulibus foliosis, diffusis.*

726. Astragalus *Cicer* caulescens, prostratus; legumin. subglobosis, inflatis, mucronatis, pilosis. LINN. Syst. Veg. p. 682. JACQV. Austr. t. 251.

Astragalus caule ramoso, diffuso; spicis erectis; siliquis inflatis, rotundis, vngiculatis. HALL. Hist. n. 409.

In arenosis prope Danubium in der Bürgerau, abunde. Maio, Junio.

Tota planta pilosa. Caules herbacei, humiles, striati, subangulati. Folia alterna pinnata; foliola parium

12—14, cum impari, brevissime petiolata, oblonga, obtusa, integerrima, neruo in mucronem exeunte. Stipulae parvae, acutae, patentis et reflexae. Pedunculi axillares, striati, terminantur in spicam floralem oblongam. Flores sessiles. Calyx virens, pilis nigricantibus hirtus. Corollae ochroleucae. Legumen rotundum tumidum, hirsutum et inflatum.

727. *Astragalus glycyphyllos* caulescens, prostratus; legumin. subtriquetris, arcuatis; foliol. ovalibus pedunculo longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 682. SCOP. Carn. 2. n. 919.

Astragalus caule prostrato; fol. ovatis; scapis brevibus, racemosis; siliquis subtriquetris, incurvis. HALL. Hist. n. 413.

In dumetis bei dem Teufelsfessel; unter dem Kindsgraben. Maio, Iunio.

Caules 3—4—pedales, procumbentes, teretes, glabri, basi plerumque rubelli. Folia alterna, pinnata: foliola ovata, obtusa, 11—13. integerrima, inferne glaucescentia. Stipulae ovato-lanceolatae, acutae. Pedunculi ex alis foliorum teretiusculi, striati. Bracteolae calyce longiores, subulatae. Calyx viridis, glaber. Corollae ochroleucae vexillum apice bifidum, rigidum. Alae obtusae. Antherae flavae, globosae.

728. *Astragalus austriacus* caulescens, prostratus, glaber, striatus, debilis; foliolis sublinearibus, emarginatis; legumin. teretibus. MURRAY in LINN. Syst. Veg. p. 683. JACQV. Austr. t. 195.

Onobrychis subcaeruleo flore II. CLVS. Pann. p. 751. 753.

In aridis collibus supra Neufiedel am See; et supra Theben. Iunio.

Caules prostrati, striati, ramis erectis. Folia alterna, pinnata: foliola parium 7—8 cum impari, brevissime petiolata, linearia, emarginata. Stipulae subovatae, glabrae, integerrimae. Pedunculi alares, striati, foliis longiores. Flores minuti, pallide caerulei. Calyx virens, villosulus, compressus. Vexillum

xillum emarginatum vngue ex albo virente. Alae
spice bifidae. Carina alis brevior, rotundata. Le-
gumen teres.

291. TRIFOLIUM.

Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non
dehiscens, deciduum.

*) *Melilotus; leguminibus nudis, polyspermis.*

729. *Trifolium M. officinalis* leguminibus racemosis,
nudis, dispermis, rugosis, acutis; caule erecto.
LINN. Syst. Veg. p. 687. SCOP. Carn. 2. n. 935.

Melilotus filiquis racemosis, pendulis, rugosis, disper-
mis, acutis. HALL. Hist. n. 362.

β) Flore albo.

In pratis, agris, ad sepas et vias. β) copiose in sabulosis
in der Bürgerau. Iunio, Iulio.

Meloren; Sreinklee. Sárkerép; Sómkóró-fü; Nagy
Ló-here. Komonjk.

Officin. *Herba Meliloti.*

Caulis 2—3—pedalis, erectus, ramosus, subangulosus,
glaber. Folia alterna, petiolata: foliola lanceolata,
obtusa, serrulata, lateralia brevissime petiolata. Ad
basim petiolorum stipulae parvae, fetaceae. Flores
in pedunculis alaribus racemosi. Calyx tubulosus,
glaber. Vexillum ovatum, obtusum, lateribus re-
flexis; alae vexillo longiores; carina longitudine
alarum. Legumen calyce paulo maius, pendu-
lurn.

**) *Lotoidea; leguminibus rectis, polyspermis.*

730. *Trifolium hybridum* capitulis umbellaribus; le-
guminibus tetraspermis; caule ascendente. LINN.
Syst. Veg. p. 687.

Trifolium caulibus suberectis; specieis depressis: fili-
quis dispermis. HALL. Hist. n. 368.

In pratis et pomariis humidioribus. Iunio.

Caulis sesquipedalis, sulcatus, ramosus, basi decumbens, dein erectus. Folia alterna, petiolata: foliola subsessilia, ovalia, obtusa, striata, minutissime ferrulata. Stipulae lanceolatae, striatae. Pedunculi ex alis foliorum, striati. Flores in capitulo laxo penduli. Calyx striatus, dentibus apice incurvis. Corollae albae; vexillis carnis.

731. *Trifolium repens* capitulis umbellaribus; leguminibus tetraspermis, caule repente. LINN. Syst. Veg. p. 688. SCOP. Carn. 2. n. 934.

Trifolium caule repente; spicis depressis; siliquis tetraspermis. HALL. Hist. n. 367.

In pratis et pascuis ubique. Maio, Junio.

Caulis repens, palmaris, spithamalis, striatus, glaber, rubellus. Folia longe petiolata, suberecta: foliola obuerse cordata, ferrulata, glabra, frequenter in medio albo-maculata. Stipulae subrotundae, membranaceae, albae, mucronatae. Pedunculi petiolo longiores, striati. Flores in capitulum collecti, primo erecti, dein deflectuntur. Calyx albidus, striatus, glaber, dentibus viridibus. Corollae albae.

***) *Lagopoda*, calycibus villosis.

732. *Trifolium rubens* spicis villosis, longis, corollis monopetalis; caule erecto; fol. ferrulatis. LINN. Syst. Veg. p. 688. JACQV. Austr. t. 385. SCOP. Carn. 2. n. 925.

Trifolium foliis nervosis, ciliatis; spicis ovatis, obesis; calycinis denticulis plumosis: imo longissimo. HALL. Hist. n. 375.

Trifolii maioris tertiæ altera species. CLVS. Hist. II. p. 246.

Inter frutices in *Merzeln*; ubi dem *Thomasbrunn*, et ad margines sylvarum passim. Junio, Julio.

Caulis pede altior, erectus, teres, glaber, plerumque simplex. Folia alterna, petiolis vaginantibus: foliola longe lanceolata, venoso-striata, nervis et margine subpilosa, ferrata, denticulis incurvis et purpura suffusis. Stipulae magnae, lanceolatae, apice saepe

pe denticulatae. Flores in spicam subcylindricam, densam, caulem terminantem collecti. Calyx albicans, glaber, dentibus pilis patentibus fuscis ciliatis, infimo longitudine corollae suae purpureae, persistentis.

733. *Trifolium pratense* spicis globosis, subvillosis, cinctis stipulis oppositis membranaceis; corollis monopetalis. LINN. Syft. Veg. p. 668. SCOP. Carn. 2. n. 923.

Trifolium esule obliquo; fol. ovatis, hirsutis; supremis conjugatis; vaginis aristatis. HALL. Hist. n. 377.

In pratis vulgatissimum. Iunio.

Caulis erectus basi inclinatus, pedalis altior, angulatus, pilosus, scabriusculus. Folia alterna petiolis pubescentibus: foliola ovato-lanceolata, obtusa, pubescentia. Stipulae lanceolatae, striatae, florales ovatae, apice mucronatae, venis rubris pictae. Caulem terminat capitulum florum, sessile aut breviter pedunculatum. Calyx glaber, dentibus setaceis pilosis. Corollae purpureae.

734. *Trifolium alpestrè* spicis subglobosis, villosis, terminalibus; caule erecto; fol. lanceolatis, serrulatis. LINN. Syft. Veg. pag. 688. SCOP. Carn. 2. n. 924.

Trifolium foliis ovatis, nervosis supremis conjugatis; vaginis lanceolatis. HALL. Hist. n. 376.

Trifolium maius II. CLVS. Hist. II. p. 245.

In dumetis marginibusque sylvarum passim. Iunio.

Caulis pedalis altior, basi decumbens dein erectus, striatus, hirsutus. Folia alterna petiolis pubescentibus: foliola lanceolata, venoso-striata, ad lentem minutissime denticulata, superne glabra, inferne villosula. Stipulae omnes lanceolatae, pilosae, aristatae terminatae. Capitula floralia bina, ovalia, sessilia aut breviter pedunculata caulem terminant. Calyx albicans, nudus, striatus, dentibus subulatis, viridibus, pilosis. Corollae purpureae. Huic valde affinis est

735. *Trifolium flexuosum*. JACQV. Austr. t. 386.

Trifolium maius III. CLVS. Hist. II. p. 245.

Circa vineas retro arcem frequens; passim über dem Mazengrund. Junio.

Caulis fere pedalis, suberectus, striatus, ad omnia genicula flexuosus, villosulus. Folia ad genicula alterna petiolata; foliola ovato-lanceolata; obtusa, superne glabra, inferne villosula. Stipulae lanceolato-acuminatae, striatae, villosae, basi rubris lineis pictae. Spica terminalis, solitaria, subrotunda, elegans caulem terminat. Calycis tubus compressus, 10—striatus, ochroleucus, superne purpurascens: laciniis fetaceis, viridibus, pilosis; infima longitudine corollae monopetalae, purpureae. Legumen subovatum, glabrum, calyce tectum.

736. *Trifolium pannonicum* spicis villosis, longis; corollis monopetalis; foliis integerrimis cauleque erecto villosissimis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. pag. 688.

In pratis umbrosis bei den Landmühlen. Junio, Julio.

Caulis sesquipedalis basi inclinatus, dein erectus, teres, sulcatus, hirsutus, scaber, simplex et ramosus. Folia alterna, petiolata, vaginis striatis; foliola lanceolata, obtusa, integerrima, vtrinque villosa. Stipulae vnciam fere longae, lanceolato-subulatae, hirsutae. Flores in spicam densam, ovalem, caulem ramosque terminantem collecti. Calyces hirsutissimi, albidus, dentibus longitudine tubi corollae ochroleucæ, monopetalae. Legumen glabrum, calyce tectum.

737. *Trifolium aruense* spicis villosis, ovalibus; dentibus calycinis fetaceis; villosis, aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 689.

Trifolium caule ramoso; fol. lanceolatis, ferratis; spicis villosis, ovalibus. HALL. Hist. n. 373.

Trifolium corollis polypetalis, calyce minoribus; spicis cylindræis, villosis; caule dichotomo. SCOP. Carn. 1. p. 526. 2. n. 930.

In

In agris inter stipulas. Aestate.

Karzenkle. Ugorka nöszö-fü; Nyul-láb-fü.

Caulis palmaris, spithamalis, erectus, villosus, scaber, supra radicem iam in ramos diuiditur. Folia alterna, petiolata; foliola obuerse lanceolata, obtusa, apice ferrulata, ytrinque villosa. Stipulae longitudine petiolorum subulatae. Pedunculi alares, teretes, tomentosi. Spica densa, cylindrica, villosissima. Corollae calyce minores, albae.

****) *Lupulina vexillis corollae inflexis.*

738. *Trifolium montanum* spicis subimbricatis, subtribus; vexillis subulatis, emarcescentibus; calyc. nudis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. pag. 690. SCOP. Carn. 2. n. 932.

Trifolium caule erecto, paucifloro; fol. elliptico-lanceolatis, nervosis, subtus subhirsutis. HALL. Hist. n. 372.

Trifolium maius, albo flore. CLVS. Pann. pag. 760. 761.

In pratis et montibus ficioribus. Iulio, Augusto.

Caulis pedalis, altior, simplex, teres, striatus, pubescens. Folia inferiora longe petiolata, petiolis hirsutis, versus apicem caulis semper breuioribus: foliola lanceolata, nervosa, subtilissime ferrulata, subtus hirsuta. Stipulae lanceolato-subulatae, rubicundae, hirsutae. Spicae globosae 2—3. albae in pedunculis albo tomento incanis caulem terminant. Cal. dentes villosuli. Vexillum angustum, emarginatum, inflexum: Alae patentes: Carina minima.

739. *Trifolium agrarium* spicis ovalibus, imbricatis; vexillis deflexis persistentibus; calyc. nudis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. pag. 690. SCOP. Carn. 2. n. 931.

Trifolium caule erecto, spicis strepentibus, paucifloris. HALL. Hist. n. 364.

In agris et pratis arenosis, passim. Aestate.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, teres, inferne glaber, in summitate villosulus. Folia alterna, breviter petiolata: foliola subsessilia, elliptica, obtusa, striata, denticulata, glabra. Stipulae ovato-lanceolatae, mucronatae. Pedunculi alares, villosi. Spicae ovatae, laxae strepentes. Calyx glaber. Corollae flavae, vexillum ovatum, lineatum, margine ferrulatum.

740. *Trifolium procumbens* spicis ovalibus, imbricatis: vexillis deflexis persistentibus; caul. procumbentibus. LINN. Syst. Veg. p. 690.

Trifolium caulibus diffusis; spicis ovatis, strepentibus. HALL. Hist. n. 363.

In arenosis in *der Mühlau* ad Danubii ripas. Junio.

Caulis digitalis, palmaris, procumbens, ramis quaeversum diffusis; hirsutus, rubellus. Folia obverse ovata, obtusa, striata, ferrulata, cum stipulis ovato-lanceolatis, acuminatis glabra. Pedunculi tomentosi. Spicae ovales densiores maioresque ac in prior strepentes. Cal. glaber. Corollae flavae vexillum ferrulatum.

741. *Trifolium filiforme* spicis subimbricatis: vexillis deflexis, persistentibus. Calyc. pedicellatis; caul. procumbentibus. LINN. Syst. Veg. p. 690.

In pratis arenosis in *der Mühlau*. Junio.

Cauliculi digitales, palmares, tenuissimi, basi procumbentes, dein erecti, teretes, glabri. Folia alterna, subsessilia: foliola obverse cordata, emarginata, striata, denticulata, glabra. Stipulae ovatae, acuminatae, ciliatae. Pedunculi foliis alterum longiores, filiformes, teretes, pubescentes. Capitulum florale exiguum: flores pedicellati flui in inferioribus capitulis 15—20, in summis 6—8. numerantur, qui strepentes sunt.

292. LOTVS.

Cal. tubulosus, semiquinquefidus. Alae sursum longitudinaliter conniuentes. Filamenta apice dilatata. Legumen cylindricum, striatum.

*) *Leguminibus rarioribus nec capitulum constituentibus.*

742. *Lotus filiquosus* leguminibus solitariis, membranaceo-quadrangulis; caul. procumbentibus; fol. subtus pubescentibus. LINN. Syst. Veg. p. 691. JACQV. Austr. t. 361.

Lotus caule prostrato; scapis unifloris, filiquis alatis. HALL. Hist. n. 386.

Lotus filiquosus luteo flore. CLVS. Pann. p. 763.

In pratis in der *Bürgerau*, frequens. Maio, Junio.

Schorenklee. Bársony Borsóka; Bársony virág.

Caulis palmares, spithamales basi procumbunt, dein eriguntur, albicantes, hirsuti. Folia alterna, petiolata, ternata, inferiora ex cordato obverse ovata, obtusa: superiora elliptico-lanceolata, acuta: omnia mucrone terminata, superne glabra, nigrisque punctulis ad lentem adspersa; inferne sericeo villo tomentosa. Stipulae magnae, quatae, integrae ad petiolorum basim. Pedunculi alares 1—2 ad apicem caulis, uniflori. Calyx hirsutus superne purpurascens. Corollae luteae vexillum magnum, obtusum, patens; alae obtusae conniuentes, carina longiores. Legumen quadrangulum, membrana alatum.

**) *Pedunculis multifloris in capitulum collectis.*

743. *Lotus cornicularis* capitulis depressis; caul. decumbentibus; leguminibus cylindricis, patentibus. LINN. Syst. Veg. p. 692.

Lotus flor. umbellatis; filiquis cylindricis rectissimis. HALL. Hist. n. 385.

Variet. I. maior, magis erecta.

Lotus maior. SCOP. Carn. 2. n. 936.

Loti corniculatae maior species. I. BAVH. Hist.

II. p. 355.

In montanis inter frutices.

— 2. *humilis, magis prostrata.*

Lotus corniculatus. SCOP. Carn. 2. n. 937.

Lotus corniculata, glabra, minor. I. BAVH.
Hist. II. p. 355.

In pratis vbiq. Maio.

Caulis prostratus aut erectus, angulatus, glaber. Folia ternata, obverse lanceolata, mucronata, villosula. Stipulae ovatae, acutae. Flores, in capitulum caulem ramosque terminans collecti, pedicellati, deflexi. Calyx villosus. Corollae flavae vexillum exsiccando virefcit.

744. Lotus *Dorycnium* capitulis aphyllis; fol. sessilibus, quinatis. LINN. Syst. Veg. p. 692.

Dorycnium pentaphyllum. SCOP. Carn. 2. n. 939.
HALL. Hist. n. 384.

Dorycnium hispanicum. CLVS. Hist. I. p. 100.

In pratis trans Danubium *auf der Kapitelwiese*. Maio, Junio.

Caules pedales, cespitosi, erecti, teretes, pubescentes, ramosi. Folia sessilia, infima ternata, obtusa, superiora quinata, acuta; omnia lanceolata, mucrone terminata, albo villo incana. Flores pedicellati in capitulum collecti. Calyx villosus dentibus purpurascens. Corollae albae alae lateraliter tumore ovali praeditae. Carina apice sanguinea.

293. MEDICAGO.

Legumen compressum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens.

745. *Medicago falcata* pedunculis racemosis, legumin. lunatis; caule prostrato. LINN. Syst. Veg. p. 693.

Medica

Medica fol. oblongis, ferratis; filiquis semilunaribus racemosis. HALL. Hist. n. 387. SCOP. Carn. 2. n. 941.

Medica luteo flore. CLVS. Pann. p. 758. 759.

In pratis montanis et accliuatibus *bei Kaltenbrunn*. Aestate.

Caules cespitosi sesqui- et bipedales, procumbentes, summitatem versus erecti, teretes, glabri. Folia alterna, ternata, petiolata, lanceolata, truncata, apice minutissime denticulata, nervo in mucronem denticulis longiorem exeunte. Stipulae ovato lanceolatae, pilosae. Flores in pedunculis alaribus, pilosis, racemosi; pedicelli villosi suffulciuntur bracteolis subulatis, albis, hirsutis. Corollae flavae. Siliquae falcatae leuiter pubescentes.

746. *Medicago lupulina* spicis ovalibus; leguminibus reniformibus, monospermis; caulibus procumbentibus. LINN. Syst. Veg. p. 693,

Medica caule diffuso; capitulis hemisphaericis; filiquis reniformibus. HALL. Hist. n. 380. SCOP. Carn. 2. n. 940.

In agris pratisque ficcis et sabulosis. Aestate.

Caules basi procumbentes, dein erecti, ramosi, tetragonni, pubescentes. Folia alterna, petiolata; foliola ternata ex ovali rotundata, superne ferrulata, vtrinque pubescentia. Stipulae ovatae, acuminatae, villosae. Pedunculi alares, pubescentes, gerunt spicam florum ovalem, imbricatam. Bractae minimae, setaceae ad pedicellorum basim. Corollae luteae, paruae. Legumen rugosum monospermum.

747. *Medicago minima* caule diffuso; stipulis integris; leguminibus ternatis, cochleatis; aculeis vncinatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 729.

Medicago polymorpha legumin. cochleatis; stipulis dentatis; caule diffuso. LINN. Syst. Veg. p. 693. *Variet. λ minima* legumin. cochleatis; aculeis vncinatis alternis externe donatis, stipulis integris. LINN. Syst. Veg. p. 694.

Ad fabulosas Danubii ripas, et in pratis siccioribus passim. Maio, Junio.

Schneckenklee. Tſiga Borſóka.

Caulis palmaris, semipedalis, angulosus, ramosus, pubescens, ex incano viridis. Folia alterna; foliola subrotunda, inferiora apice serrulata, summa integra; omnia vtrinque villosa. Stipulae cordato-lanceolatae, integrae. Pedunculi alares gerunt capitulum florum subrotundum. Cal. brevissime pedicellatus, pubescens. Corollae exiguae, flavae. Legumen pilis vncinatis hirtum.

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

294. HYPERICVM.

Cal. 5—partitus. *Petala* 5. *Filamenta* multa in 5. phalanges basi connata. *Capsulae* locula tot quot styli.

748. *Hypericum quadrangulare* floribus trigynis; caule quadrato, herbaceo. LINN. Syst. Veg. pag. 701. SCOP. Carn. 2. n. 943.

Hypericum caule quadrangulati; foliis ovatis, perforatis, punctatis. HALL. Hist. n. 1038.

In vdis nemoribus in der Bruck- und Engerau. Junio, Julio.

Caulis pede altior, erectus, tetragonus, glaber, angulis angustissime alatis. Folia coniugata, sessilia, ovata, obtusa, integerrima, glabra, punctata nec perforata. Flores in corymbis caulem ramosque terminantibus. Calyces glabri extus punctis nigricantibus adspersi. Petala flava. Filamenta flava. Antherae subrotundae, vno latere nigro puncto notatae.

749. *Hypericum perforatum* flor. trigynis, caule ancipiti; fol. obtusis, pellucido-punctatis. LINN. Syst. Veg. p. 701. SCOP. Carn. 2. n. 944.

Hypericum caule terete, alato, ramosissimo; fol. ovatis, perforatis. HALL. Hist. n. 1037.

In

In collibus sicioribus marginibusque agrorum. Maio, Junio.

Iohanniskraut. Orbántz-fü; Csengö virág. Swatolanska Zelina; Cserweny Swonc'ek.

Officin. Herba, Flores *Hyperici*.

Caulis cubitalis, erectus, teres, glaber, ramosissimus, in singulo latere linea eleuata ex basi foliorum decurrente instructus. Folia coniugata, sessilia, oblongo-ouata, obtusa, glabra, nervosa, punctis ad lumen transparentibus notata. Flores in dichotomia ramorum solitarii, flauis. Calycina segmenta lanceolata, integerrima, versus apicem extus nigropunctata. Petala ouata, vno latere subabscissa, altero denticulata, basi externe lineis, apice vero punctis nigris variegata. Filamenta et antherae flauae. Stigmata sanguinea.

750. *Hypericum montanum* flor. trigynis; calyc. ferrato-glandulosis; caule tereti, erecto; fol. ouatis, glabris. LINN. Syst. Veg. p. 701.

Hypericum fol. ouatis, per oram punctatis; calyc. lanceolatis, ferratis, glanduligeris. HALL. Hist. n. 1042.

In dumetis circa riuos *bei den Landmühlen*, et in syluis *unter dem Gensenberg*. Iunio, Iulio.

Caulis cubitalis, erectus, teres, glaber. Folia coniugata, sessilia, oblongo-ouata, obtusa, glaberrima, margine inferne nigro-punctata, pagina ad lentem punctis transparentibus. Corymbus florum caulem terminat. Pedunculi aequae ac calycina segmenta margine stipitatas, nigras ac splendentes glandulas gerunt. Petala flaua. Filamenta subulata cum antheris subrotundis flaua.

751. *Hypericum hirsutum* flor. trigynis; calyc. ferrato-glandulosis; caule tereti, erecto; fol. ouatis, subpubescentibus. LINN. Syst. Veg. pag. 702. SCOR. Carn. 2. n. 945.

Hypericum fol. ovatis, hirsutis, calycibus lanceolatis, ferratis, glanduligeris. HALL. Hist. n. 1043.

Cum priore. Iunio, Julio.

Caulis pedalis, cubitalis, erectus, ramosus, hirsutus. Folia opposita, ovato-lanceolata, obtusa, integerrima, utrinque pubescentia, ad lentem punctis suppelicidibus notata. Panicula florum caulem terminat. Glandulae stipitatae, nigricantes in margine segmentorum calycis. Petala flava, integra, apice glandula nigra terminantur. Filamenta subulata cum antheris subrotundis flava.

 Classis XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

a) *Semiflosculosi, corollis omnibus ligulatis.*

295. TRAGOPOGON.

Cal. simplex: laciniis basi coalitis. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus, plumosus.

752. *Tragopogon pratense* calycibus corollae radium aequantibus: foliis integris, strictis. LINN. Syft. Veg. p. 709. SCOP. Carn. 2. n. 946.

Tragopogon foliis gramineis, carinatis amplexicaulis, caudatis, subcrispis; calyce flori aequali. HALL. Hist. n. 8.

In pratis et pomariis vbique. Maio.

Bockbart; Süßling. Bak Szakály; Kakuk pogátfa.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, geniculatus, glaber, ramosus. Folia carinata, amplexicaulia, ex lata basi sensim angustiora et quasi cirrho terminata, integerrima, oris undulatis. Calyx cylindricus corollae radiis aequalis. Pedunculi longi, uniflori, caulem ramosque terminant. Semiflosculi flavi.

753. *Tragopogon maius* calyc. corollae radio longioribus; fol. integris, strictis; pedunc. superne incrassatis; corollulis ad apicem rotundatis. LINN. Syft. Veg. p. 710. JACQV. Austr. t. 29.

Ad margines fylvarum circa *Blumenau* et ad vias *am Wiener Weg*. Iunio.

Biennis. Totā lactescit. Radix fusiformis, albida. Folia ex glauco virentia, striata, ex basi lanceolata ensiformia euadunt, neruo dorsali plerumque carinato. In alis vt plurimum exigua portio lanæ albidae habetur, quæ tracto deorsum folio in conspectum prodit. Caulis et rami teretes, nitidi et inanes superne in pedunculos valde incrassantur. Calyx constat foliolis fere 13, acuminatis, petalis ad vnam tertiam partem semper longior. Corollulae striatae flauent. Antherae fuscescunt. Pappus albus. Semina aspera. JACQV.

754. *Tragopogon dubium* caulibus vni-floris: calycibus flore longioribus; semiflosculis sulphureis. SCOP. Carn. 2. n. 947.

In vineis desertis sabulosis *im Kindsgraben*, rarius; frequens in vineis supra *Modern*. Iunio.

Caulis pedalis et sesquipedalis, simplex, vni-florus, erectus, teres, geniculatus, striatus, glaber. Folia alterna, semiamplexicaulia, inferne lætiora, dein angustissima, carinata, glabra, basi intus ad caulem lanæ alba prædita. Pedunculi apice incrassati. Calycina segmenta sesquiunciam longa; semiflosculi vix vnciales angusti, sulphurei, apice denticulati. Pappus albus. Semina aspera.

Trag. pratense LINN. male determinatum, aut novum. JACQV. in *Litt.*

296. SCORZONERA.

Recept. nudum. Cal. imbricatus: squamis margine scariosis. Pappus sessilis, plumosus.

755. *Scorzonera humilis* caule subnudo, vni-floro; foliis lato-lanceolatis, nervosis, planis. LINN. Syst. Veg. p. 710. JACQV. Austr. t. 36. SCOP. Carn. 2. n. 948.

Scorzonera humilis latifolia. CLVS. Pann. p. 635. 636.

In pratis humidiusculis *unter dem Pazenhäusel* rara.
Maio.

Caulis semipedalis, simplex, uniflorus, striatus, ad basim foliis 1—2. alternis, linearibus instructus, basi et apice albo tomento incanus. Folia radicalia ovato-lanceolata, acuta, nervosa, glabra, apice callo nigricante terminata, petiolis basi lanatis. Squamae calycinae apice fuscescunt. Semiflosculi 5—dentati, flavi: radii inferne croceis lineis picti.

756. *Scorzonera parviflora* caul. ramosis; fol. lineari-ensiformibus integris; radio corollae brevissimo. JACQV. in LINN. Syst. Veg. pag. 710. Anstr. tab. 305.

In pratis subudis circa *Neusiedel am See* iam defloratam inuenj. Julio.

Tota planta glabra est. Radix lacte flavescente amaro turgida emittit caules basi procumbentes, dein erectos, pedales, striatos, vno aliove ramulo instructos. Folia radicalia lanceolata, nervosa, integerrima: caulina, linearia, amplexicaulia, canaliculata. Ramuli ex alis foliorum erecti, uniflori. Squamae calycinae 15, glandula fusca terminatae. Corollae flavae parvae. JACQV.

757. *Scorzonera hispanica* caule ramoso; fol. amplexicaulibus integris, ferrulatis. LINN. Syst. Veg. p. 711. SCOP. Carn. 2. n. 951.

Scorzonera latifolia sinuata. C. BAVH. P. p. 275.

In accliuatibus herbidis *bei der Bucklischen Mühle*.
Maio.

Skorzonerwurz. *Scorzonera*.

Officin. *Radix Scorzonerae*.

Caulis pedalis, versus apicem ramosus, valde foliosus; ramis unifloris corymbum constituentibus. Folia lato-lanceolata, in longam contortamque caudam elongata, undulata, margine ad lentem tenuissime ferrulata, basi cum internodiis caulinis lanata. Squamae calycinae imae cordatae, acuminatae, marginibus lanatis. Semiflosculi flavi. Antherae fuscescentes.

758. *Scorzonera graminifolia* fol. lineari-ensiformibus, integris, carinatis. LINN. Syst. Veg. p. 711.?

In collibus bei der Bucklischen Mühle non frequens. Maio.

Caulis pedalis, erectus, foliosus, striatus, glaber. Folia radicalia in cespitem congesta, angustissima, convoluta quasi, ad semipedem longa, basi tomentosa: caulina his similia, basi latiuscula, cauli alternatim insident. Pedunculi 3, uniflori ex summitate caulis, lateralibus intermedio longioribus: nudi aut unico foliolo instructi, apice parum incrassati. Calyx basi plus minus tomentosus, squamis lanceolatis, minoribus apice rubicundis, obtusis. Corollae pallide flavae, angustissimae. Semen sulcatum, terminatum fetis fuscescentibus, plumis albis villosis.

759. *Scorzonera purpurea* fol. lineari-subulatis, integris, canaliculato-triquetris; pedunculis cylindricis. LINN. Syst. Veg. p. 711. JACQV. Austr. t. 35. SCOP. Carn. 2. n. 949.

Scorzonera angustifolia subcaeruleo flore quinta. CLVS. Pann. p. 638. 639.

Ad marginem agri im Lerchenfeld bei der Bleiche semel reperi. Circa Stampfen CLVSIVS. Maio.

Caulis pedalis, altior, simplex et ramosus, striatus, glaber. Folia triquetro-carinata, glabra, semipedem longa: radicalia vaginis striatis, lanatis, caulem cingunt. Pedunculi subfoliosi. Flores dilute purpurascentes.

760. *Scorzonera laciniata* fol. linearibus, dentatis, acutis; caule erecto; calyc. squamis patulo-mucronatis. LINN. Syst. Veg. pag. 711. JACQV. Austr. tab. 356.

Scorzonera caule folioso, ramofo; foliis angustissimis: imis rariter semipinnatis, superioribus linearibus, lanceolatis. HALL. Hist. n. 12.

In pratis siccioribus, ad vias et circa muros. Iunio.

Caulis pedalis, erectus, ramosus, angulosus, pubescens. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina alterna: omnia in lacinias angustas oppositas et alternas diui-

In pratis humidiusculis *unter dem Pazenhäufel* rara. Maio.

Caulis semipedalis, simplex, uniflorus, striatus, ad basim foliis 1—2. alternis, linearibus instructus, basi et apice albo tomento incanus. Folia radicalia ovato-lanceolata, acuta, nervosa, glabra, apice callo nigricante terminata, petiolis basi lanatis. Squamae calycinae apice fufcescunt. Semiflosculi 5—dentati, flavi: radii inferne croceis lineis picti.

756. *Scorzonera parviflora* caul. ramosis; fol. lineari-ensiformibus integris; radio corollae brevissimo. JACQV. in LINN. Syst. Veg. pag. 710. Auftr. tab. 305.

In pratis subudis circa *Neufiedel am See* iam defloratam inueni. Iulio.

Tota planta glabra est. Radix lacte flavescente amaro turgida emittit caules basi procumbentes, dein erectos, pedales, striatos, vno aliove ramulo instructos. Folia radicalia lanceolata, nervosa, integerrima: caulina, linearia, amplexicaulia, canaliculata. Ramuli ex alis foliorum erecti, uniflori. Squamae calycinae 15, glandula fusca terminatae. Corollae flavae parvae. JACQV.

757. *Scorzonera hispanica* caule ramoso; fol. amplexicaulibus integris, ferrulatis. LINN. Syst. Veg. p. 711. SCOP. Carn. 2. n. 951.

Scorzonera latifolia sinuata. C. BAVH. P. p. 275.

In accliuatibus herbidis *bei der Bucklischen Mühle*. Maio.

Caulis sesqui- et bipedalis, erectus, simplex aut vnicò ramulo instructus, sulcatus, infra medium rariter spinosulus, versus apicem villo arachnoideo tectus. Folia longe lanceolata, acuta, vtrinque nuda, margine rariter dentata et spinuloso-ciliata: infima sessilia, superiora parum per caulem decurrunt. Caulem ramumque, si adest, terminat capitulum sat magnum, subrotundum. Squamae calycinae virides molli et nigricante spinula terminatae, margineque lana arachnoidea vestitae. Corollae dilute purpureae. Pappus plumosus.

***) *Foliis sessilibus.*

807. *Carduus eriophorus* fol. sessilibus, bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis; calyc. globosis, villosis. LINN. Syst. Veg. pag. 726. JACQV. Austr. tab. 171.

Cirsium fol. pinnatis, pinnis bilobis, lanceolatis, spinosis; calycibus tomentosis, sphaericis, spinosis. HALL. Hist. n. 168.

Carduus eriocephalus. CLVS. Pann. p. 666. 667.

In montanis sterilioribus inter frutices. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, 4—5—pedalis, sulcatus, tomentosus. Folia alterna, amplexicaulia, pinnatifida, laciniis lanceolatis, diuaticis, nervis validis apice basique aculeatis; superne pilis rigidis aspera, inferne alba mollique lanugine obducta. Capitula sphaerica inter squamas calycinas copiosam albamque lanam gerunt. Corollae purpureae.

808. *Carduus acaulis* calyce glabro. LINN. Syst. Veg. p. 727.

Cirsium floribus acaulis. HALL. Hist. n. 178. SCOP. Carn. 2. n. 1010.

Carlina minor purpureo flore. CLVS. Hist. 2. p. 156.
Ad margines agrorum in Insula Schürr, non frequens.
Iulio.

Caulis fere nullus. Folia radicalia in cespitem congesta et super terram expansa, pinnatifida, pinnis incis, margine spinosis. Capitulum florale sat magnum, squamis ouatis, glabris, spinula molli inflexa terminatis. Corollae purpureae. Pappus plumosus.

313. CNICVS.

Cal. ouatus, obuallatus bracteis: imbricatus squamis ramofo-spinosis. *Corollulae* aequales.

809. *Cnicus oleraceus* foliis pinnatifidis, carinatis, nudis; bracteis concavis, integris, subcoloratis. LINN. Syft. Veg. p. 727.

Cirsium fol. ciliatis, amplexicaulibus, inermibus, flores comprehendentibus. HALL. Hist. n. 173.

In pratis vdis et circa riuos. Iunio, Iulio.

Wasserdistel. Halovány Szin Szelid Tövis.

Caulis 3—4—pedalis, erectus, teres, striatus, glaber. Folia lanceolata: radicalia in petiolum decurrentia, basi pinnatifida, superne denticulata; caulina amplexicaulis, pinnatifida, segmentis sursum erectis, vtrinque glabra, margine spinulis mollibus ciliata. Capitula 1—3 in apice caulis, subsessilia, cinguntur bracteis flauescentibus. Flores ochroleuci.

314. ONOPORDVM.

Recept. favosum. *Cal.* squamae mucronatae. *Pappus* sessilis, simplex.

810. *Onopordum Acanthium* calycibus squarrosis: squamis patentibus; foliis ouato-oblongis, sinuatis. LINN. Syft. Veg. p. 728.

Onopordon caule alato; fol. ouatis, dentatis; dentibus angulosis, aristatis. HALL. Hist. n. 159.

Acanthos Spina. SCOP. Carn. 2. n. 1013.

In ruderatis, ad sepes et vias vbique. Iulio, Augusto.

Weisse Bergdistel. Fejér hatú Tövis; Szöszös Bogáts-Kőró.

Tota planta tomentosa ex canescente virens. Caulis 3—1—pedalis, erectus, angulosus, cum ramis alternis vndique a foliis decurrentibus alatus. Folia ampla, alterna, ovata, acumine terminata, margine cum alis sinuato-dentata, dentibus spinosis. Caulem ramosque terminant capitula solitaria. Calyx subrotundus constat squamis viridibus, subulatis, glabris, pungentibus. Corollae purpureae.

315. CARLINA.

Recept. paleaceum. *Cal.* radiatus squamis marginalibus longis, coloratis, nitidis. *Pappus* plumosus.

811. *Carlina acaulis* caule vniifloro flore breuiore.

LINN. Syst. Veg. pag. 728. SCOP. Carn. 2. n. 1014.

HALL. Hist. n. 183.

In pascuis montanis sub M. Calvariae circa *Thomasbrunn.* Iulio, Augusto.

Eberwurz. Bába Kaláts; Disznó. Tövis. Bile Pumpawa.

Officin. Radix *Carlinae.*

Caulis vncialis et breuior, tomentosus, sustinet capitulum florale triuncialis fere diametri, squamis radium constituentibus linearibus, ochroleucis, argenteoque nitore splendentibus. Discus albus. Folia radicalia rosacee super terram expansa, vtrinque incana, pinnatifida, laciniis decurrentibus, inciso-dentatis, spinosis.

812. *Carlina vulgaris* caule multifloro corymboso;

flor. terminalibus; calyc. radio albo. LINN. Syst. Veg. p. 729.

Carlina fol. imis semipinnatis: pinnis angulosis, spinosis, superioribus ovato-lanceolatis, amplexicaulibus; calycinis herbaceis, ciliatis. HALL. Hist. n. 182.

In aridis apricis, et in aggeribus lapidum inter vineas.
Iulio.

Caulis erectus 1—2—pedalis, teres, ex viridi rubellus, tomentosus, apice in ramos 2—3 diuisus. Folia alternatim per caulem sparsa, sessilia, laete viridia, splendentia, inferne pallidiora, sinuato-denticulata, spinosula. Rami supra caulem prominent, terminanturque cum eodem capitulis florum sesquiancialis diametri. Squamae radii nitentes albae aut pallide flauae. Discus luteus.

c) *Discoidei.*

316. BIDENS.

Recept. paleaceum. Cal. imbricatus basi radiis patentibus cinctus. Cor. flosculo vno alteroue radiante instruitur. Pappus aristis erectis, scabris.

813. *Bidens tripartita* foliis trifidis; calycibus subfoliosis; seminibus erectis. LINN. Syst. Veg. pag. 732. SCOP. Carn. 2. n. 1090.

Bidens fol. petiolatis, trilobatis et quinquelobatis, serratis; flor. circumvallatis. HALL. Hist. n. 121.

In inundatis fossisque viarum frequens. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, glaber, ad genicula purpurascens. Folia opposita; infima quinque-superiora tripartita, laciniis lanceolatis, dentatis, denticulis sursum directis, mucronatis. Flores in pedunculis tenuibus erecti, flauis.

814. *Bidens minima* fol. lanceolatis sessilibus; floribus seminibusque erectis. LINN. Syst. Veg. p. 732.

In fossis *bei dem Thomasbrunn.*

Caulis vix spithamalis, simplex, erectus, teres, plerumque vniflorus. Folia opposita, lanceolata, in petiolum decurrentia. Flores minuti, flauis.

815. *Bidens cernua* fol. lanceolatis, amplexicaulibus; flor. cernuis; femin. erectis. LINN. Syst. Veg. p. 732. SCOP. Carn. 2. n. 1089.

Bidens fol. sessilibus ferratis; flor. nutantibus circumvallatis. HALL. Hist. n. 120.

β) *Coreopsis Bidens* fol. lanceolatis, ferratis, oppositis, amplexicaulibus. LINN. Syst. Veg. p. 782.

In fossis, paludibus, aquosisque locis vbique; β) in aquosis *bei dem Thomasbrunn*; copiose ad fluvium *Leyta zu StraßSommerein*. Iulio, Augusto.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, teres, sulcatus, glaber, geniculatus. Rami oppositi. Folia opposita, connato-sessilia, patentia, dentibus angustis sursum directis circumferrata. Pedunculi ex caulis ramorumque apicibus vniflori. Flores flauis absque radio, post florescentiam nutantes.

In β) ligulae aureae in radio sunt, ouatae, obtusae.

317. EUPATORIUM.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus oblongus. *Srylus* semibifidus, longus. *Pappus* plumosus.

816. *Eupatorium cannabinum* foliis digitatis. LINN. Syst. Veg. p. 736. SCOP. Carn. 2. n. 1054.

Eupatorium fol. ouato-lanceolatis, tripteris. HALL. Hist. n. 136.

In sepibus vinearum *bei dem heiligen Brunn*; copiose in salicetis *in der Bruckau*. Iulio, Augusto.

Hirschkle; *Hirschgünsel*, *Vizi Kender*; *Vizi Gyopár-Starček*.

Caulis 4—6—pedalis, erectus, obtuse tetragonus, plerumque rubellus, hirsutus. Folia opposita, quinata et ternata, ouato-lanceolata, acuta, ferrata, vtrinque hirsuta, inferne pallida. Flores corymbosi caulem ramosque terminant. Calyces 5—flori, squamis rubellis. Corollae purpurascentes, 5—fidae.

318. CHRYSOCOMA.

Recept. nudum. *Cal.* hemisphaericus, imbricatus.
Stylus vix flosculis longior. *Pappus* simplex.

817. *Chrysocoma Linosyris* herbacea, foliis linearibus glabris; calycibus laxis. LINN. Syst. Veg. pag. 740.
 HALL. Hist. n. 144.

Osyris austriaca. CLVS. Pann. p. 310. 311.

In montanis inter frutices et ad margines sylvarum abunde. Iulio, Augusto.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, teres, striatus, apice in ramos corymbosae diuiditur. Folia linearia, sessilia, acuta, inordinate et dense per caulem sparsa. Flores aurei, corymbosi caulem terminant. Calycinae squamae lineares, patulae. Flosculi 5—fidi, tubulosi.

POLYGAMIA SUPERFLVA.

a) *Discoides*.

319. TANACETUM.

Recept. convexum, nudum. *Cal.* imbricatus, hemisphaericus. *Floris* hermaphroditi corolla 5—fida, feminei 3—fida. *Pappus* submarginatus.

818. *Tanacetum vulgare* foliis bipinnatis, incisis, serratis. LINN. Syst. Veg. pag. 742. SCOP. Carn. 2. n. 1031.

Tanacetum fol. pinnatis, pinnis semipinnatis, acute dentatis. HALL. Hist. n. 132.

In dumetis insularum Danubii, abunde. Iulio, Augusto.

Rheinfarren. Varadits; Geleszta-virág. Wratyc'.

Officin. Herba, Flores, Semen *Tanaceti*.

Caulis erectus, 3—4—pedalis, angulosus, glaber. Folia alterna, amplexicaulia, pinnata, segmentis lanceola-

ceolatis, pinnatifidis. Flores in apice caulis ramorumque corymbosi, flavi. Calycis squamae virides, margine albicante. Corollulae tubulosae.

320. ARTEMISIA.

Recept. subvillosum vel nudum. Cal. imbricatus squamis rotundatis, conniuentibus. Cor. radii nullae. Pappus nullus.

*) *Procumbens ante florescentiam.*

819. *Artemisia campestris* foliis multifidis, linearibus; caulibus procumbentibus, virgatis. LINN. Syst. Veg. p. 743. SCOP. Carn. 2. n. 1037.

Artemisia caulibus procumbentibus; fol. primis fericeis, adultis viridibus, pinnatis: pinnis multifidis lanceolatis. HALL. Hist. n. 131.

In argillofis ad vias montanas passim; frequens in arvis bei der Apponyischen Mühle. Augusto.

Besenkraut; wilde Stabwurz. Mezei Tzipros; Mezei Seprü-fü.

Odorata. Caules basi procumbentes versus apicem eriguntur, teretes, purpurascens, glabri. Rami alternatim sparsi. Folia iuniora caluescunt, adulta viridia, pinnato-multifida, pinnulis angustissimis 3—5-fidis. Caulem ramosque terminant racemi florum subsecundi. Pedicelli uniflori, subnutantes. Flores flosculosi.

**) *Erectae, herbaceae, foliis compositis.*

820. *Artemisia pontica* fol. multipartitis subtus tomentosis; flor. subtrotundis, nutantibus: receptaculo nudo. LINN. Syst. Veg. p. 744. JACQV. Austr. t. 99.

Artemisia fol. duplicato-pinnatis; pinnulis parallelis tomentosis. HALL. Hist. n. 129.

In apricis collibus beim Neusiedel am See, et supra Theben. Iulio, Augusto.

Römischer Wermuth; Frauenwermuth. Bárány Üröm. Panenský Polyňek.

Officin.

Officin. Herba *Absynthii romani*.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, teres, pubescens; ramis alternis: Folia alterna, duplicato-pinnata, pinnulis linearibus, acutis, integris aut denticulo instructis; nervis canaliculatis: superne incana, inferne sericeo alboque villosa. Flores in ramis ex alis foliorum solitarii aut fasciculati paniculam constituunt.

821. *Artemisia Absinthium* fol. compositis, multifidis; flor. subglobosis, pendulis: receptaculo villosa. LINN. Syst. Veg. p. 744. SCOP. Carn. 2. n. 1035.

Artemisia fol. incanis, pinnatis; pinnis bilobis; flor. ex alis pendulis, in spicis heteromalis. HALL. Hist. n. 124.

In ruderatis, campis sterilibus, ad sepes et iuxta vias. Augusto.

Wermuth. Fejér Üröm. Polynek.

Officin. Herba cum floribus *Absynthii*.

Tota planta incana. Caulis erectus, ramosus, 3—4—pedalis, teres, striatus. Folia alterna, pinnata; pinnis bi- et trifidis, segmentis inaequalibus integris, aut vno alteroue denticulo instructis. Pedunculi in racemis simplices gerunt flores flavos, secundos, nuntantes.

822. *Artemisia vulgaris* fol. pinnatifidis, planis, incisifis, subtus tomentosis; racemis simplicibus recurvatis; flor. radio quinquefloro. LINN. Syst. Veg. pag. 744. SCOP. Carn. 2. n. 1033.

Artemisia fol. pinnatis inferne tomentosis; pinnis acute dentatis; spica paniculata, erecta. HALL. Hist. n. 130.

In dumetis, ruderatis, ad sepes et vias, vbique. Iulio, Augusto.

Beifuß. Fekete Üröm. Czernobyl.

Officin. Herba *Artemisiae*.

Caulis 4 et 6—pedalis, erectus, sulcatus, villosus. Folia alterna, sessilia, pinnulis parvis caulem amplectentia, pinnatifida; segmentis inciso-dentatis, dentibus acutis; superne laete viridia, inferne albo tomento

mento incana. Flores in summitate caulis in racemulis ex alis foliorum prodeuntibus. Calyces sessiles, uati, tomentosi.

321. GNAPHALIUM.

Recept. nudum. Cal. imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, scariosis, coloratis. Pappus plumosus.

*) *Chrysocomum.*

823. *Gnaphalium arenarium* herbaceum, foliis lanceolatis: inferioribus obtusis; corymbo composito; caulibus simplicissimis. LINN. Syst. Veg. p. 747. *Stoechas citrina germanica, latiore folio.* I. BAVH. Hist. III. p. 153.

In aridis sterilibus circa M. Calvariae; frequens in sabulosis in der Bruckau bei dem Damm. Iunio, Iulio. *Gelbe Strohblumen.* Sárga Gyopár. Pleiniwca.

Tota planta albo-tomentosa. Caulis simplex, palmaris et pedalis, erectus. Folia radicalia obverte-lanceolata, obtusa; caulina lineari-lanceolata, obtusa, marginibus reflexis, per caulem sparsa eique accumbentia. Corymbus florum conexus caulem terminat. Squamae calycinae citrinae, nitentes. Flosculi aurantii. Pappus citrinus.

**) *Argyrocomum.*

824. *Gnaphalium dioicum* sarmentis procumbentibus; caule simplicissimo; corymbo simplici; flor. diuisis. LINN. Syst. Veg. p. 748. SCOP. Carn. 2. n. 1044.

Filago flagellis reptans; texu distincta; flosculis omnibus androgynis. HALL. Hist. n. 157.

In apricis aridisque montibus vbique. Maio, Iunio.

Karzenpfote. Parlagi Gyopár; Hölgyinal; Drágulob; Kis Egér fülfü.

Radix repens sarmenta emittit plura super terram reptantia, foliosa. Caulis simplex, erectus, palmaris et semipedalis albo, denso mollique tomento incanus.

Folia

Folia radicalia obverse lanceolata; caulina lineari-lanceolata; superne viridia, pubescentia, inferne albo-tomentosa. Floris hermaphroditi calyx ovatus, squamis ovalibus, albis; antherae ferrugineae: *feminei* cal. cylindricus, squamis lanceolatis, rubellis.

***) *Filaginoidea.*

325. *Gnaphalium sylvaticum*, caule herbaceo, simplicissimo, erecto; flor. sparsis. LINN. Syst. Veg. pag. 749.

Gnaphalium caule simplici; pedunculis lateralibus, multifloris; fol. semiamplexicaulis, lanceolato-linearibus. SCOP. Carn. 1. p. 367. 2. n. 1046. t. 56.

Filago fol. linearibus; alis spiciferis. HALL. Hist. n. 148.

In sylvis frequens. Iunio, Iulio.

Caulis pedalis, simplex, rarius ramosus, albo-tomentosus. Folia lineari-lanceolata, semiamplexicaulis, inferne albo tomento incana. Pedunculi in alis foliorum 4—6. aggregati, brevissimi. Squamae calycinae virentes, apice ferrugineae.

326. *Gnaphalium uliginosum* caule herbaceo, ramoso, diffuso; flor. confertis, terminalibus. LINN. Syst. Veg. p. 749. SCOP. Carn. 2. n. 1049.

Filago caule ramosissimo, diffuso; umbella sessili, terminatrice. HALL. Hist. n. 151.

Ad fossas marginesque agrorum *bei Ratschdorf*. Iulio.

Caulis palmaris et spithamalis ad radicem statim ramosus, ramis diffusis; copioso, denso alboque tomento incanus. Folia lineari-lanceolata, vtrinque leviter tomentosa. Capitula floralia 5—7, in glomerem congesta caulem ramosque terminant. Squamae calycinae fulcescentes, nitidae.

322. XERANTHEMVM.

Recept. paleaceum. *Cal.* imbricatus: squamis interioribus maioribus, coloratis, radium mentientibus.

Pappus setaceus.

827. *Xeranthemum annuum* herbaceum; foliis lanceolatis, patentibus. LINN. Syft. Veg. p. 749. JACQV. Austr. t. 388. HALL. Hist. n. 122. SCOP. Carn. 2. n. 1096.

Parmica austriaca. CLVS. Pann. p. 548. 549.

In ruderatis iuxta Danubium et in montanis passim. Iulio.

Blaue Strohblumen.

Caulis erectus, 1—2—pedalis, ramosus, angulosus, tomentosus. Folia alterna, sessilia, lanceolata, vtrinque lanuginosa. Rami sulcati, uniflori. Calycis squamae inferiores ouatae, obtusae, nitentes; radii lanceolatae, pallide caeruleae.

b) R a d i a t i.

323. CONYZA.

Recept. nudum. *Cal.* cylindricus, imbricatus, squamis rectis. *Cor.* radii trifidae, disci quinquefidae. *Pappus* simplex.

828. *Conyza squarrosa* foliis lanceolatis, acutis; caule herbaceo, corymbofo; calycibus squarrosis. LINN. Syft. Veg. p. 752. SCOP. Carn. 2. n. 1053.

Conyza fol. ovato-lanceolatis, rariter ferratis; floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 135.

In herbidis *im Kindsgraben*; in dumetis *in der Bruck- und Bürgerau*. Iunio, Iulio.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, angulosus, villosus, ex rubello viridis, ramis alternis. Folia alterna, sessilia, ovato-lanceolata, vtrinque villosula, margine rariter ac minutissime denticulata. Flores in apice caulis ramorumque corymbofo-fasciculati. Calyci-

A a

nae

nae squamae ex rubro-spadiceae, interiores rectae, exteriores apice reflexae. Flosculi flavi.

324. ERIGERON.

Recept. nudum. *Cal.* cylindricus, imbricatus squamis tenuibus, erectis. *Cor.* radii lineares, angustissimae. *Pappus* pilosus.

829. *Erigeron canadense* caule floribusque paniculatis, hirtis; foliis lanceolatis, ciliatis. LINN. Syst. Veg. p. 754. HALL. Hist. n. 84.

Erigeron racemis lateralibus; fol. imis lanceolatis, dentatis; superioribus linearibus, ciliatis. SCOP. Carn. 2. n. 1060.

Vbique vulgatissimum. Aestate.

Caulis 1—2—pedalis, erectus; villosus, scaber, sulcatus. Folia alternatim per caulem sparsa, infima lanceolata, superiora linearia, acuta, omnia utrinque villosula, margine ciliata. Flores in apice caulis in longa panicula digesti. Pedunculi solitarii, foliolo subulato suffulti. Ligulae radii setaceae; flosculi disci 4—5—fidi, flavescentes.

830. *Erigeron acre* pedunculis alternis unifloris. LINN. Syst. Veg. p. 754.

Erigeron caule alterne ramoso: petiolis unifloris; semiflosculis pappum aequantibus. HALL. Hist. n. 85.

In arvis montibusque sterilibus. Iunio, Julio.

Caulis pedalis, angulosus, rebellus, hirsutus, scaber. Folia alterna, sessilia, lanceolata. Pedunculi uniflori, hirsuti, ex alis foliorum paniculam laxam constituent, atque aut nudi sunt, aut vno alterove foliolo subulato instruuntur. Calycinae squamae purpurascetes, villosae. Semiflosculi rubelli. Pappus albus.

325. TUSFILAGO.

Recept. nudum. *Cal.* cylindricus: squamis aequalibus discum aequantibus, submembranaceis.
Pappus simplex.

831. *Tussilago Farfara* scapo unifloro, imbricato; foliis subcordatis, angulatis, denticulatis. LINN. Syst. Veg. p. 755. SCOP. Carn. 2. n. 1059.

Petasites scapo unifloro; flore radiato. HALL. Hist. n. 143.

In argillosis ad vias montanas *bei Blumenau*, Martio.

Huflattich. Marti-Lapu; Kis édes Lapu; Ló Körömfü. Podbel; Bodbyl.

Officin. Radix, Herba, Flores *Tussilaginis* s. *Farfarae*. Scapus digitalis, palmaris, aphyllus, uniflorus, albotomentosus, tectus squamis imbricatis, lanceolatis, obtusis, atro-viridibus. Post florescentiam folia prodeunt longe petiolata, ex ovato aut subrotundo cordata, angulata, denticulata, superne laete viridia, glabra: inferne albo tomento incana. Calycinae squamae parallelae, basi aliquot minoribus suffultae. Semiflosculi flavi radium constituunt.

832. *Tussilago Petasites* thyrsu ovato; flosculis feminis nudis, paucis. LINN. Syst. Veg. p. 756.

Petasites floribus dense spicatis; flosculis androgynis. HALL. Hist. n. 138.

In humidis in *Steinsätzen unter dem Gelsenberg*. Aprili.

Pestlenzwurz. Nagy édes-Lapu; Kalap-fü. Konfike Kopyto.

Officin. Radix *Petasitidis*.

Scapus ante folia verno tempore prodit pedalis, striatus, villosus, tectus squamis longe lanceolatis, basi denticulo vno alteroue instructis. Flores in racemum ovatum congesti scapum terminant, pedunculis unifloris, hirsutis. Flosculi albi. Folia ampla, cordata, angulata, denticulata, superne viridia, glabra; inferne alba lanugine pubescentia.

326. SENECIO.

Recept. nudum. Cal. cylindricus: squamulis minoribus basi adpressis; omnibus apice sphacellatis.

Pappus simplex.

*) *Floribus flosculosis.*

833. *Senecio vulgaris* corollis nudis; foliis pinnato-finuatis, amplexicaulibus; floribus sparsis. LINN. Syst. Veg. p. 756. SCOP. Carn. 2. n. 1063. HALL. Hist. n. 58.

In cultis et ruderatis vbique. A primo vere in autumnum vsque florens.

Kreuzkraut. Rontó-fü; Ággó-fü; Kereszt-fü; Szös-zös-fü.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, ramosus, angulosus, villosulus. Folia alterna, amplexicaulia, pinnatifida, pinnis vna in aliam decurrentibus, intermedia minore, vtrinque laete viridia, glabra. Pedunculi ad caulis ramorumque apicem congesti, tomentosi. Squamulae ad basim calycis adpressae, lanceolato-fubulatae. Flosculi flauí.

**) *Floribus radiatis: radio reuolutò*

834. *Senecio viscosus* coroll. reuolutis; fol. pinnatifidis viscidis; squamis calycinis laxis longitudine perianthii. LINN. Syst. Veg. p. 757.

Senecio fol. viscidis, pinnatis: pinnis semipinnatis, angulosis; calycibus hirsutis. HALL. Hist. n. 60.

Iacobaea pannonica mollior. CLVS. Pann. p. 572.

In ruderatis humidis *bei dem Steinbruch* circa *Thomasbrunn*, et in subsyluestribus. Iunio, Iulio.

Præcedenti valde similis; sed tota planta viscida est mollique hirsutie gaudet.

835. *Senecio sylvaricus* coroll. reuolutis; fol. pinnatifidis, denticulatis; caule corymbose, erecto. LINN. Syst. Veg. p. 757.

Senecio fol. pinnatis: pinnis alterne maioribus, semipinnatis, angulosis; calycibus laevibus; radiis brevissimis, revolutis. HALL. Hist. n. 59.

In sylvis caeduis passim. Iunio, Julio.

Caulis —2—pedalis, erectus, striatus, hirsutus. Folia alterna, amplexicauli-fessilia, pinnatifida; pinnis alternis maioribus. Corymbus florum terminalis. Pedicelli pubescentes, subnutantes. Squamae calycinae inferiores 3—4 arte calyci adpressae. Semiflosculi radii 8—10, minimi, flavi.

***) *Floribus radiatis: radio patente; fol. pinnatifidis.*

836. Senecio *erucifolius* coroll. radiantibus; fol. pinnatifidis, dentatis, subhirtis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 757.

Iacobaea altissima, foliis Erucae Artemisiae similibus et aemulis. RVPP. IEN. Edit. HALLERI p. 176.

Iuxta vias et in earum fossis passim. Iunio, Julio.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, ramosus, sulcatus, villosus. Folia alterna, amplexicauli-fessilia, pinnatifida, segmentis incis; vtrinque incana et subhirsuta. Rami ramosi et corymbose terminantur pedunculis squamulosis. Cal. ovatus squamis apice rubellis. Squamulae ad basim adpressae. Semiflosculi radii pallide flavi.

837. Senecio *Iacobaea* coroll. radiantibus; fol. pinnatolyratis: laciniis lacinulatis; caule erecto. LINN. Syst. Veg. p. 758. SCOP. Carn. 2. n. 1072.

Senecio fol. lineatis, pinnatis: pinnis dentatis, extrema maxima. HALL. Hist. n. 62.

In pratis nemorosis, sylvis, ad fossas et vias; multiformis. Aestate.

Caulis erectus, 2—4 pedes altus, viridis aut rubellus, striatus, arachnoideo villo pubescens. Folia alterna, fessilia, basi pinnatifida, laciniis dentatis; lobo extremo maximo, ovato-oblongo, ferrato aut inciso, segmentis dentatis. Flores in apice caulis corymbose.

bofi. Pedunculi vniflori, tomentofi. Squamae calycinae margine albae. Ligulae citrinae.

838. *Senecio tenuifolius* coroll. radiantibus; fol. omnibus pinnatis, pinnis linearibus; pedunculis corymbosis; caule erecto. JACQV. in LINN. Syst. Veg. pag. 758. Austr. t. 278.

Ad margines fylvarum. Septembri, Octobri.

Caulis simplex, erectus, 2—3—pedalis, teres, striato-angulatus, rubellus, arachnoideo villo subincanus, apice in ramos corymbosos diuisus. Folia alterna, vtrinque glabra, infima saepe oblongo-ouata, obtusa, incisa, segmentis dentatis, in petiolum decurrentia: caetera amplexicauli-fessilia, pinnata, pinnis sublinearibus, acutis, per costam decurrentibus, integris, aut vno alteroue denticulo instructis, neruo subtus protuberante, margineque reuolutis. Pedunculi plus minus squamulosi. Calycinae squamae virides, apicibus pallide rubris, glabris; squamulae ad basim adpressae. Flores flauī. Ligulae radii 12—13, lineatae, patentissimae, apice denticulatae.

****) *Floribus radiatis: radio patente; fol. indivisis.*

839. *Senecio paludosus* coroll. radiantibus; fol. ensiformibus, acute ferratis, subtus subuillofis; caule stricto. LINN. Syst. Veg. p. 758.

Senecio fol. linearibus, ferratis; floribus vmbellatis. HALL. Hist. n. 66.

In salicetis et paludibus *in der alten Au.* Iunio, Iulio.

Caulis 3—4—pedalis, immo humanae saepe altitudinis, erectus, sulcatus, glaber. Folia alterna, fessilia, sursum erecta, digito longiora, lineari-lanceolata, argute dentata, superne splendidentia, glabra, subtus albo tomento incana. Pedunculi ramosi, subuillofi, basi foliolo lanceolato suffulti in apice caulis corymbum speciosum efformant. Calycinae squamae glabrae aut subuillofae. Flores citrini. Ligulae radii tridentatae.

840. *Senecio faracenicus* coroll. radiantibus, flor. corymbosis; fol. lanceolatis, ferratis, glabriusculis. LINN. Syst. Veg. pag. 758. SCQP. Carn. 2. n. 1070. JACQV. Austr. t. 186.

Senecio fol. lanceolatis, ferratis, glabris; floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 65.

In dumetis ac syluis caeduis. Iulio, Augusto.

Heidnisch Wundkrauz. Aranyos Istáp-fü. Pohansky-Trank.

Officin. Herba *Consolidae faracenicæ*.

Caulis erectus, 2—3—pedalis, sulcato-angulatus, glaber, apice in ramos diuiditur. Folia alterna, infima petiolata, superiora sessilia; lanceolata, acuta, ferrata, utrinque glabra. Flores in corymbo flauis. Pedunculi villosuli. Cal. cylindricus, glaber, saepe etiam pubescens. Semiflosculi radii 5—8.

841. *Senecio Doria* coroll. radiantibus; flor. corymbosis; fol. subdecurrentibus, nudis, lanceolatis, denticulatis, superioribus sensim minoribus. LINN. Syst. Veg. p. 758. JACQV. Austr. t. 185.

In pratis in der Pötschen et Bürgerau. Iulio, Augusto.

Caulis 2—3—pedalis, erectus, striatus, glaber, apice in ramos diuiditur. Folia crassa, glaucescentia et ad tactum pinguis; radicalia ouato-lanceolata in longum petiolum decurrentia; caulina sessilia, ouata, obiter denticulata, saepius undulata, apice in caudam contortam elongata. Pedunculi ramosi squamulis angustis instructi sunt. Calyx conicus ex viridi flauescens. Semiflosculi plerumque 5, rarius 6—8. frequenter reflexi, saturate flauis. Flosculi lutei.

327. ASTER.

Recept. nudum. Cal. imbricatus, subhemisphaericus, squamis inferioribus patulis. Cor. radii plures 10. Pappus simplex.

*) *Herbacei, integrifolii; pedunculis nudis.*

842. *Aster Tripolium* foliis lanceolatis, integerrimis, carnosis, glabris; ramis inaequatis; floribus corymbosis. LINN. Syst. Veg. pag. 761. SCOP. Carn. 2. n. 1076.

In pratis vdis beim Neusiedel am See, Iulio,

Caulis erectus, 1—2—pedalis, valde ramosus, ramis inferioribus longioribus; sulcatus, glaber. Folia alterna, lineari-lanceolata, succulenta, glabra. Rami corymbosi terminantur pedunculis ramosis, 1—2—phyllis, unisloris. Cal. hemisphaericus, Squamae calycinae ovatae, obtusae, spadiceae. Ligulae radii angustae, caeruleae. Discus flavus.

843. *Aster Amellus* fol. lanceolatis, obtusis, scabris, trineruis, integris; pedunc. nudiusculis, corymbosis; squamis calycinis obtusis. LINN. Syst. Veg. pag. 761. SCOP. Carn. 2. n. 1077. JACQV. Austr. t. 425.

Aster caule folioso; fol. scabris, ciliatis, lanceolatis, obtusis; calycis squamis ovatis, ciliatis. HALL, Hist. n. 83.

In fruticeto in monte Caluariae, Iulio, Augusto.

Sternblume. Kék Tillag-virág.

Caulis pede altior, erectus, ramosus, teres, striatus, scaber. Folia infima ovato-lanceolata in petiolum decurrentia; caulina alternatim sparsa, sessilia, lanceolata, mucrone breui terminata; omnia scabriuscula et subtus pubescentia. Pedunculi alares, corymbosi, subfoliosi, unislori. Cal. hemisphaericus, squamis inferioribus pubescentibus, laxis et patentibus. Ligulae radii violaceae; flosculi disci flavi. Stigmata clauata.

**) *Her-*

***) *Herbaceus, integrifolius; pedunculis squamatis.*

844. *Aster acris* fol. lanceolato-linearibus, strictis, integerrimis, planis; flor. corymbosis, fastigiatis; pedunc. foliosis. LINN. Syst. Veg. p. 761.

In herbidijs nemorosis, et in sabulosis in der Bruckau. Iulio.

Caulis erectus, 1—2—pedalis, villosulus, teres, striato angulatus, angulis pallentibus. Folia inordinate in caule sessilia sunt, lanceolata, obtusa, mucrone brevissimo terminata, integerrima, ad lentem utrinque pilis raris et adpressis villosula. Pedunculi hirsuti, ramosi, fasciculatim terminant ramos corymbosos foliososque. Squamae calycinae lanceolatae, albae. Ligulae radii angustissimae, albae. Discus flavescens.

****) *Herbaceus, serratifolius; pedunculis laevibus.*

845. *Aster annuus* fol. lanceolatis: inferioribus crenatis; caule corymbofo; pedunculis nudis; calyc. hemisphaericis. LINN. Syst. Veg. p. 762.

In umbrosis circa ambulacra in der Bruckau. Iunio, Iulio.

Caulis pede altior, erectus, striatus, hirsutus. Folia inordinate per caulem sparsa, sessilia, ovato-lanceolata, ab apice ad medium vsque serrata: summa linearia, integerrima; omnia utrinque hirsuta. Pedunculi in apice caulis corymbosi, hirsuti, nudi aut foliolo unico instructi. Cal. hemisphaericus squamis lanceolatis, subpilosis. Ligulae radii ex albo caeruleo lescentes. Discus flavus.

328. SOLIDAGO.

Recept. nudum. Cal. imbricatus squamis conniuentibus. Cor. radii circiter 5—10, remotae. Pappus simplex.

846. *Solidago Virgaurea* caule subflexuoso, angulato; racemis paniculatis, erectis, confertis. LINN. Syft. Veg. p. 764.

Solidago caule anguloso, hirsuto; fol. ovato-lanceolatis, dentatis; racemis multifloris, congestis. HALL. Hist. n. 69.

Doria Virgaurea. scor. Carn. 2. n. 1087.

In dumetis, sylvarum pascuis marginibusque. Iulio, Augusto.

Heidnisch Wundkraut. Aranyas Iftap-fü. Veres gyül-rü-fü.

Officin. *Herba Virgaureae* f. *Consolidae saraceniçae.*

Caulis erectus, 2—3—pedalis, teres, angulosus, viridis et rubellus, glaber. Folia alterna, inferiora in petiolum decurrentia, summa sessilia; omnia lanceolata, acuta, serrata, vtrinque glabra, neruo venisque pilis ferrugineis subhirsuta. Racemi florum alares, densi, contigui, paniculam floralem longam, caulem terminantem efformant. Ligulae radii 6—8. flavae. Discus flavus.

329. CINERARIA.

Recept. nudum. Cal. simplex, polyphyllus, aequalis. Pappus simplex.

847. *Cineraria integrifolia* β . *pratensis* floribus umbellatis, foliis subintegris, radicalibus basi sensim angustatis. MURR. in LINN. Syft. Veg. p. 765.

Cineraria alpina, γ . *integrifolia.* JACQV. Austr. tab. 180.

Iacobaea pannonica folio non laciniato. CLVS. Pann. p. 573. 574.

In pratis insularum Danubii frequens. Maio.

Radix

Radix fibrosa. Caulis sesquipedalis, angulosus, basi angulisque fusco-ruber, lanuginoso-tomentosus. Folia radicalia ovata basim versus sensim angustantur; caulina inferiora ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia rariterque denticulata; superiora sessilia, lineari-lanceolata, margine integerrimo, reflexo: omnia incana arachnoideoque villo pubescentia. Pedunculi 6—10 in apice caulis umbellam constituunt. Cal. cylindricus. Semiflosculi radii 12, lineares, tridentati, flavi, flosculi 5—fidi, saturate flavi.

330. INULA.

Recept. nudum. *Antherae* basi in setas duas desinentes. *Pappus* simplex.

848. *Inula Oculi Christi* foliis amplexicaulibus, oblongis, integris, hirsutis; caule piloso, corymboso. LINN. Syst. Veg. p. 766. JACQV. Austr. t. 223.

Conyza tertia pannonica. CLVS. Pann. p. 525.

In apricis montanis versus *Theben*. Iunio, Julio.

Tota densa, albo, nitenteque villo hirta. Caulis pede altior, erectus, teres. Folia longe lanceolata, acuta, integerrima: ima in petiolum alatum decurrentia; superiora amplexicauli-sessilia. Pedunculi 1—4, corymbosi. Calyx villosus et incanus. Corollae flavae.

849. *Inula brisannica* fol. amplexicaulibus lanceolatis, serratis, distinctis, subtus villosis; caule ramoso, erecto, villoso. LINN. Syst. Veg. p. 766.

Conyza aquatica, asteris flore aureo. C. BAVH. P. pag. 266.

In inundatis et circa fossas. in der Pötschen. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, 1—2—pedalis, viridis et rubellus, striatus, hirsutus. Folia alterna, amplexicauli-sessilia, lanceolata, obtusa, rariter et minute serrata, inferne villosa, vtrinque tuberculis scabra. Rami in apice caulis ramosi, corymbosi, foliosi, pedunculia unifloris terminantur. Calycis hemisphaerici squa-

mae

mae subulatae, villosulae, interiores rectae, exteriores patulae aut reflexae. Corollae flavae; radii angustissimae.

850. *Inula dysenterica* fol. amplexicaulibus, cordato-oblongis; caule villoso, paniculato; squamis calycinis fetaceis. LINN. Syst. Veg. p. 766.

Aster foliis amplexicaulibus, undulatis, subtus tomentosis. HALL. Hist. n. 79.

Conyza tertia vulgaris. CLVS. Pann. p. 526.

In humidis in der alten Au. Julio,

Caulis pedalis et altior, teres, erectus, lanuginosus. Folia amplexicaulia, lanceolata, undulata, obscure serrata, superne viridia, inferne albo tomento canescentia. Rami ramosi, corymbosi, foliosi, caule longiores paniculam fere efformant. Pedunculi teretes, tomentosi, uniflori. Calyx hemisphaericus, incanus, villosus: squamis fetaceis, exterioribus reflexis. Semiflosculi radii citrini, filiformes, Discus luteus.

851. *Inula pulicaria* fol. amplexicaulibus, undulatis; caule prostrato; flor. subglobosis; radio brevissimo. LINN. Syst. Veg. p. 766.

Aster foliis amplexicaulibus, undulatis, hirsutis; radiis brevissimis. HALL. Hist. n. 80.

In gramineis vdis iuxta vias, in paludibus et fossis. Iulio.

Caules spithamales, pedales, procumbentes, albo-tomentosi, ramis erectis. Folia oblonga, amplexicauli sessilia, undulata, pubescentia. Calyx hemisphaericus, tomentosus, squamis fetaceis. Ligulae radii brevissimae, cum disco flavae.

852. *Inula falicina* fol. lanceolatis, recurvis, serrato scabris; ramis angulatis; flor. inferioribus altioribus. LINN. Syst. Veg. p. 767.

Aster fol. glabris, ciliatis, ovatis, venosis. HALL. Hist. n. 76.

Aster pannonicus II. falicis folio. CLVS. Pann. p. 529. 530.

In pratis ficcioribus in den *Wißmuthen*, passimque iuxta vias. Iunio, Iulio.

Caulis pedalis, altior, erectus, simplex et ramosus, sulcatus, viridis et rubellus, glaber. Folia alterna, sessilia, semiamplexicaulia, lanceolata, glabra, margine tenuissime serrulata scabra, infernè nitentia. Pedunculi in apice caulis 1—4. uniflori. Calyx imbricatus squamis lanceolatis, externis maioribus. Ligulae radii angustae, cum disco flavae.

853. *Inula hirta* fol. sessilibus, lanceolatis, recurvis, subserrato scabris; caule teretiusculo, subpiloso; flor. inferioribus altioribus. LINN. Syst. Veg. p. 767. JACQV. Austr. t. 358.

After fol. ovatis, venosis, scabris, hirsutis. HALL. Hist. n. 75.

After hirtus. scop. Carn. 2. n. 1082. t. 58.

After pannonicus subhirsuto salicis folio. CLVS. Pann. p. 529. 530.

In montibus inter frutices passim. Iulio.

Tota lanugine subrufa hirta. Caulis purpurascens, erectus, pedalis, angulosus, plerumque simplex et uniflorus. Folia alterna, semiamplexicaulia, lanceolata, acuta, rigida, rariter denticulata, venosa. Calycinae squamae patentes, lanceolatae, exterioribus maioribus, ciliatae. Semiflosculi apice bi- et tridentati, cum disco flavi.

854. *Inula germanica* fol. sessilibus, lanceolatis, recurvis, scabris; flor. subsalsiculata. LINN. Syst. Veg. p. 767. JACQV. Austr. t. 134.

In montosis apricis bei der *Schwarzöhrlischen Mühle*. Iulio.

Caulis pedalis, simplex, erectus, teres, hirsutus. Folia lanceolata, alternatim sparsa, sessilia, subtus reticulato-venosa, vtrinque pubescentia, margine rariter denticulata. Pedunculi in summitate caulis in corymbum conferti flores gerunt flavos, odoratos. Calyx cylindricus duplicibus constat squamis: anteriores lanceolatae, erectae, apice recurvo, punctoque

que nigricante notatae; interiores lineares, nitidae, submembranaceae.

855. *Inula ensifolia* fol. sessilibus, linearibus, acuminatis, nervosis, glabris, sparsis; caule subunisfloro. LINN. Syft. Veg. p. 767. JACQV. Austr. t. 162.

Aster ensifolius. SCOP. Carn. 2. n. 1084.

Aster angustifolius pannonicus. CLVS. Pann. pag. 531. cum figura mala.

In desertis vinetis über dem Zuckermandel frequens, in montanis inter frutices passim. Julio.

Caulis pedalis, erectus, simplex, unisflorus, striatus, pubescens. Folia multa alternatim sparsa, graminea, acuta, utrinque glabra, margine ad lentem pilosula.

Cal. patens hemisphaericus, squamis lanceolatis, albis longisque pilis hirtis. Corollae flavae.

331. BELLIS.

Recept. nudum, conicum. Cal. hemisphaericus, squamis aequalibus. Sem. ovata, compressa. Pappus nullus.

856. *Bellis perennis* scapo nudo. LINN. Syft. Veg. pag. 770. HALL. Hist. n. 93. SCOP. Carn. 2. n. 1039.

In pratis et pascuis vbique. Martio, Aprili.

Ruckerl. Gänjeblumen. Kitzin Nadály virág.

Officin. Flores *Bellidis minores*.

332. CHRYSANTHEMVM.

Recept. nudum, convexum. Cal. hemisphaericus, imbricatus: squamis marginalibus membranaceis. Pappus marginatus.

857. *Chrysanthemum Leucanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis; superne serratis, inferne dentatis. LINN. Syft. Veg. p. 772.

Matricaria fol. radicalibus petiolatis, ovatis, crenatis; caulinis amplexicaulibus, dentatis. HALL. Hist. n. 98.

Matri-

Matricaria fol. simplicibus, amplexiculis; receptaculis conuexis. scop. Carn. 1. p. 373. 2. n. 1041.
In pratis, pomariis, pascuis et syluis. Iunio, Iulio.

Kalbsauge. Ökör Szem-virág; Kurva virág.

Caulis bipedalis, cubitalis, simplex et ramosus, angulatus, villosulus. Folia glabra, ima in perfolium decurrentia, qui basi pinnatifida caulem ambiunt, tuperne crenata; superiora sessilia, inciso-dentata, apice latiore crenato. Caulem ramosque terminat pedunculus sulcatus, vniiflorus. Calycis hemisphaerici squamae lanceolatae, obtusae, margine nigricantes. Ligulae radii albae, tridentatae, styliis croceis gaudent. Discus flavus.

858. *Chrysanthemum montanum* fol. imis spatulato-lanceolatis, ferratis: summis linearibus. LINN. Syst. Veg. p. 772.

Bellis montana minor. I. BAVH. Hist. III. p. 115.

In umbrosis montanis et subsyluestribus, passim. Iunio.

Caulis 1—2—pedalis, erectus, teres, striatus, lanuginosus, vniiflorus. Folia ima spatulaeformia, in perfolium basi denticulatum decurrentia, ferrata, dentibus obtusis; superiora lanceolata, acute ferrata; summa linearis subintegra; omnia vtrinque hirsuta. Calycis hemisphaerici squamae ovato-lanceolatae, obtusae, margine membranaceo, albo laceroque cinctae. Ligulae radii oblongo-ovatae, albae, emarginatae. Discus flavus.

859. *Chrysanthemum inodorum* fol. pinnatis, multifidis; caule ramoso, diffuso. LINN. Syst. Veg. pag. 772.

Chamaemelum inodorum, seu cotula non foetida. I. BAVH. Hist. III. p. 120.

In sabulosis ad Danubium *in der Bruckau*. Iulio.

Caulis pedalis, altior, erectus, teres, glaber, basi plerumque rubellus. Folia alterna, pinnata, pinnis multifidis, pinnulis linearibus, angustissimis, acutis. Rami ad apicem caulis 4—5. alterni, foliosi, apice parum incrassati, vno flore terminantur. Ligulae radii

dii 17—24, albae, tridentatae, dentibus conuergentibus. Corollulae disci flavae, 5—fidae. Receptaculum primo planum, dein conuexum. Semina fusca membrana albida coronantur.

860. *Chrysanthemum corymbosum* fol. pinnatis, inciso-ferratis; caule multifloro. LINN. Syst. Veg. p. 772. JACQV. Austr. t. 379.

Pyrethrum fol. pinnatis: pinnis semipinnatis, acute dentatis; floribus umbellatis. HALL. Hist. n. 95.

Tanacetum inodorum I. CLVS. Pann. p. 550.

In fyluis et dumetis montanis vbique. Iunio, Iulio.

Caulis cubitalis, simplex, erectus, angulatus, villosulus. Folia alterna, pinnata: pinnis lanceolatis, pinnatifidis; segmentis acute dentatis, mucronatis; glabra, costa vniuersali canaliculata, subpilosa. Pedunculi in apice caulis alternatim corymbosi, subnudi, uniflori. Calycis arcte imbricati squamae virides, margine nigricante. Ligulae radii albae, tridentatae, apicibus reflexis, denticulis obtusis. Discus flavus. Semen coronatum membranula denticulata.

333. MATRICARIA.

Recept. conuexum, nudum. Cal. hemisphaericus, imbricatus: squamis marginalibus solidis, acutiusculis. Pappus nullus.

861. *Matricaria Parthenium* foliis compositis, planis: foliolis ouatis, incisus; pedunculis ramosis. LINN. Syst. Veg. p. 774.

Matricaria fol. pinnatis, pinnis semipinnatis; lacinulis obtusis; flor. umbellatis. HALL. Hist. n. 100.

In ruderatis et ad sepes hortorum. Iunio, Iulio.

Mutterkraut. Mádra-fü. Rz'imbaba.

Officin. Herba *Matricariae*.

Caulis pedalis, altior, erectus, teres, sulcatus, glaber.

Folia alterna, pinnatifida; pinnis denuo pinnatifidis, summis confluentibus, segmentis ultimis dentatis; vtrinque subpubescentia, petiolata. Rami ex alis folio-

foliorum ramosi, corymbosi. Pedunculi pubescentes, uniflori. Calycis hemisphaerici squamae virides. Ligulae radii minutae, albae. Discus flavus.

862. *Matricaria suaveolens* receptaculis conicis; radiis deflexis; squamis calycinis margine aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 774. LEYSER. Fl. Hal. 2.

In argillofis unter der Hohenei. Iunio, Iulio.

A subsequente differt suaveolentia maiori et ligulis radii, etiam meridiano sole reflexis.

863. *Matricaria Chamomilla* recept. conicis; radiis patentibus; squamis calycinis margine aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 774. SCOP. Carn. 2. n. 1042.

Matricaria fol. planis, capillaribus, fol. duplicatopinnatis, pinnulis lanceolatis bifidis trifidisque. HALL. Hist. n. 101.

Ad vias, sepes et in agris vbique. Iunio, Iulio.

Feldkamillen. Mezei-Szék-fü. Polnj Hermanček.

Officin. Flores *Chamomillae vulgaris*.

Caulis pedalis, erectus, teres, striatus, glaber. Folia alterna, bipinnata: pinnis alternis, multifidis; laciniis angustis et fere setaceis. Rami in apice caulis ex alis foliorum. Pedunculi sulcati, glabri. Calycis hemisphaerici squamae lanceolatae, margine membranaceae. Ligulae radii albae, apice tridentatae, meridiano sole patentibus sunt, mane et vesperi vero reflectuntur. Receptaculum ouatum.

334. ANTHEMIS.

Recept. paleaceum. Cal. hemisphaericus, subaequalis. Flosculi radii plures quam 5. Pappus nullus.

*) Radio discolore seu albo.

864. *Anthemis arvensis* receptaculis conicis: paleis setaceis; seminibus coronato-marginatis. LINN. Syst. Veg. p. 776. SCOP. Carn. 2. n. 1091.

Chamaemelum foliis glabris, duplicato-pinnatis, nervo foliaceo; pinnulis lanceolatis; feminibus laevibus. HALL. Hist. n. 103.

In arvis et inter segetes. Maio, Junio.

Tota planta subpubescens. Caulis pedalis, striatus, statim supra radicem ramosus. Folia bipinnata, segmentis multifidis, acutis. Caulis ramique terminantur pedunculis unifloris, teretibus, striatis. Calycis hemisphaerici squamae margine albae, pubescentes. Ligulae radii apice tridentatae, tubo flavescente et pubescente. Flosculi disci flavi. Paleae lanceolatae, albae, splendentes.

865. *Anthemis austriaca* receptaculis conicis: paleis oblongis, mucronatis; feminibus nudis; fol. bipinnatis, lanuginoso-villosis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 776. Austr. t. 444.

Inter segetes, in arvis et ad vias frequens.

Tota lanuginoso-villosa. Caulis plerumque simplex, teres, vix pedalis, superne in ramos paniculatus. Folia sessilia, crassiuscula, bipinnata: foliola linearia, mucronata, sessilia, integerrima, ad lentem albide ciliata. Pedunculi uniflori caulem et ramos terminant. Calycis hemisphaerici squamae pilosae. Radii ligulae 16—18, albae, ellipticae, apice tridentatae, denticulo medio minimo; ungues flavescentes. Corollae disci flavae, 5-fidae. Paleae membranaceae, diaphanae, mucronatae. Receptaculum primo planum, dein conicum. Odor florum *Matricariae* fere similis est.

866. *Anthemis Corula* receptaculis conicis: paleis fetaceis; feminibus nudis. LINN. Syst. Veg. pag. 776. SCOP. Carn. 2. n. 1092.

Chamaemelum fol. glabris, duplicato-pinnatis, nervo foliaceo: pinnulis lanceolatis; feminibus exasperatis. HALL. Hist. n. 104.

In ruderalis et iuxta vias. Junio.

Hundsillen. Eb Kapor; Büdöske.

Caulis pedalis, erectus, basi saepe rubicundus, teres, striatus, glaber. Folia glabra, duplicato-pinnata, pin-

pinnis alternis, multifidis, pinnulis angustissimis. Pedunculi ex continuatione caulis ramorumque vni-
flori. Calycinae squamae subpubescentes, margine
membranaceo, albo et lacero. Ligulae radii striat-
tae, tridentatae. Paleae fetaceae, albae, parum su-
pra flosculos flavos prominent.

**) *Radio concolore f. luteo.*

867. *Anthemis tinctoria* fol. bipinnatis, ferratis, sub-
tus tomentosis, caule corymbose. LINN. Syst. Veg.
p. 777.

Chamaemelum fol. pinnatis, hirsutis; pinnulis simpli-
cibus, lanceolatis. HALL. Hist. n. 105.

Buphthalmum vulgare. CLVS. Pann. p. 569.

In argillofis inter vineas, alibique frequens. Iunio, Iu-
lio.

Ochsenauge. Ökör Szem.

Caulis pede altior, erectus, teres, pubescens. Folia al-
terna, pinnata; pinnis conduplicatis pinnatifidis, la-
cinulis mucronatis; superne laete viridia, inferne
albo tomento incana. Pedunculi caulem ramosque
terminantes foliolis lanceolatis, simplicibus, integer-
rimis saepe instructi. Squamae calycinae arctissime
sibi incumbentes, albae, pilosae. Flores flavi. Li-
gulae radii tridentatae. Paleae lanceolatae, al-
bidae.

335. ACHILLEA.

*Recept. paleaceum. Cal. ovatus, imbricatus. Floscu-
li radii circiter 5. Pappus nullus.*

868. *Achillea Millefolium* foliis bipinnatis, nudis: la-
cinis linearibus, dentatis; caulibus superne sulca-
tis. LINN. Syst. Veg. p. 778.

Achillea fol. pinnatis: pinnis longe aequalibus, pinna-
tis; pinnulis trifidis et quinquefidis. HALL. Hist. n.
107.

*) *Millefolium vulgare album*. C. BAVH. P. p. 140.

β) *Millefolium purpureum maius*. C. BAVH. P. I. C.

In pratis, pascuis, ad vias et agrorum margines ubique; β) in montanis circa *Modram*. Aestate.

Schafgarben. Eger fark-fü; Ezer levelü-fü. Rebric'ek, Mys'lac'y Chwostek.

Officin. Herba, Flores *Millefolii*.

Caulis pede altior, erectus, teres, striatus, pubescens. Folia subhirsuta et glabra, amplexicaulia, bipinnata: pinnulis pinnatifidis, mucronatis. Rami et pedunculi ad apicem caulis corymbosi. Calycis subcylindrici squamae ovatae, inferiores pubescentes. Ligulae radii 5, obverse cordatae. Corollulae disci albae.

336. BUPHTHALMUM.

Recept. peleaceum. *Pappus*: margo obsoletus. *Semina* radii margine coronata; disci latere marginato.

869. *Buphthalmum salicifolium* foliis alternis, lanceolatis, subferratis, villosis; calycibus nudis; caule herbaceo. LINN. Syst. Veg. p. 780. SCOP. Carn. 2. n. 1088. JACQV. Austr. t. 370.

Buphthalmum fol. imis petiolatis, ovatis; superioribus amplexicaulibus, lanceolatis, hirsutis, rariter dentatis. HALL. Hist. n. 118.

Aster pannonicus III. subhirsuto salicis folio. CLVS. Pann. p. 529. 530.

In nemorosis circa ambulacra in *der Bruckau*. Julio.

Caulis erectus, 1—2—pedalis, simplex et ramosus, rigidus, teres, viridis et ruber, villosus. Folia ima ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia: caulina lanceolata, amplexicauli-fessilia: omnia hirsuta, rariter dentata, denticulis glandula terminatis. Rami inferiores plerumque caulem superant. Pedunculi sulcati, villosi, apicem versus sensim incrassantur. Calycinae squamae lanceolatae, hirsutae, mucrone terminatae. Flores flavi. Paleae canaliculatae, apice tridentatae denticulo medio flavescente. Stylus in nostro semper bifidus.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

337. CENTAVREA.

Recept. fetosum. Cor. radii longiores, irregulares, infundibuliformes. Sem. papposa rarius nuda.

*) *Cyani: calycinis squamis ferrato-ciliatis.*

870. *Centaurea phrygia* calycibus recurvato-plumosis; foliis indivisis, oblongis, scabris. LINN. Syst. Veg. p. 785. SCOP. Carn. 2. n. 1021.

Cyanus fol. subhirsutis, ovato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis; plumulis calycis reflexis. HALL. Hist. n. 188.

Iacea montana villoso capite. CLVS. Pann. pag. 543. 544.

In herbidis montanis über dem Pazenhäusel, alibique. Julio.

Caulis pedalis et cubitalis, erectus, ramosus, angulosus, viridis et rubellus, arachnoideoque tomento vestitus. Folia alterna, ima in petiolum decurrentia, superiora amplexicauli-fessilia, ovato-lanceolata, acuta, integra, laxè et breviter dentata, vtrinque hispidula. Pedunculi vniiflori apice incrassati caulem ramosque terminant. Calycis ouasti squamae desinunt in laminam fuscam, lanceolatam, e cuius margine prodeunt cilia longa, rufa, elegantem plumulam reflexam referentia. Flores purpurei. Pappus simplex.

871. *Centaurea montana* calyc. ferratis; fol. lanceolatis, decurrentibus; caule simplicissimo. LINN. Syst. Veg. p. 785. SCOP. Carn. 2. n. 1022. JACQV. Austr. t. 371.

Cyanus caule vniifloro alato; fol. ellipticis, lanceolatis. HALL. Hist. n. 190.

Cyanus montanus latifolius, f. *Verbasculum cyanoides*. C. BAVH. P. p. 273.

In umbrosis inter frutices über dem Teufelsessel, ad viam supra Danubium qua itur versus Theben. Junio, Iulio.

Caules ex vna radice plures, herbacei, pedales et altiores, suberecti, angulati, lanuginosi, plerumque simplices, non infrequenter tamen etiam ramosi. Folia infima saepe pinnatifida, caetera lanceolata, sessilia, basi sua per caulem magis minusve decurrentia, integerrima, albo mollique tomento utrinque canescentia. Flos speciosus caulem ramosque, si adlunt, corymbolos terminat. Calycinae squamae ouatae, virides, marginibus atro-purpureis, ciliis flauicantibus. Corollae radii ad 16. vnciam longae, cyaneae, 5—fidae. Flosculi disci luride rosei. Antherae nigrae. Stigma bifidum purpureum. Semen hirsutum fetulis brevissimis coronatur.

872. *Centaurea Cyanus* calyc. ferratis; fol. linearibus, integerrimis: infimis dentatis. LINN. Syft. Veg. pag. 785. SCOP. Carn. 2. n. 1023.

Cyanus fol. imis ellipticis, dentatis; supremis linearibus; semiflosculis latissimis. HALL. Hist. n. 191.

In agris vbique. Aestate.

Blaue Kornblume. Búza virág; Kék virág; Imola; Vad Pésma. Chr powy Kwet.

Officin. Flores *Cyani*.

Tota lanuginosa. Caulis cubitalis, angulosus, ramosus. Folia infima simplicia, dentata: intermedia prope basim pinnatifida: superiora linearia. Pedunculi apice incrassati, vniiflori. Calycinae squamae apice fuscae, ciliis albis. Semiflosculi radii pulchre caesii, apice inaequaliter 5—6—dentati. Flosculi disci purpurei.

873. *Centaurea paniculata* calyc. ciliatis: squamis planis; fol. bipinnatis: rameis pinnatifidis, linearibus; caule paniculato. LINN. Syft. Veg. pag. 785. SCOP. Carn. 2. n. 1024. JACQV. Austr. t. 320.

Cyanus pinnulis foliorum pinnatis, linearibus. HALL. Hist. n. 187.

Stoebe gallica et austriaca elatior. CLVS. Hist. L. IV. pag. x.

In aruis, apricis montanis et iuxta vias. Iunio in Septembrim vsque.

Caulis erectus, rigidus, ramosissimus, angulosus, glaucus, basi saepe rubellus. Folia alterna, pinnata: pinnis simplicibus et pinnatifidis: ramea simplicia. Rami angulati, simplices et ramosi. Calycis ovati squamae striatae, ad lentem lanuginosae, apice fuscescentes, ciliis basi nigricantibus, apice albidis. Corollulae ex carneo purpurascens. — Antherae violaceae. Pistilli albi. Semina pappo breui, sessili coronata.

874. *Centaurea scabiosa* calyc. ciliatis; fol. pinnatifidis: pinnis lanceolatis. LINN. Syst. Veg. pag. 786. SCOP. Carn. 2. n. 1026.

Cyanus fol. pinnatis: pinnis dentatis obtusis; squamis calycinis triangulis, ciliatis. HALL. Hist. n. 186.

In pratis ac pascuis virgultosis et in herbis montanis passim. Iunio, Iulio.

Caulis 2—3—pedalis, erectus, ramosus, striatus, pilosus, scaber. Folia omnia pinnatifida costa canaliculata, striata: pinnae subalternae in foliis inferioribus pinnatim incisae, in superioribus integerrimae. Pedunculi angulosi, lanuginosi. Calyx basi ventricosus, squamis imbricatis, adpressis, triangularibus, margine nigricantibus ciliisque fuscis ornatis. Corollae purpureae: radii 4—fidae, pendulae: disci 5—fidae, rubo ventricoso, albicante.

***) *Rhapontica: calycinis squamis aridis, scariosis.*

875. *Centaurea Iacea* calyc. scariosis, laceris; fol. lanceolatis: radicalibus sinuato-dentatis; ramis angulatis. LINN. Syst. Veg. p. 786.

Rhaponticum foliis tomentosis, radicalibus semipinnatis, caulinis lanceolatis. HALL. Hist. n. 195.

Rhaponticum Iacea. SCOP. Carn. 2. n. 1017.

In montanis inter frutices, frequens. Iulio.

Caulis cubitalis, erectus, sulcatus, subvillosus, scaber, ad apicem ramotus. Folia infima sinuato-dentata, summa integerrima, lanceolata, vtrinque rariter pilosa. Flos vnicus caulem ramosque terminat. Calyx foliolis 2—3. suffultus constat squamis viridibus, terminatis lamina fusca, nitente, ouata, margine lacera. Flosculi purpurei.

876. *Centaurea amara* calyc. scariosis; fol. lanceolatis, integerrimis; caul. decumbentibus. LINN. Syst. Veg. p. 786.

In aridis montanis et iuxta vias. Iulio, Augusto.

Tota incana. Caules procumbentes, angulosi, scabri; ramis erectis, foliosis. Folia lanceolata, integerrima, sessilia, venosa, vtrinque albis rarisque pilis hirta. Calycis ouati squamae ouatae, acutae, margine lacerae. Flosculi dilute purpurei. Sapor foliorum masticando amarus est.

***) *Calcitrapa calycinis spinis compositis.*

877. *Centaurea solstitialis* calyc. duplicato-spinosis, solitariis; fol. rameis decurrentibus, inermibus, lanceolatis; radicalibus lyrato-pinnatifidis. LINN. Syst. Veg. p. 788. SCOP. Carn. 2. n. 1028.

Calcitrapa caule alato; fol. tomentosis: radicalibus semipinnatis, caulinis lanceolatis. HALL. Hist. n. 193.

Spina solstitialis. I. BAVH. Hist. III. Part. I. p. 90.

In apricis sabulosis iuxta Danubium fere vbique. Iulio, Augusto.

Tota albo mollique tomento incana. Caulis pedalis et altior, ramosus, foliis lanceolatis, acutis, integris, decurrentibus vndique alatus: infima pinnatifida sunt. Calycis squamae ouatae: inferiores apice ciliatae; superiores terminantur spina rigida, flavescente, nitida, ad basim vtrinque minoribus spinulis munita. Corollae aureae, 5—fidae.

POLYGAMIA NECESSARIA.

338. FILAGO.

*Recept. nudum. Cal. imbricatus. Flosculi feminei inter squamas calycis locati. Semen pap-
posum.*

878. *Filago aruensis* caule paniculato; floribus conicis, lateralibus. LINN. Syst. Veg. p. 796.

Filago caule erecto, ramosissimo, fol. mollissimis, tomentosis; florum aceruis sessilibus in spicas continuatis. HALL. Hist. n. 154.

Gnaphalium aruense. SCOP. Carn. 2, n. 1051.

In agris et aruis submontanis frequens. Iulio.

Alba densaque lanugo rotam plantam inuestit. Caulis palmaris, pedalis, ramosissimus. Folia alternim sparsa, lineari-lanceolata, integerrima. Flores fasciculatim apice lateribusque ramorum insident. Corollulae flavescentes. Semen pappo coronatum.

POLYGAMIA SEGREGATA.

339. ECHINOPS.

Cal. communis nullus: proprius polyphyllus, e cuius basi pappus densus exurgit. Corollae tubulosae, hermaphroditae. Sem. nudum.

879. *Echinops sphaerocephalus* capitulis globosis; foliis sinuatis (supra) pubescentibus. LINN. Syst. Veg. pag. 797.

Echinops foliis semipinnatis: pinnis dentatis, dentibus aristatis; caule ramoso. HALL. Hist. n. 158.

Echinopus maior. I. BAVH. Hist. III. Part. I. pag. 69.

Inter frutices in apricis collibus inter *Neusiedel am See* et *Goiß*. Iunio, Iulio.

Caulis cubitalis, erectus, ramosus, teres, sulcatus, hirsutus. Folia alterna, amplexicaulia, runcinato-pinnatifida, segmentis triangulis, dentatis: dentibus spinula alba terminatis; superne viridia et pubescentia, inferne albo-tomentosa. Caulem ramosque terminat capitulum sphaericum. Calycis foliola lanceolata, basi et apice attenuata, pappo albo basi cincta. Flosculi albi, 5—fidi.

880. *Echinops Ritro* capit. globofo; fol. pinnatifidis supra glabris. LINN. Syst. Veg. p. 797.

, *Echinops minor*. L. BAVH. Hist. III. Part. I. pag. 72.

Carduus sphaerocephalus minor caeruleus. C. BAVH. P. p. 381.

Circa *Theben* rarus, frequenter vero inuenitur in rupibus montis ad *Hainburgum* Austriae. Iulio, Augusto.

Caulis pedalis, erectus, simplex et ramosus, sulcatus, cum foliorum pagina inferiore lacteo tomento incanus. Folia alterna, pinnatifida: pinnis lanceolatis denuo pinnatifidis; laciniis dentatis, dentibus spinula alba terminatis; superne glabra parum nitentia. Capitulum sphaericum violaceum caulem ramosque terminat. Calycis foliola lanceolata utroque apice attenuata. Pappus calycem cingens flavescens.

M O N O G A M I A.

340. IASIONE.

Cal. communis 10—phyllus: *parvialis* 5—dentatus.

Cor. 5—petala regularis. *Capf.* infera, bilocularis.

881. *Iasione montana*. LINN. Syst. Veg. p. 799.

Rapunculus foliis linearibus subsperis; spica planiuscula; petalis liberis. HALL. Hist. n. 678.

Rapunculus scabiofæ capitulo caeruleo. C. BAVH. P. p. 92.

In

In aridis et sabulosis montibus *im Merzeln, über dem Thomasbrunn* alibique. Iunio, Iulio.

Caulis semipedalis simplex et ramulosus, erectus, hirsutus. Folia sparsa, sessilia, linearia, margine leuiter undulata, pilis rigidis aspera. E medio caulis prodit pedunculus aphyllus, glaber, striatus, capitulo florali terminatus. Calycis communis foliola trium ordinum, supra medium undulata, hirsuta. Pedicellus flosculi sustinet calycem viridem, 5-gonum, 5-fidum, laciniis aequalibus, linearibus. Flosculi 5-fidi, caerulei, tubus calyci adnatus. Filamenta caerulea apice connata formant anulum, cui antherae insident liberae, flavescentes; e medio illius exit pistillum corollis longius, clauaeforme, caeruleum. Stigma rubicundum, emarginatum. Odor plantae cinicinus.

34I. VIOLA.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, postice cornuta. *Capf.* supera, 3-valuis, 1-ocularis.

*) *Acaules.*

882. *Viola hirta* acaulis; foliis cordatis, piloso-hispidis. LINN. Syft. Veg. p. 802. HALL. Hist. n. 559.

In fyluis et dumetis vmbrosis. Aprili.

Subsequenti similis, inodora, hirsuta; foliis cordato-oblongis; stolonibus nullis.

883. *Viola odorata* acaulis; fol. cordatis; stolonibus reptantibus. LINN. Syft. Veg. p. 803. HALL. Hist. n. 558. SCOP. Carn. 2. n. 1097.

Viola martia purpurea, flore simplici, odoro. C. BAVH. P. p. 19.

In fyluis, dumetis ac pomariis vbique. Martio, Aprili. *Veilgerl.* Kék Viola, Ivolya. Fialke.

Officin. Herba, Flores *Violariae*.

Stolonibus reptat. Folia subrotundo-cordata, vtrinque glaberrima. Pedunculi radicales longitudine foliorum.

**) *Cau-*

**) *Caulescentes.*

884. *Viola canina* caule adultiore adscendente; fol. oblongo-cordatis. LINN. Syst. Veg. p. 803.

Viola caule procumbente, ramoso; fol. petiolatis, cordatis. HALL. Hist. n. 1098.

Viola pedunculis caulinis; stipulis ciliatis; foliis cordatis. SCOP. Carn. 2. n. 1098.

In sylvis. Aprilis.

Hundsweilchen. Vad *Viola*; *Aszonkutzi.*

Caulis suberectus, angulosus, glaber. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina alterna, cordata, obtuse crenata, utrinque leuiter pubescentia. Ad basin petiolorum stipulae lanceolatae, glabrae, margine setulis ciliatae. Pedunculi ex alis foliorum tetragoni, glabri, squamula vna alteraue instructi. Corollae pallide caeruleae.

885. *Viola montana* caulibus erectis; fol. cordatis, oblongis. LINN. Syst. Veg. p. 803.

Viola caule lato, erecto; fol. ellipticis, crenatis; stipulis semipinnatis. HALL. Hist. n. 567.

Viola arborescens MATTHIOLI. CLVS. Pann. p. 356.

In pratis auf der Kapitelwiese. Maio.

Caulis fere pedalis, simplex, erectus, vno latere planus, altero conexus et sulcatus. Stipulae lanceolatae, magnae, margine exteriori incilo-cordatae. Folia cordato-lanceolata, serrata, cum stipulis pubescentia. Pedunculi ex alis foliorum uniflori, bracteolis 2, linearibus infra florem instructi. Corollae magnae, caeruleae, labio superiore striis atris inferne picto. Calcar breue, crassum, subbifidum.

***) *Stipulis pinnatifidis; stigmatate vrceolato.*

886. *Viola tricolor* caule triquetro diffuso; fol. oblongis, incis; stipulis pinnatifidis. LINN. Syst. Veg. p. 803. SCOP. Carn. 2. n. 1100.

Viola caule anguloso, diffuso; fol. ouatis dentatis; flore calyce duplo longiore. HALL. Hist. n. 568.

Viola tricolor caule angulato; diffuso; foliis oblongis, retusis; stipulis pinnatifidis; corolla calyce multo maiori. WILLDEN. Fl. Ber. n. 861.

In pomariis, hortis, inter frutices *bei dem heiligen Brunn*. Aestate.

Dreifaltigkeitsblume, Tag- und Nachtblume. Csaszár-Szakály, Szent Háromság Violája.

Subsequenti similis, sed flos maior, speciosior. Petala violacea, flava et alba.

887. *Viola aruensis* caule inferne angulato, diffuso; fol. oblongis retusis; stipulis pinnatifidis; corolla calycis fere longitudine. WILLDEN. Fl. Ber. n. 862.

Viola caule diffuso, ramoso; fol. ovatis, dentatis; flore calyce paulo maiori. HALL. Hist. n. 569.

Viola bicolor aruensis. C. BAVH. P. p. 200.

In agris, aruis, nemoribus, hortis vbique. Aestate.

Caulis basi decumbens, angulatus, ad radicem statim ramosus, leuiter pubescens. Folia elliptica, obtusa, crenata. Stipulae basi laciniatae. Pedunculi ex alis foliorum tetragoni, sub flore bracteolis 2. minimis, sub oppositis instructi. Calycina segmenta basi rotundata. Corolla longitudine calycis, alba, vnguib. flavescentibus, calcare saepe violaceo.

Ab hac et praecedente recepta in officinis est *Herba Violae tricoloris*.

342. IMPATIENS.

Cal. bifolius. Cor. 5—petala, irregularis, nectario cucullato. Caps. supera, 5—valuis: valuis elasticis.

888. *Impatiens Noli tangere* pedunculis multifloris, solitariis; foliis ovatis; geniculis caulinis tumentibus. LINN. Syst. Veg. p. 804.

Impatiens caule geniculato; pedunculis ramosis; fol. petiolatis, ovatis, crenatis. HALL. Hist. n. 557.

Balsamina capsula oblonga, tenui. BOEHM. Lipf. pag. 310.

In vmbrosis, humidis *bei den Landmühlen*. Iulio.

Spring-

Springkraut. Hozzam ne érij. Engem ne bants; Üveg Szarú - fü.

Caulis erectus, fistulosus, pellucens, striatus, glaber, articulis tumidis; ramis alternis. Folia ovata, acuminata, obtuse denticulata, glabra. Racemi florum laterales, dichotomi. Pedicelli uniflori basi stipulis parvis muniti. Petala flava: supremum subrotundum, emarginatum; lateralia duo ad basim lobulo appendiculata; inferius tubulosum in calcar attenuatur. Siliqua tenuis per interualla ventricosa.

C l a s s i s XX.

G Y N A N D R I A.

D I A N D R I A.

343. ORCHIS.

Nectarium corniforme pone florem.

*) *Bulbis indiuisis.*

889. *Orchis bifolia* bulbis indiuisis; nectarii labio lanceolato, integerrimo: cornu longissimo; petalis patentibus. LINN. Syst. Veg. p. 808.

Orchis radicibus oblongis: labello lineari. HALL. Hist. n. 1285. tab. 35.

Orchis labio lanceolato, simplici; cornu setaceo, longissimo, subangulato. SCOP. Carn. I. p. 244. 2. n. 1102.

In syluis. Maio.

Scapus pedalis et altior, subangulosus, glaber. Folia infima bina aut terna, oblongo-ouata, obtusa, in petiolum caulem amplectentem decurrentia, inferioreque pagina nitentia. Flores in spica laxa et longa suaueolentes, albi. Bractee lanceolatae, acutae. Labium lineari-lanceolatum, obtusum, flauescens. Cornu uncia longius inflexum, album, versus apicem viridi-flauescens. Antherae flavae.

890. *Orchis Morio* bulbis indiuisis; nectarii labio quadrifido, crenulato: cornu obtuso, ascendente; petalis obtusis, conniuentibus. LINN. Syst. Veg. p. 808.

Orchis

Orchis radicibus subrotundis; galeae petalis lineatis; labello trifido, crenato: medio segmento emarginato. HALL. Hist. n. 1282. t. 33.

Orchis labio quadrifido, crenato; cornu obtuso, rugoso, germinibus breuiore. SCOP. Carn. 1. p. 247. 2. n. 1110.

In nemorosis infularum Danubii; in pratis montanis passim, copiose in pratis *bei dem rothen Kreuz* et circa *Ratschdorf*. Maio.

Knabenkrautmännlein. Piros Kükörtfén; Piros Vitézfü.

Officin. Radix Salep.

Pro ratione folii caulis spithamalis et pedalis est, foliis vaginantibus cinctus. Folia radicalia lineari-lanceolata, obtusa, in arcum saepe incuruata. Spica laxa, vncialis, et sesquiuncialis, purpurea. Bracteolae corollis concolores longitudine germinis. Galeae petala connuentia, tria exteriora lanceolata, obtusa, dorso lineis eleuatis ex purpura virentibus picto. Labium conuexum breuiter quadrifidum, rubro-maculatum, segmento medio cordato, emarginato, lateribus reflexis, crenulatis. Calcar bractea et germine breuius. Machinula staminum rubra. Antherae virides.

891. Orchis *mascula* bulbis indiuisis: nectarii labio quadrilobo, crenulato: cornu obtuso; petalis dorsalibus reflexis. LINN. Syst. Veg. p. 809.

Orchis radicibus subrotundis; petalis lateralibus reflexis; labello trifido; segmento medio longiori, bifido. HALL. Hist. n. 1283. t. 33.

Orchis labio quadrifido, crenato; cornu obtuso, laeui, germinum longitudine. SCOP. Carn. 2. n. 1111.

In pratis montanis et subsyluestribus. Maio.

Scapus pedalis, altior, teres, fistulosus, glaber. Folia vaginantia ad basim vtrinque maculis rubris adpersa sunt. Spica laxa 2—4—vncialis. Bracteolae rubrae longitudine germinis. Petala purpurea: dorsalia lanceolata, primo patentia, dein reflexa; lateralibus in cucullum connuent. Labium trifidum, circumferatum, prope faucem maculis sanguineis pictum, segmento

segmento medio minore, bifido. Cornu longitudi-
ne germinis fusco-purpureo.

892. *Orchis ustulata* bulbis indivisis: nectarii labio
quadrifido, punctis scabro: cornu obtuso; petalis
distinctis. LINN. Syst. Veg. p. 809. SCOP. Carn. 2. n.
1108.

Orchis radicibus subrotundis; labello quadrifido; cal-
care brevissimo. HALL. Hist. n. 1273. t. 28.

Orchis pannonica IV. CLVS. Pann. p. 236. 238.

Inter frutices, in pratis et pomariis in *der Bürgerau*.
Maio.

Bulbi oblongi, rarius globosi. Caules dodrantaes.
Folia lanceolata, acuta, basi vaginis caulem ample-
ctuntur. Flores in spicam dentatam ovalem congesti,
parvi, primo atro-purpurei, dein sensim expalles-
centes, ut labium cum calcare album fiat. Bracteolae
coloratae, lanceolatae, acutae, germine brevio-
res. Petala superiora 5. in cucullum conniunt. La-
bium trifidum, segmento medio bifido, superne ru-
bris punctis variegatum. Cornu subtruncatum,
brevissimum, incurvum. Machinula staminum fla-
va. Antherae flavae. Germen viride.

893. *Orchis militaris* bulbis indivisis; nectarii labio
quinquefido, punctis scabro: cornu obtuso; petalis
confluentibus. LINN. Syst. Veg. p. 809.

Orchis radicibus subrotundis, spica conica; labello
quadrifido, brachiolis et pectore perangustis. HALL.
Hist. n. 1277. t. 28.

Orchis labio quinquefido, maculato, bractea colorata,
cornu et germinibus brevior. SCOP. Carn. 2. n.
1112.

In pratis et pomariis in *der Mühl.* et *Bürgerau*.
Maio.

Caulis pedalis, altior. Folia inferiora breviora ad ses-
quiunciam lata, patentia: superiora lanceolata; om-
nia basi vaginante caulem amplectuntur. Spica flo-
ralis ovato-oblonga, laxa. Bracteolae rubrae, sub-
cordatae, minimae. Galeae petala conniuntia, ex-
tus pallide rubra, interne lineis sanguineis striata.

Labium quadrifidum punctis rubris pilosis variegatum. Inter segmenta lateralia obtusa e medio pro-
dit ligula acuminata, laciniam quintam mentiens.
Machinula staminum rubra. Antherae virides.

***) *Bulbis palmatis.*

894. *Orchis larifolia* bulbis subpalmatis, rectis; nectarii cornu conico; labio trilobo lateribus reflexo; bracteis flore longioribus. LINN. Syst. Veg. p. 810. SCOP. Carn. 2. n. 1118.

Orchis radicibus palmatis, caule fistuloso; bracteis maximis; labello trifido, serrato, medio segmento obtuso. HALL. Hist. n. 1279. t. 32.

In pratis paludosis *unzer dem Pazenhäusel.* Maio.

Caulis ultra pedem altus, fistulosus, striatus. Folia vnciam lata, longe lanceolata, striata, interiori latere plana, altero conuexiuscula. Spica 4—6- vncialis, ovata, densa. Bractee coloratae corollis alterum longiores. Corollae rubrae, alis maculatis, fauce albida. Labium subrotundum, trilobum, segmentis crenulatis. Calcar germine brevius. Antherae e cinereo virides.

895. *Orchis sambucina* bulbis subpalmatis, erectis; nectarii cornu conico: labio ovato, subtrilobo; bracteis longitudine florum. LINN. Syst. Veg. p. 810. JACQV. Austr. t. 108.

Orchis radicibus palmatis, bracteis coloratis; labello circumferrato, trilobato: lobo medio emarginato. HALL. Hist. n. 1280.

In pratis montanis *im Kindsgraben* et *über dem Kupferhammer.* Aprili, Maio.

Radix adulta subpalmata, iunior oblonga, integra. Caulis dodrantalis et pedalis, vndique foliis vaginantibus lanceolatis vestitus. Spica florum ovata. Bractee virides lanceolatae, inferiores flore parum longiores sunt. Corollae ochroleucae petala superiora conniuent, exteriora reflectuntur. Labium trilobum rubris maculis variegatum, lobo medio minimo, inflexo, lateribus reflexis apice recurvis, margine

gine obsolete crenulato. Calcar conicum basi paulo latius. Machin. staminum rubella.

896. *Orchis maculara* bulbis palmatis, patentibus; nectarii cornu germinibus brevioribus: labio plano; petalis dorsalibus erectis. LINN. Syst. Veg. pag. 810. SCOP. Carn. 2. n. 1119.

Orchis radicibus palmatis; caule solido; labello trifido, ferrato: medio segmento acuminato. HALL. Hist. n. 1278. t. 32.

In pratis et sylvis humidis. Maio, Iunio.

Caulis pedalis, angulosus. Folia longa, lanceolata, nigris maculis variegata. Flores laxè spicati, purpurei. Bractea virides longitudine corollae aut paulo longiores. Calcar obtusum, conicum. Labium trifidum, planum, lineis et maculis saturatioribus pictum, segmentis lateralibus maioribus, crenatis; medio angusto, integerrimo. Antherae ex cinereo virides.

897. *Orchis conopsea* bulbis palmatis; nectarii cornu setaceo, germinibus longiore: labio trifido; petalis duobus patentissimis. LINN. Syst. Veg. p. 810. SCOP. Carn. 2. n. 1121.

Orchis radicibus palmatis; calcare longissimo; labello trifido, obtuso, unicolore. HALL. Hist. n. 1287: tab. 29.

In pratis subsylvestribus. Maio.

Caulis pedalis, teres, superne sulcatus et rubellus. Folia lineari-lanceolata, obtusa. Bractea cum purpura virentes longitudine germinis. Corollae purpureae. Petalum superius extremum ovatum et obtusum modiceque inflexum est: duo exteriora lanceolata ad angulum reclusum patent, reliqua coadunata sunt. Labium trifidum, crenulatum. Calcar tenuissimum corollae concolor. Antherae virentes.

***) *Bulbis fascicularis.*

898. *Orchis abortiva* bulbis fascicularis, filiformibus; nectarii labio ovato, integerrimo; caule aphylo. LINN. Syst. Veg. p. 811. JACQV. Austr. t. 193.

Epipactis aphylla; calcare longo; labello ovato-lanceolato. HALL. Hist. n. 1288.

Serapias abortiva. SCOP. Carn. 2. n. 1130.

Limodorum austriacum. CLVS. Pann. p. 241.

In sylvis montanis *unter dem Gensenberg*, rarius. Maio.

Radix constat fibris fascicularis, calamus crassis. Scapus erectus, teres, solidus, aphyllus, liuescens, squamosus: squamis lanceolatis, striatis, vaginantibus, interne ex albo viridibus, externe liuidis nitentibusque punctulis adpersis. Spica rara 5—6 uncias longa continet flores ad scapum adpressos. Bractearum habitus et substantia prorsus idem, quae squamarum scapi. Germen viride, angulatum, cylindricum, superne sulcatum, inferne striatum. Cornu subulatum, inflexum, corolla longius. Labelum margine crenulatum, dilute purpureum, lineis saturatoribus pictum, medio flavum. Alae apice et linea dorsali liuidae. Galea cum alis nitens, villosula, purpurascens. Nectarium humidum, flavum. Pollen antherarum sulphureum. JACQUIN.

344. SATYRIVM.

Nectarium scrotiforme f. inflato - didymum pone florem.

899. *Satyrium hircinum* bulbis indivisis; foliis lanceolatis; nectarii labio trifido: lacinia intermedia lineari, obliqua, praemorsa. LINN. Syst. Veg. p. 811. JACQV. Austr. t. 367.

Orchis radicibus subrotundis; labello longissimo, tripartito, plicato. HALL. Hist. n. 1268. tab. 25. SCOP. Carn. 2. n. 1113.

In collibus *bei dem Pazenhäusel*.

Caulis

Caulis pedalis, teres, glaber, squamis aridis 6—7. indutus. Spica fere palmaris, laxa. Bractæe subulatae, ferrugineae, germine paulo longiores. Galea ovata, petalis conniuentibus, interne rubris, externe albicantibus lineis picta. Labium trifidum, album, rubris fasciculatisque pilis variegatum, marginibus membranaceis vna cum segmentis lateralibus planis: lacinia intermedia linearis, longissima, magis minusue intorta, apice bifida, ex purpurascente luride-virescens. Nectarii cornu brevissimum, nec didymum.

345. OPHRYS.

Nectarium subtus subcarinatum.

900. *Ophrys Nidus avis* bulbis fibroso-fasciculatis; caule vaginato, aphylo; nectarii labio bifido. LINN. Syst. Veg. p. 812. SCOP. Carn. 2. n. 1131.

Epipactis aphylla, flore inermi; labello bicorni. HALL. Hist. n. 1290. t. 37.

In sylvis montanis et insularis vbique. Maio.

Radicem constituunt fibrae carnosae, breues, truncatae, in fasciculum collectae. Caulis squamis 4—5, lanceolatis, pellucidis, nitentibus vestitus. Spica florum racemosa, pallide fusca. Galea ovata constans petalis 5. conniuentibus. Labium bifidum segmentis diuasicatis, apice rotundatis et ad lentem crenulatis. Antherae flavae incumbunt labio styli albo. Ovarium petiolatum.

901. *Ophrys ovata* bulbo fibroso; caule bifolio; fol. ovatis; nectarii labio bifido. LINN. Syst. Veg. pag. 813. SCOP. Carn. 2. n. 1132.

Epipactis foliis binis, ovatis; labello bifido. HALL. Hist. n. 1291. t. 37.

In iisdem cum priore locis. Maio.

Radix ex copiosis constat fibris. Caulis pede altior, erectus. Folia infra medium caulis bina, opposita, ovata, glabra. Scapus in medio squamulis 1—2. paruis instructus, cum pedicellis villis capitatis hirtus.

tus. Flores in spica longa ex luteo virides. Label-
lum bifidum, germine ovato duplo longius. Calcar
deficit.

346. SERAPIAS.

Nectarium ovatum, gibbum, labio ovato.

902. *Serapias latifolia* bulbis fibrosis; foliis ovatis,
amplexicaulibus; floribus pendulis. LINN. Syst. Veg.
p. 814.

Serapias bulbis fibrosis; flor. secundis; labello pla-
niusculo; petalis ovatis. SCOP. Carn. I. p. 255. 2. n.
1128.

Epipactis fol. amplexicaulibus, ovato-lanceolatis; la-
bello lanceolato. HALL. Hist. n. 1297. Tab. 40.

Helleborine latifolia montana. C. BAVH. p. p. 186.

In nemorosis in *der Mühlau* non frequens. Julio.

Caulis erectus, cubitalis, sulcatus, plerumque contor-
tus, villosulus. Folia alterna, amplexicaulia, ova-
ta, mucrone terminata, nervis parallelis. Flores in
spica longa subsecundi, penduli, ex viridi rubroque
varii. Bractese lanceolatae flore longiores. Galeae
petala ovato-lanceolata, extus subhirsuta. Labium
acuminatum in medio gerit ligulam cordiformem.
Germen pedicellatum, lanuginosum.

903. *Serapias longifolia* bulbis fibrosis; fol. ensiformi-
bus, sessilibus; flor. pendulis. LINN. Syst. Veg. pag.
815.

Serapias palustris bulbis fibrosis; flor. sparsis, patulis;
labello concavo, petalis longiore. SCOP. Carn. I. p.
256. 2. n. 1129.

Epipactis fol. ensiformibus, caulinis; flor. pendulis;
labello obtuso, per oras plicato. HALL. Hist. n. 1296.
Tab. 39.

Helleborine angustifolia palustris f. *pratensis*. C. BAVH.
p. p. 87.

In vdis montanis et insularis, passim, Junio, Ju-
lio.

Caulis pedalis, striatus, glaber. Folia alterna, amplexicaulia, ensiformia, infima breviora, obtusa; superiora plerumque conduplicata, in mucronem attenuata. Racemus florum caulem terminat. Flores alterni, breui bracteola suffulti, parum nutantes, ex viridi alboque purpurascens. Labium petalis longius, obtusum, albicans. Antherae flavae.

904. *Serapias ensifolia* bulbis fibrosis; fol. ensiformibus, distichis; bracteis minutissimis; flor. erectis; nectarii labio, obtuso petalis breviora. LINN. Syst. Veg. p. 815.

Serapias longifolia. SCOP. Carn. 2. n. 1126.

Helleborine montana angustifolia spicata. C. BAVH. P. p. 787.

In sylvis montanis. Iunio, Iulio.

Habitu et statura priori similis. Flores in spicam laxam palmarem et longiorem dispositi, albi, erecti, ad basim labelli macula flava.

905. *Serapias lancifolia* bulbis fibrosis; fol. ovato-lanceolatis; bracteis longitudine capsulae; flor. erectis; nectarii labio obtuso, petalis breviora. LINN. Syst. Veg. p. 815.

Serapias grandiflora. LINN. Syst. Veg. Ed. 13. p. 679. SCOP. Carn. 2. n. 1127.

Epipactis caule paucifloro; lineis in obtuso labello levibus. HALL. Hist. n. 1298. Tab. 41.

Helleborine flore albo, f. *Damasonium montanum latifolium*. C. BAVH. P. p. 187.

In sylvis insularis in *der alten Au*. Iunio, Iulio.

Caulis pedalis, angulosus, glaber. Folia radicalia parva, squamulosa, caulem arcte amplectuntur: caulina alterna, sessilia, elliptica, acuta, nervosa, glabra. Flores ad apicem caulis 4—5, alterni, magni, albi, erecti. Germen hexagonum, crassum, fe-

re vnciale. Bractee lanceolatae, longitudine germinis.

347. CYPRIPIEDIVM.

Nectarium ventricolum, inflatum, cavum.

906. *Cypripedium Calceolus* radicibus fibrosis; foliis ovato-lanceolatis, caulinis. LINN. Syft. Veg. p. 817.

Calceolus radicibus fibrosis; fol. ovato-lanceolatis. HALL. Hist. n. 1300. Tab. 43.

Pseudodamaconium. CLVS. Pann. p. 271. 272.

In fyluis circa *Böfing* et *Modern*, frequens. Maio. !

Unfer lieben Frauenschuh. Erdei Sárga Paputs; Rigó-pohár; Maria Czipökje.

Caulis pedalis, erectus, angulosus, nonnihil contortus, lanuginosus. Folia alterna, ovato-lanceolata, acuta, vtrinque ad lentem pubescentia, nervisque parallelis donata. In summitate caulis flos vnicus. Petala quatuor, lanceolata, atro-purpurea, in crucis formam decussata. Nectarium magnum, flavum, intus villosulum, lineisque purpureiscentibus pictum.

H E X A N D R I A.

348. ARISTOLOGIA.

HEXAGYNA. Cal. 6. Cor. 1—petala, lingulata, integra. Caps. sexlocularis, infera.

907. *Aristolochia clematitis* foliis cordatis; caule erecto; floribus axillaribus confertis. LINN. Syft. Veg. p. 825. HALL. Hist. n. 1029. SCOP. Carn. 2. n. 1137.

Ari-

Aristolochia clematitis vulgaris. CLVS. Hist. L. IV. pag. 71.

In nemorosis in der Pötschen copiose; ad vinearum margines in Mazengrund, im Bildhauerischen Garten frequens. Iunio.

Wolfskraut; Wolfsapfel; Osterluzey. Farkas alma. Wlkowe Gablko.

Officin. Radix, Herba *Aristolochiae longae vulgaris.*

Radix sarmentosa. Caulis 1—2—pedalis, erectus, sulcatus, geniculatus, glaber. Folia alterna, petiolo superne canaliculato instructa, cordata, integra, ex glauco viridia. Pedunculi 4—6, verticillatim alis foliorum insident. Corolla ex viridi flavescentes, inferne ventricosa, dein tubulosa, tandem ligula ovata, obtusa, integra terminatur. Capsula pyriformis, hexagona.

Gratissimum pabulum laruae Papil. *Rumina* ESPERI.

P O L Y A N D R I A.

349. ARUM.

Spatha monophylla, cucullata. *Spadix* supra nudus, inferne femineus, medio stamineus.

908. *Arum maculatum* acaule; foliis hastatis, integerrimis; spadice clauato. LINN. Syst. Veg. p. 828. SCOP. Carn. n. 1138.

Arum foliis sagittatis; *spatha* recta; claua cylindrica. HALL. Hist. n. 1302.

In sylvis montanis ac insularis; inter frutices über der Bucklischen Mühle copiose. Maio.

Aronwurz. Aron gyöker; Aron szakallyá; Borjú-Labfü; Némét gyömbér. Aronowa Brada.

Officin. Radix *Ari*.

Radix alba, tuberosa, carnosa, fibrosa, saporis acerrimi. Folia radicalia petiolo basi membranaceo scapum inuestiunt; sagittata, glabra, apud nos rarissime maculata. Spatha alba. Spadix purpurascens. Baccæ rubræ.

Classis XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

350. ZANNICHELLIA.

MASCULI Cal. o. Cor. o. *Anthera* capsulis muscorum
aemula. SCOP.

FEMINEI Cal. I—phyllus. Cor. o. *Germina* circiter 4.
Semina totidem.

909. *Zannichellia palustris*. LINN. Syst. Veg. pag.
838. HALL Hist. n. 1604. SCOP. Carn. 2. n. 1141.

Zannichellia palustris, maior, foliis gramineis acutis;
flore cum apice quadricapsulari, embryonis clypeo-
lis integris, et vasculo non barbato, capsulis semi-
num ad costam dentatis. MICHEL. Nov. Plant. Gen.
p. 71. Tab. 34.

In aquis stagnantibus in der Pörschen. Julio.

Cauliculi filiformes densum cespitem efformant. Folia
setacea, linearia, glabra. *Anthera* in foliorum alia
breuiter pedicellata. Flores feminei albi, minimi.

351. CHARA.

MASC. Cal. o. Cor. o. *Anthera* germini subiecta.

FEM. Cal. 4—phyllus. Cor. o. *Stigma* 5—fidum.
Sem. 1.

910. *Chara vulgaris*; caulibus laevibus; frondibus inter-
ne dentatis. LINN. Syst. Veg. p. 839. SCOP. Carn. 2.
n. 1419.

Chara

Chara caule leui, fragili. HALL. Hist. n. 1681.

Equiletum foetidum sub aqua repens. L. BAVH. Hist. III. p. 724.

In aquis stagnantibus *in der Pörschen et alten Au.* Iunio.

Pseudo-cryptogama SCOP. foetens, fragilissima, tactu arenosa, latos cespites in fundo aquarum efformat.

352. LEMNA.

MASC. *Cal.* I—phyllus. *Cor.* O.

FEM. *Gal.* I—phyllus. *Cor.* O. *Stylus* I. *Capf.* I—locularis.

911. *Lemna trifulca* foliis petiolatis, lanceolatis. LINN. Syft. Veg. p. 840.

Hydrophace caule filiformi; fol. elliptico-lanceolatis, viuiparis. HALL. Hist. n. 1901.

Lenticularia ramosa, monorrhiza; foliis oblongis, pediculis longioribus donatis. MICH. Gen. p. 16. Tab. II. f. 5.

In aquis tardifluis purioribus, *im Schwarzwasser.* Iunio.

Cauliculi dichotomi. Folia lanceolata, decussata firmantur radícula vna aut binis in aqua.

912. *Lemna minor* fol. sessilibus, vtrinque planiusculis; radic. solitariis. LINN. Syft. Veg. p. 840.

Hydrophace monorrhiza, fol. planis, ouatis. HALL. Hist. n. 1900.

Lenticularia minor monorrhiza, fol. subrotundis vtrinque viridibus. MICH. Gen. p. 16. Tab. II. f. 3.

In stagnis vulgarissima. Iulio.

Folia in cespitem congesta, ex subrotundo ouata, aquae supernatant, subtusque radiculam vnicam aquae immittunt.

913. *Lemna gibba* fol. sessilibus subtus hemisphaericis; radic. solitariis. LINN. Syft. Veg. p. 841.

Hydrophace monorrhiza, fol. puluinatis, inferne convexissimis. HALL. Hist. n. 1898.

- Lenticularia palustris maior, inferne magis conuexa, fructu polyspermo. MICH. Gen. p. 15. Tab. 11. f. 2.
 In aquis stagnantibus. Iulio.
 Folia oblongo-ouata, vtrinque viridia, superne plana, inferne conuexa.
914. Lemna polyrrhiza fol. sessilibus; radic. confertis.
 LINN. Syst. Veg. p. 841.
 Hydrophace polyrrhiza, fol. ouatis, planis. HALL. Hist. n. 1899.
 Lenticularia maior polyrrhiza, inferne atro-purpurea.
 MICH. Gen. p. 16. Tab. 11. f. 1.
 In fossis et stagnis. Iulio.
 Folia crassiuscula, oblongo-cordata, superne viridia, inferne atro-purpurea.

T R I A N D R I A.

353. TYPHA.

- MASC. Amentum cylindricum. Cal. obsoletus, 3—phyl-
 lus. Cor. o.
- FEM. Amentum cylindricum infra masculos. Cal. ca-
 pilllo villoso. Cor. o. Sem. 1. infidens pappo ca-
 pillari.
915. Typha latifolia foliis subensiformibus; spica mas-
 cula femineaque approximatis. LINN. Syst. Veg. p.
 841. SCOP. Carn. 2. n. 1144.
 Typha claua vnica. HALL. Hist. n. 1305.
 In paludibus im Müllner Teich, et circa Ratshdorf et
 St. Georgen. Iunio, Iulio.
 Folia ensiformia ab vnica semisse ad vnciam lata, infra
 medium vno latere conuexiuscula, superne magis
 compressa. Spica mascula semipede longior, femi-
 neaque triplo crassior, flaua, basi attingit flores spi-
 cæ femineæ ex nigro flauicantis.

916. *Typha angustifolia* fol. femicylindricis; spica mascula femineaque remotis, LINN. Syst. Veg. pag. 841. SCOP. Carn. 2. n. 1145.

Typha claua mascula a feminina remota. HALL. Hist. n. 1306.

Cum priore et ad fossas viae versus *Ratschdorf*. Iulio. Folia striata in latitudine vix lineas 5. superant. Spica feminea gracilis, nigricans: mascula flauescens ab illa ultra semiunciam remota est.

354. SPARGANIUM.

MASC. Amentum subrotundum. Cal. 3—phyllus.

Cor. 0.

FEM. Amentum subrotundum. Cal. 3—phyllus. Cor.

0. *Stigma* 2—fidum. Drupa exsucca, 1—sperma.

917. *Sparganium erectum* foliis erectis triquetris. LINN. Syst. Veg. p. 841. SCOP. Carn. 2. n. 1146.

Sparganium caule foliisque erectis. HALL. Hist. n. 1303.

In fossis et paludibus *in der alten Au*. Maio, Iunio.

Culmus erectus, parum flexuosus, striatus, glaber. Folia alterna, inferiora fere pedem longa, basi triquetra, superne plana: ex horum alis prodeunt rami digitorum longi, qui apice gerunt flores masculos in globulos plus minus a se inuicem distantes congestos. Inferne amentum vnicum est femineum globosum et echinatum.

355. CAREX.

MASC. Amentum imbricatum. *Cal.* 1—phyllus. *Cor.* 0.
 FEM. Amentum. *Cal.* et *Cor.* vt in flore masculino. *Nectarium* inflatum, 3—dentatum. *Stigm.* 3. *Semen* triquetrum intra nectarium.

*) *Spicis androgynis.*

918. *Carex disticha* spica composita, subdisticha: spiculis ouatis, subimbricatis, androgynis, foliolo longiori instructis; culmo triquetro. SCHREB. *Spicil.* LEYS. *Fl. Hal.* n. 937.

Carex spicis in summo caule congestis: imis foliolo infidentibus. HALL. *Hist.* n. 1362.

In humidis umbrosis in *der alten Au.* Maio, Iunio.

Dinera a carice *arenaria*: foliis multum angustioribus nec glaucescentibus; spiculis obtusis infimis remotioribus. Bracteola longitudine spiculae, quae saepe etiam plane deficit.

919. *Carex arenaria* spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus, foliolo longiori instructis, culmo triquetro. LINN. *Syst. Veg.* pag. 843. SCOP. *Carn.* 2. n. 1167.

Gramen cyperoides spica simplici, compressa, disticha. SCHEVCHZ. *Agrost.* p. 490. *Tab.* II. f. 6.

In arenosis ad ripas Danubii copiose. Iunio.

Radix articulata horizontaliter repens. Culmus palmaris et pedalis, triqueter. Folia glaucescentia, exteriora breuia, interiora longitudine fere culmi. Spica vncialis et breuior constat spiculis ouatis, acutis, ferrugineis, imis magis inter se remotis: sub infima bracteola adest sessilis spicula alterum saepe longior.

920. *Carex praecox* spica composita disticha, nudiuscula: spiculis contiguis, androgynis, teretibus, rectis; culmo superne nudo. SCHREB. *Spicil.* p. 63. LEYS. *Fl. Hal.* n. 939. *Var.* β.

In montanis tenui gramine vestitis. April.

Culmi

Culmi cespitosi, trigoni, digitales et palmares, striati, laeves. Folia lineae quadrantem lata, culmo breviora, basi vaginantia, glaucescentia, glabra. Spiculae in summo caule contiguae, teretes, acutae, rectae, spadiccae, nitentes.

921. *Carex leporina* spica composita; spiculis ouatis, sessilibus, approximatis, alternis, androgynis, nudis. LINN. Syst. Veg. p. 843.

Carex spicis nudis, subrotundis, distinctis, in summo caule congestis. HALL. Hist. n. 1361.

Gramen cyperoides spica e pluribus spicis mollibus composita. SCHEVCHZ. Agrost. p. 456. Tab. 10. fig. 15.

In pratis vdis *bei den Landmühlen.* Maio.

Culmi pedales, basi parum declinati, triquetri. Folia carinata, in acutum mucronem terminata, retrorsum scabra, ex glauco virentia. Spica vncialis, parum ad arcum inflexa, constat spiculis 5—8, ouatis, obtusis, ventricosis, alternis, approximatis, spadicis, nitentibus.

922. *Carex vulpina* spica supra decomposita, inferne laxiore; spiculis ouatis, androgynis, glomeratis; superne masculis. LINN. Syst. Veg. p. 843.

Carex culmo triquetro; spica supra decomposita; racemis imbricatis; spiculis androgynis, sessilibus, ouatis; foliis angulatis. SCOP. Carn. 1. pag. 219. 2. n. 1169.

Var. 1. Panicula flauo-viridi, compacta. SCOP.

Carex spicis subrotundis, echinatis, supremis confluentibus; capsulis rostratis, bifidis. HALL. Hist. n. 1364.

Carex palustris media, radice fibrosa; caule exquisite triangulari; spica breui, compactiori. MICH. Gen. p. 69. Tab. 23. f. 14.

Ad fossas viarum vbique. Maio, Iunio.

Culmus bipedalis exacte triquetus, angulis acutis. Panicula biuncialis constat spiculis ouatis, approximatis, compactis.

Var.

Var. 2. Panicula spadiceo-fusca, spiculis laxioribus composita. SCOP.

In paludosis sylvarum montanarum am Gemsenberg. Iunio.

Culmus pedalis, triqueter, basi vaginis foliorum copiosis, membranaceis, albis vestitus. Folia saepe longitudine culmi. Panicula 2—3. vncialis constat spiculis lanceolatis, fusco-spadiceis: imis remotis et bracteola subulata suffultis, quae nonnunquam etiam deficit, summis confluentibus.

923. *Carex brizoides* spica composita, disticha, nuda; spiculis androgynis, oblongis, contiguis; culmo nudo. LINN. Syst. Veg. pag. 843. SCOP. Carn. 2. n. 1170.

Carex spicis distichis, teretibus, repandis. HALL. Hist. n. 1358.

Carex fibrata radice, angustifolia, caule exquisite triangulari; capitulis pulchellis, albicantibus, longioribus et angustioribus, confertim nascentibus. MICHEL. Gen. p. 70. t. 33. f. 17.

In pratis humidis bei der Apponyischen Mühle. Maio.

Culmus pedalis, tenuis, exacte triqueter et glaber ad basim cingitur foliis 3—4, vix lineam latis, palmam aut semipedem longis. In apice culmi spiculae 6—9, oblongae, alternae, contiguae, teretes, ex albo virentes cum aliquo nitore, primo confertae, adultiores patentiusculae. Antherae sulphureae.

924. *Carex muricata* spiculis subovatis, sessilibus, remotis, androgynis; capsulis acutis, diuergentibus, spinosis. LINN. Syst. Veg. p. 843.

Carex muricata spiculis subovatis, sessilibus, remotis, androgynis; superne masculis, inferne femineis; capsulis acutis, bicuspidatis. WILLDEN. Fl. Berol. n. 94.

Ad fossas viarum, in locis humidis et subsyluestribus in der alten Au. Maio, Iunio.

Culmi palmares et pedales, glabri. Folia glabra, margine retrorsum aspera, longitudine culmi aut illo longiora. Spiculae 3—5 parum ab invicem remotae, superne maseulae. Capsulae subtrigonae, compressae, glabrae, rostro bifido terminatae.

925. *Carex Leerfii* spicis subovatis, sessilibus, remotis, androgynis; inferne masculis, superne femineis; capsulis acutis, simpliciter muricatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 95.

Carex spicis ternis, echinatis; glumis lanceolatis; capsulae mucrone simplici. HALL. Hist. n. 1366.

Gramen cyperoides, spicatum, minimum; spica divulsis, aculeata. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 485. tab. II. fig. 3.

In paludosis vbiq. Maio.

Culmi cespitosi, spithamales et pede longiores, triquetri. Folia vix semilineam lata, interiora culmum adaequantia aut illo longiora. Spiculae in summo culmo plerumque tres, ex viridi spadiceae, infima parum remotior. Capsulae glabrae rostro simplici terminatae.

926. *Carex nemorosa* spiculis ovatis, sessilibus, remotis, androgynis; capsulis diuergentibus, acutis, bicuspidatis, bracteis filiformibus, spica longioribus.

In nemorosis in der alten Au. Maio.

Differt a praecedenti culmo etiam bipedali, spiculis summis confluentibus, inferioribus 3—4 parum remotis, omnibus bracteola filiformi longa suffultis; squamis floralibus albis dorso viridi in mucronem producto et capsularum mucrone bifido.

927. *Carex remora* spicis ovatis, subsessilibus, remotis, androgynis; bracteis culmum aequantibus. LINN. Syst. Veg. p. 844.

Carex spicis androgynis, imis in ala praelongi folii sessilibus, supremis nudis. HALL. Hist. n. 1357.

Carex angustifolia etc. MICHX. Nov. Pl. Gen. p. 70. n. 3. t. 33. f. 16.

In paludosis fyluestribus über den Seilern. Maio, Junio.

Omnium nostrarum tenerrima, glabra, apice subnutans. Culmus pedalis. Spiculae inferiores virentes, ouatae, paruae, bracteolis insident praelongis, summae 3—4. subuniflorae culmum terminant.

928. *Carex elongata* spiculis oblongis, sessilibus, remotis, androgynis; capsulis ouatis, acutis. LINN. Syst. Veg. p. 844.

Carex spicis ouatis; imis remotis, supremis congestis. HALL. Hist. n. 1359.

Cyperoides polytachion, spicis laxis paniculam veluti componentibus. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 487. tab. II. fig. 4.

In palustribus in der alren Au. Maio, Junio.

Culmus 1—2—pedalis, triquetus, scaber. Folia culmo parum longiora, plana, lineam lata, retrorsum aspera. Spica biuncialis, tenuis, elegans, ex flauo spadicea. Spiculae 6—8—14, alternae, lanceolatae, infernae ad lineas 2. remotae, summae confluentes.

***) *Spicis sexu distinctis: femineis sessilibus.*

929. *Carex flava* spicis confertis, subsessilibus, subrotundis; mascula lineari; capsulis acutis, recuruis. LINN. Syst. Veg. p. 844.

Carex spicis femineis petiolatis, erectis, ouatis, echinatis. HALL. Hist. n. 1380.

In pratis in der Bürgerau. Maio.

Culmi palmares et pedales, subtriquetri, basi declinati. Folia ad basim culmi carinata, uncias 2—3. longa, lineam lata, deorsum strictu aspera. Spica mascula uncia breuior, flauescens culmum terminat. Spicae femineae 2—3. teretes, dein ouatae: summa sessilis, ceterae breuiter pedicellatae bracteolaeque suffultae. Squamae fulcae. Capsulae ouatae, acuminatae, maturitati proximae recurvantur.

930. *Carex digitata* spicis linearibus erectis, mascula breuiore inferioreque; bracteis aphyllis; capsulis distantibus. LINN. Syft. Veg. p. 844.

Carex spicis femininis petiolatis, raris, masculam superantibus. HALL. Hist. n. 1376.

Cyperoides montanum, nemorosum, etc. MICH. Nov. Pl. Gen. p. 65. t. 32. f. 9.

In sylvis montanis et insularis vbique, Maio.

Culmus vix pedalis, compressus, ad radicem squamis purpureis vaginantibus indutus. Folia radicalia canaliculata, basi rubra. Spica mascula tenuis, spædicea et alba, infra summam feminineam lateri culmi infidet; femineae 3—4. inferiores pedicellatae, squamis ex fusco-rubro viridique variis, apice tridentatis. Capsulae trigonae ad lentem villosulae.

931. *Carex montana* spicis femineis sessilibus, subsolitariis, ouatis, masculae approximatis; culmo nudo; capsulis pubescentibus. LINN. Syft. Veg. p. 844.

Carex angustifolia; spicis sessilibus, approximatis, teretibus; capsulis hirsutis. HALL. Hist. n. 1373.

In aridis montanis über dem Thomasbrunn, Aprili, Maio.

Culmi cespitosi, digitales et palmares, tenues, teretiusculi, basi vna cum foliis squamis striatis, fusco-rubris vestiti. Folia vncia paulo longiora, angusta, inferius carinata, apice plana. Spicae in summo culmo imbricatae, nigricantes: mascula ouata, squamis obtusis, neruo flavescente: femineae 1—2, parvae, lanceolatae, squamis acutis. Capsulae ouatae, acuminatae, ad lentem pubescentes.

932. *Carex ericetorum* spica mascula terminali, obuerse ouata, obtusa; femineis sessilibus, ouatis; capsulis pubescentibus. FOLLICH. Fl. Palat. n. 886. quoad descriptionem; excepto synonym. SCHEUCHZERI.

In gramineis syluestribus unter dem Gamsenberg. Maio.

Radix bulbosa radículas emitit fibrosas, ligneas, promitteque copiosos fasciculos foliorum et culmos floriferos. Folia radicalia subcarinata, glabra, vix lineam lata, spithamam longa; in mucronem sensim atte-

attenuata. Culmi spithamales obtuse trigoni basi vestiuntur foliolis 4. vix vnciam longis; dein nudi et glabri sunt. Spica *mascula* vnica, 4—5. lineas longa, obtusa, squamis brunneis, obtusis, margine albicantibus. Antherae flavae, spicae *femineae* plerumque 2. masculae approximatae, ouatae, sessiles; squamis ouatis apice tridentatis: dentibus lateralibus obtusis, medio in mucronem producto. Capsulae ouatae, subtrigonae, mucronatae, villosulae, primo albae, maturelcentes nigrescunt.

933. *Carex filiformis* spica mascula oblonga: femineis sessilibus oblongis: inferiore foliolo proprio brevior. LINN. Syst. Veg. p. 845.

Carex spicis sessilibus, approximatis, teretibus, foliolo infidentibus. HALL. Hist. n. 1383.

Cyperoides sylvaticum, tenuifolium; spicis paruis, tenuibus, spadiceo-viridibus. SCHEVCHZ. Agrost. pag. 425. t. 10. f. 11.

In montanis sterilioribus et in lapidosis ad margines sylvarum. Maio.

Culmi subtrigoni palmares et spithamales. Folia rigidiuscula, carinata, retrorsum scabra. Spica *mascula* terminalis fere cylindrica, ex flavescenti spadicea: *femineae* 2—3. masculae approximatae e viridi spadiceae, infima bracteolae biunciali infidens. Squamae ouatae neruo in mucronem producto. Capsulae ouatae, obtusae, leuissime pubescentes.

***) *Spicis sexu distinctis: femineis pedunculatis.*

934. *Carex alba* culmo tereti nudo; spicis pedunculatis, erectis, albidis; feminea supra marem elata; capsulis laevis. SCOP. Carn. 2. n. 1148.

Carex alba spica mare terminali, oblonga: femineis duabus linearibus, florentibus erectis, fructiferis pendulis: vaginis pedunculorum squamisque floralibus tumidis, scariosis, argenteis: culmo subnudo, vaginoso: foliis subsetaceis, capsulis globosis mucronatis.

tis, radice reptante. ALLION. JACQV. Collect. Austr. V. 2. p. 81.

Gramen sylvaticum angustifolium, spica alba. SCHEVCHZ. Agrost. p. 410. t. 10. f. 4. 5.

In umbrosis herbidis in der Mühlau. Maio.

Culmus semipedalis, teretiusculus, basi vaginis albicantibus cinctus. Folia filiformia longitudine culmi, Spicae femineae duae pedunculatae, patentiusculae, prodeunt e vagina semiunciali, membranacea, alba, splendente et truncata: summa marem fere aequat, quae pariter alba aut flavescens et acuta est. Styli tres cum filamentis albi. Capsulae glabrae acumine simplici. Semen triquetrum, rufescens.

935. Carex pilosa culmo triquetro; spicis erectis, remotis; femineis linearibus; folio proprio longioribus, SCOP. Carn. 2. n. 1162.

Carex spicis femineis petiolatis, erectis; floribus remotis. HALL. Hist. n. 1379.

Cyperoides latifolium, hirsutum; spicis tenuissimis, SCHEVCHZ. Agrost. p. 412.

In sylvis passim. Aprili, Maio.

Culmus dodrantalis et pedalis, triquetus, angulis rari-ter pilosis, ad basim striatis sanguineisque vaginis cinctus. Folia radicalia in fasciculum collecta, carinata, dura, superiore pagina nervis 2. eminentibus, carinae parallelis, nervis carinaeque pilosis. Folia culmi sesquiuncialia, plana, margine pilosa. Spica mascula uncialis, ovata, obtusa, squamis obtusis, spadiceis, dorso viridi. Spicae femineae 2—3. remotae, graciles, pedunculatae, erectae, ex albido virentes. Stigma bifidum. Capsulae acutae, glabrae.

936. Carex Pseudo-Cyperus spicis pendulis, pedunculis geminatis. LINN. Syst. Veg. p. 845.

Carex spicis femininis pendulis, asperis; capsulis longe rostratis retrouersis. HALL. Hist. n. 1397.

In vdis in der alten Au. Iunio.

Culmi pede altiores, erecti; versus apicem parum nutantes, triquetri, angulis acutis, asperrimis. Folia rigida,

rigida, striata, carinata, floralia culmo longiora. Spica mascula unica culmum terminat, biuncialis, saepe androgyna, superne feminea: femineae 4—5, sesquiunciales, nutantes, ex viridi flavescentes. Capsulae subulatae, striatae, apice bifidae, bracteis setaceis interstinctae.

937. *Carex cespitosa* spicis erectis, cylindricis, ternis, subsessilibus: mascula terminali; culmo triquetro. LINN. Syst. Veg. p. 845.

Carex spicis femininis sessilibus, ima petiolata; glumis perangustis. HALL. Hist. n. 1384.

Ad aquaeductum bei der Apponyischen Mühle.

Culmus pedalis, altior, erectus, triqueter, deorsum strictu asper, basi vaginis rubris circumdatus. Folia basi canaliculata, dein plana et in mucronem sensim attenuata, glabra, infima biuncialia, superiora longitudine culmi. Spica mascula terminalis, cylindrica, vncialis, cui rarius altera parva ad basim adnexa est, squamis ovatis, obtusis, atro-purpureis, linea dorsali alba: femineae 3—5, erectae, infima 2—3 vncialis, pedicello vnciali instructa, atque foliis sese longiori insidens, caeterae sensim breviores fiunt, squamae lanceolatae, acutae, dorso viridi. Stigma bifidum.

938. *Carex maxima* culmo triquetro, spicis longissimis: femineis pendulis, androgynis; capsulis confertis, acutis. SCOP. Carn. 2. n. 1166.

Carex spicis femininis pendulis, longissimis; capsulis mucronatis, ovatis. HALL. Hist. n. 1396.

In vdis sylvestribus unter dem Gernsenberg. Maio.

Culmus 2—3—pedalis, erectus, triqueter, angulis scabriusculis. Folia glaucescentia, striata, plana, acuminata. Spica mascula terminalis, subnutans, vnciis duabus longior, in medio parum crassior, squamis primo fuscescentibus, dein stramineis, lanceolatis, apice emarginatis, nervo in mucronem producto. Spicae femineae 4—6, teretes, pedicellatae, pendulae, vncias 3—5. longae; summa masculae approximata, sessili; non raro omnes apice

aliquot masculos flores gerunt. Capsulae ouatae, striatae, mucrone simplici terminatae.

939. *Carex distans* spicis remotissimis, subsessilibus; bractea vaginali; capsulis angulatis, mucronatis. LINN. Syst. Veg. p. 845.

Carex spicis brevissime petiolatis, distitis. HALL. Hist. n. 1382.

In humidis iuxta vias sylvarum *unter dem Gemsenberg*, et in paludosis *in der alten Au*. Iunio.

Culmus bipedalis, triqueter, nitens, glaberrimus. Folia rigida in mucronem attenuata. Spica mascula terminalis, dilute fuscescens, parum antrorsum nutat: squamis lanceolatis, obtusis. Spicae femineae 2—4, breviter pedicellatae, subcylindricae, semiunciam longae, ad 2—4 unciale interuallum a se inuicem remotae, squamis ouatis, acutis, dorso linea ex viridi flauicante notatis. Capsulae ouatae, angulatae, glabrae, rostro bifido terminatae.

****) *Spicis sexu distinctis: masculis pluribus.*

940. *Carex acuta* spicis masculis pluribus; femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis. LINN. Syst. Veg. p. 845.

Var. a) *Carex nigra*, verna, vulgaris. LINN. Spec. Plant. p. 978.

Carex spicis maribus ouatis; femininis gracilibus erectis; capsulis triquetro-conicis. HALL. Hist. n. 1406.

Cyperoides nigro-luteum, vernum, minus. SCHEVCHZ. Agrost. p. 460.

In pratis paludosis. Aprili, Maio.

Culmus palmaris et pedalis, obsolete triqueter, glaber. Folia carinata culmo breuiora, in mucronem sensim attenuata. Spicae masculae 2—3, summa maxima, inferiores paulo remotae, bractea subulata spadicea suffultae, squamis atro-fuscis, lanceolatis, obtusis: femineae 2—3 infra mares breviter pedunculatae et remotae, cylindricae, foliis se

se longioribus infidentes: squamis ouatis, acutis, nigris. Capsulae glabrae per aetatem nigrae euadunt.

Var. b) Carex ruffa spicis masculis superioribus numerosis; femineis inferioribus: intermedia unica androgyna. ROY. LINN. Spec. Plant. pag. 978.

Carex spicis masculis ternis; femininis numerosis, erectis, brevissime petiolatis; capsulis bicornibus. HALL. Hist. n. 1404.

Cyperoides latifolium spica ruffa, f. caule triangulo. SCHEVCHZ. Agrost. p. 458.

In paludibus passim.

Culmus bi- et tripedalis, erectus, basi teres, dum e foliis prodiit exacte triquetus, angulis scabris. Folia pede longiora, superne laete viridia, inferne glauca, plana, 3—4 lineas lata, margine deorsum strictu scabra. Spicae masculae 2—3, teretes, lanceolatae, uncia longiores, ferrugineae, squamis ouatis, obtusis: femineae 3—4, sublessiles, parum remotae, sesquiunciam et duas uncias longae, teretes, insident folio amplexicauli spica longiore. Summa apice non raro masculos flores gerit. Squamae lanceolatae, acuminatae, brunneae, neruo virente. Capsulae ovatae, compressae, glabrae, mucronatae.

941. Carex glauca spicis maribus vna pluribusue; femininis pendulis; capsulis ouato-triquetris, confertis. HALL. Hist. n. 1408. SCOP. Carn. 2. n. 1157.

Cyperoides foliis caryophylleis; caule exquisite triangulari; spicis habitioribus; squamis curtis, obtuse mucronatis; capsulis turbinatis, breuibus, confertis. MICH. Gen. p. 62. t. 32. f. 12.

In paludosis in der Pörschen et alten Au. Majo.

Figura MICHELII nostram plantam bene exprimit: convenit quoque cum descriptione c. SCOPOLII, sed spicae femineae in nostra pendulae non sunt.

Omnia ex glauco virent. Culmus pede altior, triquetus, angulis scaber. Spicae masculae saepissime

duae, summa vncialis, in medio crassiuscula; squamis ouatis, apice rotundatis, atro-rubris. Spicae femineae 3—4, quarum summa plerumque apice flores aliquot masculos gerit; vnciales, cylindricae, pedicellatae, foliolo longiori insidentes; squamis ouatis, acutis, fuscescentibus. Capsulae ouatae, striatae, flavae, dense imbricatae, squama propria longiores. Stigma trifidum.

Haec nostris vinicolis sub nomine *Band* pro ligandis vitibus inseruit.

942. *Carex varia* spicis maribus tribus, femininis tribus; capsulis numerosis, breuiter bifurcatis. HALL. Hist. n. 1407.

Gramen cyperoides angustifolium, spica spadiceo-viridi, minus. C. BAYH. Theatr. p. 84.

In paludibus in der alten Au. Maio, Iunio.

Culmus cubitalis, basi teres, dein exacte triqueter, dorsum stricto scaber. Folia plana, sensim in mucronem attenuata, pede longiora, lines tres lata. Spicae masculae 3, tenues, teretes, sessiles, summa et infima sesquiuunciales, intermedia summae approximata dimidio breuior; squamis ouato-oblongis, obtusis, atro-fuscis. Antherae flavae. Spicae femineae 3—4, breuiter pedunculatae, teretes, vncias 2—longae, sesquilineam latae. Infima insidet folio culmo longiori, quae sub sequentibus sensim breviora fiunt: summa non raro apice aliquot gerit flosculos mares. Squamae lanceolatae, acutae, margine atro-rubente et nitente, dorsoque viridi pulchre variegatae. Capsulae ouatae, compressae, glabrae, virides, rostro emarginato terminatae. Stigma bifidum.

943. *Carex vesicaria* spicis masculis pluribus; femineis pedunculatis; capsulis inflatis, acuminatis. LINN. Syst. Veg. p. 845. SCOP. Carn. 2. n. 1164.

Var. a) *Carex* spicis maribus vna pluribusue, femininis erectis, teretibus; capsulis ampullatis, rostratis. HALL. Hist. n. 1401. POLL. Fl. Pal. p. 895. α.

Cy-

Cyperoides polytachion; spicis teretibus, erectis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 472.

In paludosis insularum Danubii. Maio, Iunio.

Culmus bipedalis, erectus, triqueter, striatus. Folia carinata, inferiora culmo longiora, lineas 3—lata, mucronata: floralia breviora; omnia rigidiuscula, laete viridia, deorsum strictu scabra. Spicae masculae 3. erectae, tenues, infima et summa sesquiunciales, intermedia brevior. Squamae lineari-lanceolatae, in mucronem attenuatae, membranaceae, fuscescentes. Spicae femineae 2—3. ad uncias 3. inter se remotae, breviter pedicellatae, uncias 2. longae, lineas 5. crassae. Squamis lanceolatis, acutis, brunnis. Capsulae inflatae, pallidae, striatae, rostro bifido terminatae. Stigma trifidum.

Var. b) *Carex* spicis maribus una pluribusue; femininis teretibus, pendulis; capsulis conicis, rostratis, bicornibus. HALL. Hist. n. 1409.

Cyperoides vesicarium; spicis viridantibus vel subfuscis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 470.

In pratis paludosis bei St. Georgen. Maio.

Culmus et folia ut in priore. Spicae masculae 2—3. tenues, terminali maxima; squamis obtusis fuscescentibus, dorso viridi, margine membranaceo albicante. Spicae femineae 2. teretes, unciam longae, subnutantes; squamis lanceolatis, acutis, viridibus. Capsulae ovato-trigonae, virentes, rostro profunde bifido terminatae.

944. *Carex sylvatica* spicis pedunculatis, pendulis: mascula erecta, femineis filiformibus, laxis, pedunculo brevioribus; capsulis ovatis, aristatis, furcatis. LEYS. Hal. 2. n. 962. WILLDEN. Fl. Ber. n. 114.

Carex vesicaria culmo longissimo; spicis tenuibus, remotis. LINN. Sp. Pl. p. 979. β .

Carex spicis maribus ternis, emarcidis: femininis longe petiolatis, gracillimis. HALL. Hist. n. 1402.

Cy-

Cyperoides sylvarum, spicis tenuioribus, e viridi albicantibus. SCHEVCHZ. Agrost. p. 454.

In sylvis insularis in der alten Au. Maio, Iunio.

Culmus 2—3—pedalis, triqueter, glaberrimus. Folia carinata, striata, glabra, neruo asperiusculo. Spica mascula subsolitaria, rarius 3. trigona, vnciam longa, squamis lanceolatis, acutis, membranaceis, disphanis, neruo viridi. Spicae femineae 3—4, pedicellatae; pedicello infimae 4—5, vnciali, superiores femis breviores, pendulae. Capsulae triquetrae, glabrae, ventricosae, rostro longo apice bifido terminatae. Stigma trifidum.

945. Carex parula spicis femininis pendulis, raris, praelongis; capsulis rostratis, bifidis. HALL. Hist. n. 1395. POLLICH. Pal. n. 896.

Carex parula. SCOP. Carn. 2. n. 1160. t. 59.?

Cyperoides sylvarum tenuius spicatum. SCHEVCHZ. Agrost. p. 418.

In sylvis humidiusculis unter dem Gemsenberg. Maio.

Culmus sesquipedalis, triqueter, basi squamis vaginantibus, atro-purpureis, striatis cinctus. Folia radicalia in caespitem congesta, longitudine culmi, carinata, nervosa; margine, carina ac nervis acuta, asperissima. Spica mascula subsolitaria, oblonga, obtusa, spadiceo-fusca: squamis lanceolatis, acutis. Antherae flavae. Spicae femineae 2—3, laxae, sesquunciam longae, pedicello vnciali infidentes, primo erectae et patentes, dein antrorsum nutantes. Flosculi alterni ad lineae distantiam inter se remoti: squamis ovatis, acutis, spadiceis, neruo viridi. Capsulae ovatae, striatae, glabrae, virides, rostro apice emarginato terminatae. Stigma trifidum, nigrescens.

946. Carex hirta spicis remotis: masculis pluribus; femineis subpedunculatis, erectis; capsulis hirtis. LINN. Syst. Veg. p. 846.

Carex caule, foliis capsulisque hirsutis. HALL. Hist. n. 1403.

Cyperoides polystachion, lanuginosum. SCHEVCHZ.
Agrost. p. 478.

In montanis arenosis, passim. Maio, Iunio.

Culmus palmaris, pedalis, triqueter, striatus, superne glaber, inferne cum foliis eorumque vaginis hirsutus. Folia mucronata, carinata. Spicae masculae 1—3. Squamis lanceolatis, acutis, hirsutis, fuscis, dorso virente: femineae 3—4, breuiter pedicellatae in alis foliorum, squamis ouatis, arista terminatis, virentibus, glabris. Capsulae virides, ouatae, trigonae, hirsutae, acumine longo, bifido terminatae. Stigma trifidum.

T E T R A N D R I A.

356. BETULA.

MASC. Cal. 1—phyllus, 3—fidus, 3—florus. Cor.
4—partita.

FEM. Cal. 1—phyllus, subtrifidus, 2—florus. Sem.
vtrinque membrana alata.

947. *Betula alba* foliis ouatis, acuminatis, serratis.
LINN. Syst. Veg. p. 848. SCOP. Carn. 2. n. 1171.

Betula fol. cordato-lanceolatis, serratis. HALL. Hist. n.
1628.

In sylvis circa *Blumenau* et *Stampfen*, frequens. Aprilis.
Birke. Nyir-fa. Brez'a.

Frutex et arbor cortice albo rimoso gaudet. Rami sunt
brunni, punctulis albis eleuatis adspersi. Folia cor-
data, acuminata, inaequaliter serrata. Amenta mas-
cula ex apice ramulorum, plerumque gemina, sessi-
lia, pendula, squamis subrotundis, fuscescentibus;
feminea 1—2, tenuia, e gemmis foliorum peduncu-
lata, squamis viridibus, lanceolatis. Styli rubelli.

948. *Betula Alnus* pedunculis ramosis. LINN. Syst. Veg.
p. 849. SCOP. Carn. 2. n. 1172.

Alnus foliis glabris, rotundis, rotunde crenatis; spon-
giolis ad neruorum angulos. HALL. Hist. n. 1630.

In fyluis iuxta rinos, in Insulis Danubii. Aprili.

Erle. Eger-fa. Ielffa.

Arbor procerior, sæpe etiam fruticosa, ligno rubente.

Folia ouata, obtusa, dentibus acutiusculis circumferrata. Pedunculi ramosi. Amenta mascula cylindrica, obtusa, pendula.

357. VRTICA.

MASC. Cal. 4—phyllus. Cor. o. Nectar. centrale, cyathiforme.

FEM. Cal. 4—phyllus, foliolis 2. oppositis exiguis.

Cor. o. *Stigma* villosum. Sem. 1. nitidum.

949. *Vrtica vrens* foliis oppositis, ovalibus. LINN. Syft.

Veg. p. 849. SCOP. Carn. 2. n. 1174.

Vrtica sexibus sede distinctis; fol. ouato-lanceolatis, ferratis, iulis oblongis. HALL. Hist. n. 1615.

Iuxta sepes et rudera, abunde. Iulio, Augusto.

Kleine Brennessel; Habernessel. Apró-csallán, A'rua csallán. Menstj Prhlawa.

Caulis aculeis tenuissimis; acutissimis, patentibus obsessus. Folia opposita, ouata, profunde circumferrata. Racemi e singula foliorum ala, 4, erecti.

950. *Vrtica dioica* foliis oppositis, cordatis; racemis

geminis. LINN. Syft. Veg. p. 849. SCOP. Carn. 2. n. 1175.

Vrtica stirpibus sexu distinctis; foliis ferratis, ouato-lanceolatis, productis. HALL. Hist. n. 1614.

In hortis, dumetis et circa sepes. Iulio.

Nessel, Brennessel. E'getö-csallán. Nagy csallán. Prhlawa, Zihlawa.

Caulis cubitalis, altior, villosulus, et spinulis minutissimis obsessus. Folia opposita in mare cordato, in femina vero magis ouato-lanceolata, acuta, ferrata.

Racemi in alis foliorum gemini, ramosi, penduli.

PENTANDRIA.

358. XANTHIUM.

MASC. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* composita:
propria 1—petala, infundibuliformis, 5—fida.

Recept. paleaceum.

FEM. *Cal.* inuolucrum 2—phyllum; 2—florum.
Cor. o. *Drupa* ficca, muricata, 2—fi-
 da: *nucleo* 2—loculari.

951. *Xanthium strumarium* caule inermi; foliis corda-
 to-trineruatis. LINN. Syft. Veg. p. 852.

Xanthium foliis femitrilobatis; aculeis vncinatis. HALL.
 Hist. n. 1621.

In ruderatis, fimetis, ad fossas et iuxta vias vbique. Iu-
 lio.

Igelklette Diszno Mogyoro.

Caules pedales, ramosi, pubescentes. Folia alterna,
 petiolata, cordata, plicato-vndulata, ferrata. Pe-
 dunculi axillares, multiflori. Flores masculi ad api-
 cem ramulorum in capitula subrotunda collecti. Fe-
 minei infra masculos ponuntur. *Cal.* communis po-
 lyphyllus. Fructus aculeis vncinatis obsessus.

359. AMARANTHVS.

MASC. *Cal.* 3—f. 5—phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 3.
 f. 5.

FEM. *Cal.* 3—f. 5—phyllus. *Cor.* o. *Capf.* 1—locu-
 laris circumscissa. *Sem.* 1.

952. *Amaranthus Blitum* glomerulis lateralibus; flo-
 ribus trifidis; foliis ouatis, retusis; caule diffuso.
 LINN. Syft. Veg. p. 854.

Amaranthus procumbens; fol. ouatis, emarginatis.
 HALL. Hist. n. 1606.

Blitum maius. SCOP. Carn. 2. n. 1178.

In cultis oleraceis, passim. Iulio.

Caules prostrati, teretes, striati, glabri. Folia ouata,
 obtusa, laepe etiam emarginata, nervis inferne fla-
 ves-

ves-

vescentibus, obliquis, parallelis: marginē ad lentem denticulata. Flores axillares, glomerati.

953. *Amaranthus hypochondriacus* racemis pentandris, compositis, confertis, erectis; fol. ovatis, mucronatis. LINN. Syst. Veg. p. 854.

Circa sepes hortorum in der Mühlau, frequens.

Caulis cubitalis, altior, erectus, striatus, villosulus. Folia ovata, vtrinque punctulis confertis adperia, apice obtusa, nervo in mucronem herbaceum tenuissimum desinente: margine minutissime denticulata, nervis inferne albicantibus obliquis. Racemi in apice caulis conferti, lanceolati, virides. Semen nigrum, nitens.

P O L Y A N D R I A.

Stamina ultra 7.

360. CERATOPHYLLUM.

MASC. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* duplo plura quam segmenta calycis (16—20.).

FEM. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Styl.* o. *Sem.* 1. nudum.

954. *Ceratophyllum demersum* foliis dichotomo-biginis; fructibus trispinosis. LINN. Syst. Veg. pag. 856. SCOP. Carn. 2. n. 1179.

Ceratophyllum fol. subspinosis: capsula tricorni. HALL. Hist. n. 1599.

In aquis stagnantibus in der Pötschen. Aestate.

Caulis longi, graciles, decumbentes, glabri. Folia in vno verticillo 8—10, bi- et trifida, setacea, vno latere denticulata. Capsula ovata, lateraliter ad apicem rostro instructa, vtrinque dente obtuso gibbosa: postice prope basim dens vnus: antice longitudinaliter dentes tres, vt tota muricata videatur.

361. MYRIOPHYLLUM.

- MASC. *Cal.* duplex: *exterior* 4—phyllus; *interior* 1—phyllus, semi—4—fidus. *Petala* 4, unguiculata, caduca. *Stam.* 8.
 FEM. *Cal.* 4—phyllus. *Cor.* o. *Pist.* 4. *Capf.* 4, connatae, 1—spermae.

955. *Myriophyllum spicatum* floribus masculis interrupte spicatis. LINN. Syst. Veg. p. 856. SCOP. Carn. 2. n. 1180.

Pentapteris spica nuda. HALL. Hist. n. 993.

Millefolium aquaticum, pennatum, spicatum. C. BAVH. Prodr. p. 73. cum icone.

In aquis stagnantibus *in der Pötschen.* Julio.

Caulis ramosi rubicundi, repentes, geniculati, in aqua ingentes cespites efformant. Folia plerumque quaternaria, verticillata; pinnis fetaceis alternis oppositisque. Flores in spica nuda, supra aquam eminente, verticillati: verticillis 4—floris, remotis, maribus superioribus. Antherae 8. Calycina foliola concava. Sub quolibet flosculo bracteola viridis, ovata.

956. *Myriophyllum verticillatum* floribus omnibus verticillatis, hermaphroditis. LINN. Syst. Veg. pag. 856.

Pentapteris floribus alaribus. HALL. Hist. n. 992.

Millefolium aquaticum, flosculis ad foliorum nodos. C. BAVH. P. p. 141.

Cum priore. Julio.

Caulis simplex, erectus, totus dense foliis vestitus. Folia 5—7—verticillata, pinnata: pinnulis filiformibus. Caulem terminat spica foliosa, foliolis 4—verticillatis, linearilanceolatis, ferratis; quorum alis insident flores dioici. Antherae flavescentes. Stigmata globosa, setulis hispida.

362. SAGITTARIA.

MASC. Cal. 3—phyllus. Cor. 3—petala. Filamenta
fere 24.

FEM. Cal. et Cor. | maris. Pist. et Semina plurima,
nuda.

957. *Sagittaria sagittifolia* foliis sagittatis, scutis.
LINN. Syst. Veg. p. 856.

Sagitta maior. SCOP. Carn. 2. n. 1181. HALL. Hist. n.
1185.

In stagnis et fossis, copiose am *Ratschdorfer Weg*. Iu-
lio.

Pfeilkraut. Nyil-fü, Vizi-nyil.

Scapus simplex, angulosus, sulcatus nudus. Folia ra-
dicalia, in cespitem congesta, petiolis triangulari-
bus, medulla spongiosa infarctis; sagittata, segmentis
inferioribus diuergentibus. Flores in scapo verticil-
lati. Calycina foliola concava. Petala subrotunda,
alba, vnguib; purpurascensibus.

363. POTERIUM.

MASC. Cal. 4—phyllus. Cor. 4—partita. Stam.
30—40.

FEM. | Cal. et | Cor. maris. Pist. 2. Bacca e tubo co-
rollae indurato.

958. *Poterium sanguisorba* inerme; caulibus subangu-
lofis. LINN. Syst. Veg. p. 857.

Pimpinella polystemon. HALL. Hist. n. 706.

Sanguisorba spicis subrotundis; floribus polygamis.
SCOP. Carn. 2. n. 168.

In apricis ficcisque montanis. Maio, Iunio.

Caulis pedalis, altior, erectus, sulcatus, striis rubellis
pictus. Folia radicalia in cespitem congesta, caulina
alterna, omnia pinnata: pinnis oppositis, subrotun-
dis, serratis. Costa superne sulcata, leuiter pubes-
cens. Spicae subrotundae caulem ramosque termi-
nant. Cal. 2—3 et 4—phyllus, foliolis ouatis,
dorso rubicundis. Flores hermaphroditi inferiores,
polyan-

polyandri; filamenta longa, alba; antherae flavae. Feminei superiores, digyni; stigmata penicilliformia.

364. QUERCUS.

MASC. *Amentum*. Cal. 5—fidus. Cor. o. Stam. 5—
10.

FEM. Cal. 1—phyllus, integerrimus, scaber. Cor. o.
Styli 2—5. Sem. 1. ovatum.

959. *Quercus Robur* foliis deciduis, oblongis, superne latioribus; sinibus acutioribus; angulis obtusis. LINN. Syft. Veg. p. 858. SCOP. Carn. 2. n. 1184.

Quercus fol. glabris, femipinnatis, pinnis obtusis, superioribus maioribus. HALL. Hist. n. 1626.

In nemoribus sylvisque montanis ac insularis. Maio. *Eiche*. Frucht. *Eicheln*. Tögly-fa, Dub.

Arbor procera. Folia versus apicem latiora, segmentis obtusis, vtrinque glabra.

960. *Quercus Cerris* fol. oblongis, lyrato-pinnatifidis: laciniis transversis, acutis: subtus subtomentosis. LINN. Syft. Veg. p. 858.

Quercus calyce hispido, glande minore. c. BAVH. F. p. 420.

In sylvis insularis passim. Maio.

Zerliche. Tfer-fa. Czer.

Arbor procera. Fol. oblonga, obtusa, segmentis acutis, inferne ad lentem pubescentia.

365. IUGLANS.

MASC. *Amentum*. Cal. 1—phyllus, squamiformis.

FEM. Cal. 4—fidus, superus. Cor. 4—partita. *Styli*
2. *Drupa* nucleo sulcato.

961. *Iuglans regia* foliolis ovalibus, glabris, subserratis, subaequalibus. LINN. Syft. Veg. p. 858. SCOP. Carn. 2. n. 1186.

Iuglans fol. septenis, ovato-lanceolatis, integerrimis.
HALL. Hist. n. 1624.

In fyluis in der alten Au spontanea. Maio.

Nußbaum; welsche Nüsse. Dio-fa; Olasz Dio. Orech.
Officin. Fructus immaturi.

Arbor procera, cortice rimoso, cinereo. Folia pinna-
ta, foliolis septenis, subsessilibus, ovatis, acutis, in-
tegris.

366. FAGVS.

MASC. *Amentum.* Cal. 5—fidus, campanulatus. Cor.
o. Stam. 12.

FEM. Cal. 4—dentatus. Cor. o. Sryli 3. Capsula mu-
ricata, 4—valvis. Sem. 2—4.

962. *Fagus Castanea foliis lanceolatis, acuminato-ferra-
tis, subtus nudis.* LINN. Syst. Veg. p. 859.

*Castanea fol. ovato-lanceolatis, ferratis; dentibus
aduncis.* HALL. Hist. n. 1623.

Castanea fatiua. SCOP. Carn. 2. n. 1187.

Supra vineas fyluas fere constituit. Iunio.

Kästenbaum, Kastanien. Gestenyo-fa. Gestenyék.
Galstane.

Flores feminei pentagyni.

963. *Fagus sylvatica fol. ovatis, obsolete ferratis.* LINN.
Syst. Veg. p. 859.

Fagus fol. ovato-lanceolatis, oris undulatis. HALL. Hist.
n. 1622.

Castanea Fagus. SCOP. Carn. 2. n. 1188.

In fyluis abunde. Maio.

Roslibuchen. Bik-fa. Buk.

Arbor praecalta. Folia ovata, undulata, splendens.
Flores feminei trigyni.

367. CARPINVS.

MASC. *Amentum*. Cal. I—phyllus: squama ciliata.
Cor. o. Szam. 20.

FEM. Cal. et Cor. maris. Germina 2. Styli singulis 2.
Nuces 2. ouatae, calyce sexfidó inclusae.

964. *Carpinus Betulus* squamis strobilorum planis.
LINN. Syst. Veg. p. 859. HALL. Hist. n. 1627, SCOP.
Carn. 2. n. 1189.

In campis et syluis montanis ac insularis. Maio.

Weißbuche, *Hagebuche*. Györttyán-fa. Iawor.

Arbor mediocris, ligno albo. Amenti squamae cordatae, acuminatae, apicibus fuscis. Antherae pilosae, luride flavescentes.

368. CORYLVS.

MASC. *Amentum*. Cal. I—phyllus, trifidus, I—florus, squamiformis. Cor. o. Szam. 8.

FEM. Cal. 2—phyllus, lacerus. Cor. o. Styli 2. Nux ouata.

965. *Corylus Avellana* stipulis obtatis, obtusis. LINN.
Syst. Veg. p. 859. SCOP. Carn. 2. n. 1192.

Corylus sepium. HALL. Hist. n. 1625.

In syluis, sepibus et dumetis vbique. Martio.

Häselstrauch; *Häselnuß*. Mogyoró-fa. Leśka; Leśkowce.

Amenta mascula autumnno prodeunt, persistuntque donec vere adueniant feminae.

MONADELPHIA.

369. PINVS.

MASO Cal. 4—phyllus. Cor. 6. Stamina plurima.
Antherae nudae.

FEM. Cal. strobili: squama 2—flora. Cor. 6. Pist. 1.
Nux ala membranacea excepta.

*) Foliis pluribus ex eadem basi vaginali.

966. Pinus *sylvestris* foliis geminis: primordialibus solitariis, glabris. LINN. Syft. Veg. p. 860. SCOP. Carn. 2. n. 1196.

Pinus fol. binis, conuexo-concauis; conis masculis solitariis, alaribus. HALL. Hist. n. 1660.

In syluis über dem Teufelsjessel et unter dem Gamsenberg, rara, Maio.

Rothe Föhren, Rothbaum.

Folia bina, biuncialia, mucronata ex tuberculo et vaginula prodeunt, vno latere conuexa, altero subcanaliculata.

**) Foliis solitariis ex basi distinctis.

967. Pinus *picea* fol. solitariis, emarginatis. LINN. Syft. Veg. p. 860. SCOP. Carn. 2. n. 1193.

Pinus fol. solitariis, planis, pectinatis, emarginatis. HALL. Hist. n. 1657.

Modrae syluas constituit septentrionem spectantes.

Tanne. Fönnyö. fa. Gedla.

Ramuli erecti. Folia uncialia apice bifida, inferne albidia, neruo virente; superne viridia, splendentia.

968. Pinus *Abies* fol. solitariis, subulatis, mucronatis, laeuis, bifariam versis. LINN. Syft. Veg. p. 861. SCOP. Carn. 2. n. 1194.

Pinus fol. solitariis, tetragonis, mucronatis. HALL. Hist. n. 1656.

Cum priore rarior.

Fichte

Fichse, Kienbaum. Szömörke-fa. Smreh.
 Ramuli penduli. Folia vndiquaque nascentia, acumi-
 nata, obtuse tetragona, glabra, viridia.

SYNGENESIA.

370. BRYONIA.

MASC. Cal. 5—dentatus. Cor. 5—partita. Filam. 3.

Antherae 5.

FEM. Cal. et Cor. maris. Styl. 3—fidus. Bacca sub-
 globosa, polysperma.

969. *Bryonia alba* foliis palmatis, vtrinque calloso-sca-
 bris; floribus monoicis. LINN. Syst. Veg. pag. 869.

HALL. Hist. n. 574. SCOP. Carn. 2. n. 1200.

Bryonia alba, baccis nigris. C. BAVH. P. p. 297.

Inter vineas, in sepibus et dumetis, passim. Iunio.

Zaunrübe. Földi-tök; Káro-répa. Posed.

Officin. Radix *Bryoniae*.

Caulis longus, carnosus, sulcatus vario modo circa du-
 meta sese conuoluit. Folia alterna, petiolata, quin-
 queloba, lobis triangularibus, vtrinque pilosa et sca-
 bra. Flores albi: masculi superiores, racemosi. Fi-
 lamenta villosa. Antherae flavae: feminei in alis fo-
 liorum, subumbellati. Germen rotundum termina-
 tur pedicello, cui insidet flos mare minor. Bacca
 nigra.

 Classis XXII.

D I O E C I A.

M O N A N D R I A.

 371. NAIAS.

MASC. Cal. cylindricus, 2—fidus. Cor. 4—fida. Filamentum nullum.

FEM. Cal. o. Cor. o. Pist. 1. Capsf. ovata 1—locularis.

970. *Naias marina*. LINN. Syst. Veg. p. 878.

Naias fructu monospermo. HALL. Hist. n. 556.

Fluvialis minor, foliis angustissimis, denticulatis, deorsum reflexis; fructu acuto, tenuiori, monospermo. MICHEL. Gen. p. 11. t. 8. f. 3.

In stagnis in der Pörschen.

Cauliculi graciles per dichotomiam ramosissimi in aqua latos cespites efformant. Folia ad ramorum exortum e vagina truncata prodeunt, summa fasciculata ramos terminant: omnia reflexa, filiformia, denticulata. Flores non vidi.

DIANDRIA.

372. SALIX.

- MASC.** *Amentum imbricatum.* Cal. squamæ 1—flore.
 Cor. o. Nectar. glandula baseos.
FEM. *Ament.* Cal. et Cor. maris. Styl. 2—fidus.
 Capsf. 2—valvis, 1—locularis. *Semina* papposa.

*) *Foliis glabris, ferratis.*

971. *Salix triandra* foliis ferratis, glabris; floribus triandris. LINN. Syst. Veg. p. 879. SCOP. Carn. 2. n. 1214. HOFFMANN. *Histor. Salicum.* Vol. I. p. 45. t. 9. IO. 23. f. 2.

Salix foliis glabris, elliptico-lanceolatis, ferratis; stipulis dentatis; iulis gracilibus, triandris. HALL. Hist. n. 1637.

Ad ripas Danubii et iuxta riuos vbique. Aprili, Maio. Frutex orgyalis. Folia ferrata, breuiter petiolata: iuniora subtus albicantia et sericeo-subpubescentia, adulta glaberrima. *Maris* amentum fere sesquiunciale ex gemmis foliaceis. Squamæ staminiferæ oblongæ, apice dilatatae, inflexæ. Stamen medium caeteris longius. Filamenta infra medium hirsuta. *Feminae* amentum breuiter pedicellatum. Capsulae ouatae, compressæ.

972. *Salix vitellina* fol. ferratis, ouatis, acutis, glabris: ferraturis cartilagineis; petiolis calloso-punctatis. LINN. Syst. Veg. p. 879.

Salix arborea; fol. ellipticis, lanceolatis, subtus ferricis; dentibus crassescentibus. HALL. Hist. n. 1635. *Var. β.*

Salix vitellina fol. ferratis ouato-lanceolatis, acutis, supra glabris: ferraturis cartilagineis. HOFFMANN. L. C. p. 57. t. II. 12. 24. f. 1.

In insulis Danubii passim.

Arbor mediocris, ramis vitellinis. Folia elliptico-lanceolata, acuminata, inferiora integra, superiora ser-

rata, dentibus glandula terminatis; inferne glauca, superne laete viridia. Stipulae nullae. Florentem non vidi.

973. *Salix amygdalina* fol. ferratis, glabris, lanceolatis petiolatis; stipulis trapeziformibus. LINN. Syst. Veg. p. 879.

Salix stipulis ferratis; fol. lanceolatis, ferratis, glabris. HALL. Hist. n. 1636.

In humidis subsyluestribus im *Steinsätzen* et *Spitalern*. Maio, Iunio.

Frutex, etiam arbor mediocris. Vimina purpurascens. Folia longe lanceolata, acuta, obtuse ferrata, glaberrima, nitida. Stipulae profunde ferratae, in foliis adultioribus saepe defunt.

974. *Salix fragilis* fol. ferratis, glabris, ovato-lanceolatis; petiolis dentato-glandulosis. LINN. Syst. Veg. p. 879.

Juxta rivus *bei der Bucklischen Mühle*.

Arbor procera et mediocris altitudinis. Rami flavi aut purpurascens, nitidi, ab articulis leuissimo tactu diffiliunt. Folia lanceolata, ferrata, denticulis sursum directis, apice callosis, superne laete viridia, splendentia, inferne glauca. Stipulae si adsunt, cordatae, crenatae.

975. *Salix purpurea* fol. ferratis, glabris, lanceolatis: inferioribus oppositis. LINN. Syst. Veg. p. 879.

Salix monandra fol. ferratis, glabris, lineari-lanceolatis, superioribus obliquis. HOFFMANN. l. c. p. 18. t. 1. f. 1—3. t. 5. f. 1. t. 23. f. 1.

In salicetis sabulosis vbique. Aprili.

Frutex mediocris, ramis virgatis, tenacissimis, amoene purpureis aut flavescentibus, nitidis. Folia ovato-et lineari-lanceolata, versus apicem latiora, ferrata; inferius angustiora, integerrima, superne virentia, nitida, inferne glaucescentia. Amenta mari vncialia, in apicibus virgarum sparsa, tomentosa, basi foliolis 2—4 linearibus, inferne hirsutis cincta. Squamae ovatae, hirsutae, nigricantes, basi albae. Sta-

men

men unicum. Antherae primo fulvae, dein flavae. Nectarium conicum, flavum. Feminae amenta ut in mare. Squamae subrotundae, nigrae, hirsutae. Germen conicum. Stylus nullus. Stigmata primo flava, dein nigra.

976. *Salix flsa* fol. integris, oblongo-lanceolatis, acuminatis, glabris, HOFFMANN. l. c. p. 61. t. 13. 14. f. 1—4.

Salix Eleagnos filamentum unicum, bifido, ramis antheriferis. SCOP. Carn. 2. n. 1210.?

Mixtum cum priore in der Bruckau. Aprili.

Frutex 1—2—orgyalis, ramis virgatis, glabris tenerascentibus, luteis aut subfuscis, nitidis, saepe nigro punctatis. Gemmae foliaceae amentaceis intermixtae. Mas. Amentum uniale infidet pedunculo brevis, crasso, foliolis 2—4, cruciatim positis, linearibus, inferne hirsutis terminato. Squama stamini-fera fusca, densis et longis pilis hirsuta. Filamentum unicum ultra medietatem usque in duos dividitur ramos apice divergentes. Antherae primo purpureae, dein croceae, tandem flavae. Nectarium lineare, planum, viride, apice flavescens. Feminae amentum minus et tenuius, squamis ut in mare. Germen pyriforme, albido villo hirtum. Stigmata flavescentia. Folia lineari-lanceolata, acuta, ad lentem minutissime denticulata, superne viridia, glabra, inferne pallidiora et iuniora saepe subvillosa. Stipulae nullae.

***) *Foliis integerrimis, villosis.*

977. *Salix rosmarinifolia* fol. integerrimis, lanceolato-linearibus, strictis, sessilibus, subtus tomentosis. LINN. Syst. Veg. p. 880.

Salix humilis angustifolia. C. BAVH. F. p. 474.

Salix procumbens, fol. lanceolatis, subtus sericeis. HALL. Hist. n. 1664.

Ad ripas Danubii in der Bruckau, et ad stagna in der Pörschen.

Frutex

Frutex humilis, ramis virgatis rubentibus, ramulis in apice sibimet approximatis. Folia mox 2. lineas, mox semiunciam lata, ad basim et apicem sensim angustata, integra, subtus sericeo villo nitentia, marginibus reflexis.

***) *Foliis subferratis, villosis.*

978. *Salix caprea* fol. ovatis, rugosis, subtus tomentosis; vndatis, superne denticulatis. LINN. Syst. Veg. p. 880. HOFFMANN. l. c. p. 25. t. 3. f. 1. 2. t. 5. f. 4. t. 21. f. 1. a—d.

Salix fol. stipulatis, ovatis, subtus tomentosis; filamentis duobus distinctis. SCOF. Carn. 2. n. 1205.

In dumetis, ad fossas viarum et ad margines sylvarum.

Frutex et arbor mediocris. Folia ovata, acuta, rugosa, superne subvillosa, viridia; inferne albo molliorque tomento incana. Stipulae in iunioribus saltem foliis observantur.

979. *Salix viminalis* fol. subintegerrimis, lanceolato-linearibus, longissimis, acutis, subtus sericeis; ramis virgatis. LINN. Syst. Veg. p. 880. HOFFMANN. l. c. p. 22. t. 2. f. 1. 2. t. 5. f. 2. t. 21. f. 2.

Salix fol. praelongis, obscure dentatis, subtus tomentosis et albicantibus. HALL. Hist. n. 1641.

Salix fol. angustis et longissimis crispis: subtus albicantibus. I. BAVH. Hist. I. p. 212.

In salicetis ad Danubium, in der Bruckau. Aprili.

Frutex mediocris citissime crescens, ramis virgatis, subcinereis et flauo-purpurascentibus; glabris, et tomentosis. Folia lineari-lanceolata, longissima, margine vndulata, superne saturate viridia, inferne argenteo nitore obducta. Mas. Amentum uncinale, tomentosum, album: squamis nigricantibus, subrotundis, longe pilosis. Filamenta 2. flava. Antherae flavae. Nectarium gracile, capitatum. Feminae amentum virescens, squamae vt in mare. Germe conicum villosulum. Stigmata flava.

980. *Salix aurisa* fol. integerrimis vtrinque villosis, obouatis appendiculatis. LINN. Syst. Veg. p. 880. HOFFMANN. l. c. p. 30. t. 4. f. 1. 2. t. 5. f. 3. t. 22. f. 1. *Salix* fol. rugosis, reticulatis, integerrimis, inferne tomentosis; iulis ouatis. HALL. Hist. n. 1652. In paludosis bei *St. Georgen im Schur*. Frutex 3—4—pedalis, valde ramosus. Ramuli tenues, fuscescentes, apice plerumque leuiter tomentosi. Foliolorum figura diuersa; in eodem ramulo folia inferiora apice rotundata, imo etiam emarginata; intermedia obuerse ouata, acuta, margine vndulato-crenata; summa lanceolata, acuta, integra: omnia superne laete viridia, parum nitentia et ad lentem subpubescentia: inferne pallidiora et reticulata. Stipulae dimidiato-cordatae, acutae, denticulatae, inferne tomentosae. Florentem non vidi.
981. *Salix acuminata* fol. ouato-oblongis, subtus tomentosis; superioribus integris, inferioribus crenatis. HOFFMANN. l. c. p. 39. t. 6. f. 1. 2. t. 22. f. 2. *Salix* fol. oblongis, vtrinque tomentosis, obtusis, modice acuminatis, obiterque serratis. SCOP. Carn. 2. n. 1205. *Var.* 2. d.? *Salix* fol. ouato-lanceolatis: supra pubescentibus, subtus tomentosis. LEYS. Hal. 2. n. 991. γ.? Promiscue cum praecedente im *Schur bei St. Georgen*. Frutex orgyalis, ramis erectis et diffusis, cinereis et fuscescentibus, lanuginosis. Folia alterna, petiolata, ouato-oblonga, acuta, summa integerrima, inferiora supra medium obsolete crenulata; superne atro-viridia, leuissime pubescentia, rugosa: inferne glauca, tomentosa, reticulata, neruo medio prominente, albido et pubescente. Stipulae ad basim petiolorum reniformes, rotundatae, integrae, vndulatae, subtus tomentosae. Flores non vidi.
982. *Salix alba* fol. lanceolatis, acuminatis, serratis vtrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis. LINN. Syst. Veg. p. 880. HOFFMANN. l. c. p. 41. t. 7. 8. f. 1. 2. t. 24. f. 3.

Salix arborea, fol. ellipticis, lanceolatis, subtus sericeis; dentibus crassescens. HALL. Hist. n. 1635. In sylvis insularibus ubique et iuxta vias. Maiò.

Omnes salices a nostris vocantur *Felber*; *Weide*. Tüz-fa. W'ba.

Arbor procera, ramis diffusis et erectis, leuiter pubescentibus. Folia alterna, lanceolata, argute ferrata, utrinque, praecipue vero subtus sericeo, albo splendenteque villo pubescentia. Stipulae nullae aut minimae, subulatae. Amenta ad basim foliolis cincta.

T E T R A N D R I A.

373. VISCUM.

MASC. Cal. 4—partitus. Cor. o. *Filamenta* o. *Antherae* calyci adnatae.

FEM. Cal. 4—phyllus, superus. *Stylus* o. Cor. o. *Bacca* I—sperma. *Sem.* cordatum.

983. *Viscum album* foliis lanceolatis, obtusis; caule dichotomo; spicis axillaribus. LINN. Syst. Veg. p. 883. HALL. Hist. n. 1609.

Viscum baccis albis, c. BAYH. F. p. 423.

Parasitica in *Quercu* et *Pyro* malo frequens.

Mistel. Fa Gyöngy; Lép. Megly; Lép.

Officin. Lignum *Visci quercini*.

Semper virens, caule terete, fruticoso, dichotomo, ramis diuarticatis. Folia opposita, sessilia, lanceolato-oblonga integerrima. Baccae albae, viscosissimae.

P E N T A N D R I A.

374. SPINACIA.

MASC. Cal. 5—partitus. Cor. o.

FEM. Cal. 4—fidus. Cor. o. *Styli* 4. *Sem.* I. intra calycem induratum.

984. *Spinacia oleracea* fructibus sessilibus. LINN. Syst. Veg. p. 886. In

In hortorum reiectaneis ex seminibus dispersis.
Spinar. Spinátz. Barát paré. Kerti-laboda. Sspinat.

375. CANNABIS.

MASC. Cal. 5—partitus. Cor. o.

FEM. Cal. 1—phyllus, integer, latere hians. Cor. o.

Sryli 2. Nux 2—valvis intra calycem clausum.

985. *Cannabis sativa*. LINN. Syst. Veg. p. 886. HALL. Hist. n. 1616.

In ruderatis vor dem Geisthor, frequens bei dem heiligen Brunn. Julio.

Wilder Hanf. Vad Kender. Konope.

Officin. Semen *Cannabis*.

376. HUMULVS.

MASC. Cal. 5—phyllus. Cor. o.

FEM. Cal. 1—phyllus; oblique patens, integer. Cor.

o. Sryli 2. Sem. 1. intra calycem foliatum.

986. *Humulus Lupulus*. LINN. Syst. Veg. p. 886.

Lupulus. HALL. Hist. n. 1618.

Cannabis Lupulus. SCOP. Carn. 2. n. 1219.

Ad sepes inter vineas et in dumetis vbique. Aestate.

Hopfen. Komló. Chmel.

Officin. Strobili *Lupuli*.

Caules angulosi, minute aculeati circa dumeta se convolvunt. Folia cordata, inferiora triloba, segmentis lateralibus saepe bifidis; superiora integra omnia serrata, scabra. Stipulae 2—cordatae, bifidae ad foliorum basim.

OCTANDRIA.

377. POPVLVS.

MASC. *Ament.* laxè imbricatum. *Cal.* lamina lacera, uniflora. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.
 FEM. *Amenti Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 4—fidum.
Capf. 2—locularis. *Sem.* multa, pappo capillari.

987. *Populus alba* foliis subrotundis, dentato angulatis, subtus tomentosis. LINN. Syft. Veg. pag. 889.
 HALL. Hist. n. 1634.

In insulis Danubii vbiq̄ue. Aestate.

Efchen; weiffer Pappelbaum. Nagy Nyár-fa; Iegene-fa. Topol.

Arbor procera cortice ex cinereo viridique albo. Folia cordata, lobata, angulata, superne laete viridia, glabra; inferne cum petiolis alba et tomentosa.

988. *Populus tremula* fol. subrotundis, dentato-angulatis, vtrinque glabris. LINN. Syft. Veg. pag. 889.
 SCOP. Carn. 2. n. 1224.

Populus foliis glabris, orbiculatis, acuminatis, laxè ferratis. HALL. Hist. n. 1633.

In syluis montanis am *Gemsenberg.* Martio.

Zitterespe.

Arbor sat alta, cortice cinereo. Folia in petiolis gracilibus subrotunda, margine dentibus obtusis inaequaliter sinuata, vtrinque glabra, superne laete viridia, inferne pallidiora. Glandulae binae ovatae, rubellae ad petiolorum basim.

989. *Populus nigra* fol. deltoidibus, acuminatis, ferratis. LINN. Syft. Veg. p. 889. SCOP. Carn. 2. n. 1223.
Populus fol. glabris, cordato rhomboideis, ferratis.
 HALL. Hist. n. 1632.

In syluis insularis, in *der Bruckau*, et ad ripas Danubii vbiq̄ue. Aprili.

Albern; Schwarzapappel. Fekete Iegene-fa. Topel.

Arbor variae magnitudinis, ramis flavescentibus, teretibus, glaberrimis. Folia rhomboidea, petiolata, ferrata,

ferrata, dentibus glandulosis, vtrinque glabra, laete viridia, splendentia. Gemmae ante foliationem glutinosae melleum spargunt odorem.

E N N E A N D R I A.

378. MERCVRIALIS.

MASC. Cal. 3—partitus. Cor. o. Stam. 9. f. 12. Antherae globosae, didymae.

FEM. Cal. et Cor. vt in mare. Stylis 2. Caps. 2—cocca, 2—locularis, 1—sperma.

990. *Mercurialis perennis* caule simplicissimo; foliis scabris. LINN. Syft. Veg. p. 890.

Mercurialis caule perenni, simplici; fol. ouato-lanceolatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 1601.

Mercurialis Cynocrambe. SCOP. Carn. 2. n. 1225.

In fyluis montanis. Aprili.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, teres, simplex. Folia opposita, ouato-lanceolata, acuminata, crenata, glabra et nitidula. Stipulae exiguae, subulatae, ad petiolorum basim. Flosculi parui, viriduli. Capsulae hirsutae, verrucosae.

991. *Mercurialis annua* caule brachiato; fol. glabris; floribus spicatis. LINN. Syft. Veg. p. 890. SCOP. Carn. 2. n. 1226.

Mercurialis caule annuo, brachiato; fol. coniugatis, ouato-lanceolatis, glabris. HALL. Hist. n. 1600.

In hortis et vineis abunde. Aestate.

Bingelkraut. Has-Lagyittó-fü; Szél-fü. Plana Bazylika.

Officin. Herba *Mercurialis*.

Caulis pedalis, erectus, angulosus, ramosus, glaber, geniculis incrassatis. Folia opposita, petiolata, ouata, acuta, ferrata, glabra. Flosculi in singula ala bini, parui, ex viridi flavescentes. Capsulae ad lentem echinatae.

379. HYDROCHARIS.

MASC. *Spatha* 2—phylla. *Cal.* 3—fidus. *Cor.* 3—petala. *Filamenta* 3 interiora stylifera.

FEM. *Cal.* 3—fidus. *Cor.* 3—petala. *Styli* 6. *Caps.* 6—locularis, polysperma, infera.

992. *Hydrocharis Morfus ranae*, LINN. Syft. Veg. pag. 890. HALL. Hist. 1068.

Nymphaea alba minima. C. BAVH. P. p. 193.

In stagno sub ponte bei dem Kapitelwirthshaus. Iunio, Iulio.

Caules funiformes, sub aqua serpentes, teretes, glabri. Folia *Afari europaei* foliis similia, splendentia, supra aquam natantia. E medio foliorum exurgit scapus florifer. In mare e *spatha* membranacea prodeunt pedunculi 2—3—albi. Calycina segmenta ovata. Petala alba, subrotunda, nitentia, unguibus flavis. Filamenta 9. antherifera, glabra: tria stylifera villosula. *Feminae* scapus crassior. Styli peracta floescentia reflexi. Capsula iunior obscure trigona, striata, erecta: adulta pyriformis, inflexa. Odor florum *Robiniae Pseudo-acaciae*.

Spatha feminea ad basim non raro occurrit brevis et subulato calcare instructa.

MONADELPHIA.

380. JUNIPERUS.

MASC. *Amentum* squamosum: squamis 10. 1—floris.

Cor. 0. *Stam.* 2.

FEM. *Cal.* 3—partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* infera, carnosa, trisperma.

993. *Juniperus communis* foliis ternis, patentibus, mucronatis, bacca longioribus. LINN. Syft. Veg. p. 894. SCOP. Carn. 2. n. 1229.

Juniperus fol. contuexo-concauis, aristatis; baccis alaribus, sessilibus. HALL. Hist. n. 1661.

In syluis ficcioribus, supra *Theben*.

Wachholder, Krammerbeer. Gyslog Fönnyüt-fa.

Officin. Lignum, Baccae *Iuniperi*.

Folia terna, verticillata, subulata, dura, sessilia. Baccae ad alas foliorum sessiles, virides, maturitate nigrescunt.

SYNGENESIA.

381. RUSCUS.

MASC. Cal. 6—phyllus. Cor. o. Nectarium centrale, ouatum, apice perforatum.

FEM. Cal. Cor. et Nectarium maris. Stylus 1. Bacca 3—locularis. Sem. 2.

994. *Ruscus Hypoglossum* foliis subtus floriferis, sub foliolo. LINN. Syst. Veg. p. 896.

Ruscus caule simplici; floribus pedunculatis, foliolo tectis. SCOP. Carn. 1. p. 321. 2. n. 1231.

Bislingua. CLVS. Hist. pag. 278. in descriptione *Lauri Alexandrinae*. Pann. p. 270.

In syluis, bei *Böfing, St. Georgen*. Aprili.

Zapfelkraut; Aufenblatt. Torok-fü: Tsap-fü; Nyel-ves-fü. *Czypkawa bylina.*

Facies *Conuallariae Polygonat.* Caulis simplex, pedalis, erectus, basi inclinatus, sulcatus, glaber. Folia ouato-lanceolata, neruosa, duriuscula, glabra: infima plerumque verticillata, caetera alterna subsecunda. E medio paginae inferioris folii prodeunt pedunculi floriferi 2—3. foliolo lanceolato tecti. Calycis foliola albicantia. Vagina germen includens violacea. Bacca rubra, ouata. Marem non vidi.

Classis XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

382. ANDROPOGON.

HERMAPHROD. Cal. gluma 1—valuis, 1—flora: basi pilosa. Cor. 2—valuis: altera valvula basi aristata. Stam. 3. Styli 2.
MASC. Cal. et Stam. prioris. Cor. mutica.

995. *Andropogon Gryllus* paniculae pedunculis simplicissimis, trifloris: flosculo hermaphrodito, sessili, aristato, ciliato, basi barbato. LINN. Syst. Veg. pag. 903. SCOP. Carn. 2. n. 1235.

Phoenix spica laxa: locustis longepetiolatis, quadrifloris: duobus floribus sessilibus, duobus petiolatis. HALL. Hist. n. 1412.

Aegylops bromoides; iuba purpurascens. SCHEVCHZ. Agrost. p. 267. t. 6. f. 1.

In arenosis montis *Kobel* supra *Theben* rarius: frequens in adverso Monte ad *Hainburgum* Austriae, inter saxa. Aestate.

Culmus sesquipedalis, nodis quatuor. Folia villosula, margine deorsum strictu scabra. Panicula laxa componitur e pedicellis inaequalibus, capillaceis, ex nodis verticillatim prodeuntibus. Flosculi rubro-violacei. Receptaculum rufo villo pubescens. Arista vncialis, basi tortilis, infraeta, dein attenuata, rufescens.

996. *Andropogon Ischaemum* spicis digitatis, plurimis; flosculo sessili, aristato muticoque; pedicellis lanatis. LINN. Syst. Veg. p. 904. JACQV. Austr. t. 384. SCHREB. Gram. P. 2. p. 66. t. 33.

Andropogon spicis villosis, septenis; locustis bifloris; floribus alternis, sessilibus. HALL. Hist. n. 1414.

Gramen dactylon, spicis villosis. SCHEVCHZ. Agrost. p. 94.

In apricis sterilibusque montibus *am Kalvariberg*. Iulio, Augusto.

Culmus 1—2—pedalis, erectus, basi incurvatus, geniculis nigricantibus. Folia carinata, glauca, prope basim ciliata. Vaginae striatae, glabrae, ad insertionem folii vtrinque macula flavescente notatae. Spicae 7—12. oppositae et alternae, vnciales et biunciales, lineares, hirsutae, ex viridi fuscoque glaucescentes. Arista flosculo longior, fusca, intorta.

383. *HOLCUS.*

HERMAPHROD. Cal. Gluma 1. vel 2—flora. Cor. Gluma aristata. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1.

MASC. Cal. Gluma 2—valvis, altera valvula infra apicem aristata. Cor. 6. Stam. 3.

997. *Holcus mollis* glumis bifloris, nudiseulis; flosculo hermaphrodito mutico; masculo arista geniculata. LINN. Syst. Veg. p. 905. SCHREB. Gram. p. 149. t. 20. fig. 2.

Auena. — — — HALL. Hist. n. 1485.

Gramen caninum, paniculatum, molle. SCHEVCHZ. Agrost. p. 235. t. 4. f. 25.

Ad margines agrorum, in pratis et iuxta vias. Iunio. Radix repens. Culmi sesqui- et bipedales; ad genicula villosuli. Vaginae striatae cum foliis ad lentem villosulae. Panicula contracta. Spiculae albo-virentes. Folliculi acuminati, dorso pilosuli. Arista geniculata. Antherae flavae.

998. *Holcus lanatus* glumis bifloris, villosis: flosculo hermaphrodito mutico; masculo arista recurua. LINN. Syft. Veg. pag. 905. SCOP. Carn. 2. n. 1238. SCHREB. Gram. p. 145. t. 20. f. 1.

Auena diantha, floribus ouatis, perfecto mutico; imperfecto aristato. HALL. Hist. n. 1484.

Gramen pratense paniculatum inolle. SCREVOCHZ. Agrost. p. 234. t. 4. f. 24. A. B.

In pratis et inter frutices. Maio, Iunio.

Culmus bipedalis, erectus, basi ineuruatus, cum foliis earumque vaginis villosulus. Panicula florescentiae tempore patentiuscula, alba aut rubella. Spiculae ouatae, villosae. Antherae purpureae.

384. VALANTIA.

HERMAPHROD. Cal. 0. Cor. 4—partita. Stam. 4. Stylus 2—fidus. Sem. 1.

MASC. Cal. Cor. et Stamina hermaphrodit. Pistillum obsoletum.

999. *Valantia hispida* floribus masculis trifidis, germi- ni hermaphroditici hispido infidentibus. LINN. Syft. Veg. p. 908.

In agris sabulosis bei Oberufer, et in pratis über dem Thomasbrunn. Maio.

Cauliculi pedales, graciles, suberecti, tetragoni, villis aduncis hispidi. Folia quatuor verticillata, parua, lanceolata, scabra, margine ciliata. Pedunculi biflori. Corollae flauescentes, 4—fidae. Peracta flo- rescentia pedunculi reflectuntur, atque fructum glo- bosum vndique hispidum sub foliis reflexis arte oc- cultant.

1000. *Valantia cruciata* flor. masculis quadrifidis; pe- dunculis diphyllis. LINN. Syft. Veg. p. 908.

Galium fol. quaternis, hirsutis; petiolis octifloris. HALL. Hist. n. 709.

Galium cruciata. SCOP. Carn. 2. n. 145.

In pomariis et dumetis. Maio.

Caulis

Caulis pedalis, basi decumbens, dein erectus, tetragonus, pilosus, scaber, geniculis purpurascens. Folia in verticillo quatuor, oblongo-ovata, obtusa, integra, hirsuta. Pedunculi axillares, racemosi, diphylli, cum pedicellis albis pilis hirsuti. Flores ex viridi flavescentes, exigui. Antherae transversae.

385. PARIETARIA.

HERMAPHROD. Cal. 4—fidus. Cor. o. Stamina 4. Styl.
I. Sem. 1. superum, elongatum.
FEM. Cal. Cor. Styl. et Sem. hermaphroditi.

1001. *Parietaria officinalis* foliis lanceolato-ovatis; pedunculis dichotomis; calycibus diphyllis. LINN. Syft. Veg. p. 908. SCOP. Carn. 2. n. 1242.

Parietaria fol. elliptico-lanceolatis, hirsutis. HALL. Hist. n. 1612.

Ad muros hortorum *im Klausischen Garsen*: inter frutices *auf der Bleiche*, et inter salices *in der Bruckau*. Julio.

Tag- und Nachtkraut; *Glaskraut*. Fal-sü; Fogoly-sü; Köröntó-sü. Den a noc.

Officin. Herba *Parietariae*.

Caulis ex vna radice plures, cespitosi, erecti, bipedales. Folia alterna, elliptico-lanceolata, acuta, integra, villosula. Flores parvi, albi, in verticillis densiusculis ad alas foliorum sessiles sunt.

386. ATRIPLEX.

HERMAPHROD. Cal. 5—phyllus. Cor. o. Stam. 5. Stylus 2—partitus. Semen 1. orbiculare, calyce tectum.

FEM. Cal. 2—phyllus. Cor. o. Stylus 2—partitus. Sem. 1. subovatum.

1002. *Atriplex hortensis* caule erecto, herbaceo; foliis triangularibus. LINN. Syft. Veg. p. 909.

Atriplex hortensis alba, f. pallide virens. C. BAVH. P. p. 119.

In hortis et circa vineas passim. Augusto.

Melde. Izetlen laboda; Izetlen-fü. Lebeda.

Caulis 3—4—pedalis, erectus, sulcatus, valde ramosus, glaber. Folia breuiter petiolata, triangularia, sinuata, apice elongato, ex glauco virentia, glabra. Racemuli florum ex alis foliorum. Valvulae fructus ovatae, obtusae.

1003. *Atriplex hastata* caule herbaceo; cal. valvulis femineis magnis, deltoidibus, sinuatis. LINN. Syst. Veg. p. 909.

Atriplex fol. triangularibus, basi producta; valvulis triangularibus, subsperis. HALL. Hist. n. 1617.

Ad sepes, muros et vinearum margines, passim. Iulio, Augusto.

Caulis erectus, sesqui- et bipedalis, angulosus, striis elevatis albidis pictus; ramis diurgentibus. Folia opposita et alterna, petiolata, triangularia, in inferioribus anguli ad basin producti; superne laete viridia, infra pallidiora. Flores in racemis alaribus glomerati, flavescentes.

1004. *Atriplex parula* caule herbaceo, patulo; fol. subdeltoideo-lanceolatis; calycibus feminum disco dentatis. LINN. Syst. Veg. p. 909.

Atriplex fol. imis hamatis, reliquis lingulatis; vasculis feminalibus dentatis. HALL. Hist. n. 1616.

In ruderosis, ad vias et margines vinearum. Aestate.

Caulis erectus, bi- et tripedalis, angulosus, striatus, glaber, ramis alternis, patentibus, longis. Folia petiolata, caulina oblonga, basi auriculis eminentibus instructa: ramea integerrima, lineari-lanceolata; omnia ex glauco viridia, glabra, aut subtus farinosa. Valvulae feminum acutae, farinosae, basi denticulatae.

387. ACER.

HERMAPHROD. Cal. 5—fidus. Cor. 5—petala. Stam.

8. Pist. 1. Caps. 2. alatae, monospermae.

MASC. Cal. Cor. et Stamina hermaphroditi.

1005. *Acer Pseudo-Platanus* fol. quinquelobis, inaequaliter ferratis; floribus racemosis. LINN. Syst. Veg. p. 911.

Acer fol. quinquelobis, acute ferratis; racemis pendulis. HALL. Hist. n. 1029. ****

Acer Pseudo-Platanus racemis pendulis; fol. quinquelobis, obtusis, inaequaliter ferratis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 435.

In sylvis montanis et insularis.

Arbor procera. Folia quinqueloba, lobis obtusiusculis, inaequaliter ferratis, dentibus obtusis; superne viridia, inferne pallida, nervosa. Racemi longi, penduli. Flores ex viridi flavescentes.

1006. *Acer Platanoides* fol. quinquelobis, acuminatis, acute dentatis, glabris; flor. corymbosis. LINN. Syst. Veg. p. 912. SCOP. Carn. 2. n. 1248.

Acer fol. quinquelobis, dentibus acutis; interuallis lanatis; racemis erectis. HALL. Hist. n. 1029. ****.

Acer Platanoides corymbo simplici, erecto; fol. quinquelobis, dentatis: dentibus acuminatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 436.

Cum priore. Aprili.

Wasseralm; Ahorn. Iuhâr-fa. Brek.

Arbor mediocris. Florescentia cum foliatione. Folia opposita, cordata, 5—loba, lobis inaequaliter dentatis, dentibus in mucronem productis; superne viridia, inferne pallidiora, splendentia. Corymbi florum ramulos terminant, et erecti sunt.

1007. *Acer campestris* fol. lobatis, obtusis, emarginatis. LINN. Syst. Veg. p. 912. SCOP. Carn. 2. n. 1247.

Acer fol. semitrilobis, obtusis; lobis lateralibus emarginatis. HALL. Hist. n. 1029. *****

Acer campestre corymbo tripartito erecto; fol. quinquelobis, integerrimis: lobis inferioribus emarginatis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 437.

In dumetis, sylvis, et marginibus vinearum. Maio.

Arbor et frutex cortice rimoso. Folia opposita, quinqueloba; lobis rotundatis. Petioli, nervi foliorum et capsulae iuniores molli lanugine pubescunt.

D I O E C I A.

388. FRAXINVS.

HERMAPROD. Cal. o. Cor. o. Stam. 2. Pist. I. Sem. I.
lanceolatum, alatum.

FEM. Pist. I. lanceolatum.

1008. *Fraxinus excelsior* foliolis ferratis; floribus apetalis. LINN. Syst. Veg. p. 918.

Fraxinus apetala; fol. pinnatis, ferratis. MALL. Hist. n. 528.

Fraxinus Ornus. SCOP. Carn. 2. n. 1249.

Ornus vulgaris etc. MICH. Gen. p. 223. t. 103.

In sylvis insularis in der alten Au frequens, et bei der Bucklischen Mühle. Aprili,

Esche, Eschenbaum. Körös-fa. Gessen.

Arbor procera, petalis calyceque destituta. Folia pinnata: foliola parium 6, extrema impari; ovato-lanceolata, acuta, ferrata, glabra. Flores conglomerati. Semina in racemo pendulo alata.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

2) *Fructificationes spicatae.*

389. EQUISETVM.

Spica ovato-oblonga, multivalvis. *Fructificationes* peltatae, basi dehiscentes. LEYSER.

1009. *Equisetum sylvaticum* caule spicato; frondibus compositis. LINN. Syst. Veg. p. 925.

Equisetum foliis repetito-ramosis; vaginis laxissimis. HALL. Hist. n. 1680.

In sylvestribus et arenosis humidioribus. Aprili. Maio. Scapus fulcatus internodio vix vnciali. Radii verticillorum 14—20, longissimi, simplices et ramosi.

1010. *Equisetum aruense* scapo fructificante nudo; sterili frondoso. LINN. Syst. Veg. p. 925.

Equisetum aruense scapo fructificante nudo; fronde sterili verticillato-ramosa, decumbente. WALLDEN. Fl. Ber. n. 866.

In aruis, pratis, et inter frutices copiose. Martio.

Caules floriferi nudi prodeunt ex latere sarculi nigri, solidi. Radii verticillorum 12—14.

1011. *Equisetum palustre* caule angulato; frondibus simplicibus. LINN. Syst. Veg. p. 925. SCOP. Carn. 2. n. 1254.

Equisetum caule sulcato; ramis multifloris, foliis indivisis. HALL. Hist. n. 1677.

In viginosis insularum Danubii. Maio.

Radix nigra. Caules pedales et cubitales, sulcati. Frondes imae subfoliosae: superiores simplices, longae, spica florifera terminatae.

1012. *Equisetum fluviatile* caule striato; frondibus subsimplicibus. LINN. Syst. Veg. p. 925.

Equisetum caule florifero nudo; sterili verticillato, radiorum quadraginta. HALL. Hist. n. 1675.

Equisetum Heleocharis. WILLDEN. Fl. Ber. n. 868.

In fossis et ad stagna, in der Mühlau. Maio.

Radii verticillorum 20—40, versus summitatem sensim breviores.

1013. *Equisetum hyemale* caule nudo, scabro, basi subramoso. LINN. Syst. Veg. p. 925.

Equisetum caule subnudo, asperrimo; vaginis caulinis indivisis: rameis ciliatis. HALL. Hist. n. 1679.

In sylvis intulanicis. Maio.

Sub nomine *Schachrelhalm* Mechanicis inseruit.

Ex radice nigra caules prodeunt non raro basi ramosi, nudi. Vaginae nigricantes.

390. OPHIOGLOSSVM.

Spica articulata, disticha: articulis transversim dehiscentibus.

1014. *Ophioglossum vulgatum* fronde ovata. LINN. Syst. Veg. p. 926.

Ophioglossum folio unico, ovato-lanceolato, obtuso. HALL. Hist. n. 1685.

In pratis subtylvestribus; et in der Mühlau. Maio, Junio.

Schlangenzunge, *Natterzunge*.

391. OSMUNDA.

Spica racemosa. Fructificationes globosae.

1015. *Osmunda Lunaria* scapo caulino solitario; fronde pinnata, solitaria. LINN. Syst. Veg. p. 927. SCOP. Carn. 2. n. 1257.

Osmunda fol. pinnatis, flabelliformibus, lunatis. HALL. Hist. n. 1686.

In collibus elatioribus circa *Blumenau* et *Kaltenbrunn*. Maio.

Mondkraut.

Caulis in medio diuiditur in ramos duos, quorum vnus statim promit vtrinque foliola hemisphaerico ambitu et crenulato instructa; alter vero racemum floralem et nudum sustinet. SCOP. l. c.

392. LYCOPODIVM.

Spica oblonga: squamis imbricatis. Fructific. bivalves, elastice dissilientes. LEYBER.

1016. *Lycopodium clauatum* foliis sparsis, filamentosis; spicis teretibus pedunculatis, geminis. LINN. Syst. Veg. p. 942. SCOP. Carn. 2. n. 1278.

Lycopodium ramis prolixis: spicis petiolatis gemellis; fol. linearibus pilo aristatis. HALL. Hist. n. 1722.

In syluis altioribus circa *Blumenau* et *Mariashal.* Iunio, Iulio.

Officin. Semen *Lycopodii.* Nostris *Erdschwefel* audit. Spicae plerumque geminae, non raro tamen etiam ternae terminant pediculum squamis adpressis piliferis indutum.

1017. *Lycopodium annotinum* fol. sparsis quinquefariis subserratis; furculis annotino-articulatis; spicis terminalibus, glabris, erectis, LINN. Syst. Veg. pag. 943.

Lycopodium ramis prolixis; spicis sessilibus; fol. linearibus, subserratis. HALL. Hist. n. 1720.

In

In sylvis Modrensisbus. Iulio, Augusto.
 Folia sparsa, mucronata, foliis iuniperinis simillima.
 Spica terminalis, sessilis.
 Cel. LEYSER sequor, qui genus *Lycopodii* Filicibus ad-
 numerat: quod, quamvis habitu cum Muscis con-
 veniat, fructificatione tamen magis accedit ad Equi-
 setum.

b) *Fructificationes frondosae in pagina inferiore.*

393. ACROSTICHVM.

Fructific. discum totum frondis interiorem tegentes.

1018. *Acrostichum septentrionale* frondibus nudis, li-
 nearibus, laciniatis. LINN. Syst. Veg. p. 931.

Acrostichum caule bis bifurcato. HALL. Hist. n. 1714.

In sylvis inter rupes, passim. Maio.

Frondes bi- et trifidae, inferne acervulo globulorum
 nigrescentium tectae.

394. ASPLENIVM.

Fructific. in lineolis disci frondis, sparsis.

*) *Fronde simplici.*

1019. *Asplenium Scolopendrium* frondibus simplici-
 bus, cordato-lingulatis, integerrimis; stipit. hirsu-
 tis. LINN. Syst. Veg. p. 932.

Asplenium petiolis hirsutis, fol. longo lineari-lanceo-
 lato, integerrimo, circa petiolum excisso. HALL. Hist.
 n. 1695.

Ad rupes in sylvis Modrensisbus. Iulio.

Hirschzunge. Szarvas-Nyelv-vü-ft. Gelenj Gazyk.

Officin. *Herba Scolopendrii.*

**) *Fronde pinnata.*

1020. *Asplenium Trichomanoides* frondibus pinnatis;
 pinnis subrotundis, crenatis. LINN. Syst. Veg. p. 933.

Asple-

Asplenium fol. pinnatis, pinnis ovatis, crenatis. HALL.
Hist. n. 1693.

In fissuris rupium, fossisque muscosis sylvarum circa
Böfing, Modern. Iunio.

Fronde digitales et spithamales terminant stipites glabros, striatos, nitentes, basi atro-purpureos. Pinnulae cuneiformes, obtusae, supra medium serratae. Lineolae fructificationis oblique ad costam pinnulae convergunt.

1021. **Asplenium Ruta muraria** frond. alternatim decompositis; foliol. cuneiformibus, crenulatis. LINN.
Syst. Veg. p. 933.

Asplenium fol. laxè ramosis; ramis secundis, trifoliis, superioribus semitribolis: lobis rhomboideis, circumferratis. HALL. Hist. n. 1691.

È fissuris rupium in montanis *hinter dem Schloß.* Iulio.
Mauerraute; Steinraute. Kö-fal-Ruta. Skalnj Ruta.
Officin. *Herba Ruta murariae.*

1022. **Asplenium Adiantum nigrum** frond. subtripinnatis; fol. alternis; pinnulis lanceolatis, inciso-ter-ratis. LINN. Syst. Veg. p. 934.

Asplenium fol. triangularibus; pinnis pinnatis: pinnulis semipinnatis, lobulis ovatis, serratis. HALL. Hist. n. 1692.

In rupibus sylvarum vbiq̄ue.

Frauenhaar. Arva Leany-haja. Z'enskj W'as.

Sub nomine *Capilli veneris nostrae officinae* ingreditur.

395. POLYPODIUM.

Fructific. in acervulis subrotundis, sparsis per discum frondis.

*) *Fronde pinnatifida.*

1023. **Polypodium vulgare** frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subserratis, obtusis; radice squamata. LINN. Syst. Veg. p. 935.

Poly-

Polypodium fol. pinnatis, lanceolatis; radice squamata.
HALL. Hist. n. 1690.

In muscosis saxis sylvarum, superque arborum truncos.

Steinwurzel. Erdei Pápragy, E'des Gyöker. Sladic.
Officin. Rad. *Polypodii.*

***) *Fronde pinnata.*

1024. *Polypodium fontanum* frond. pinnatis, lanceolatis: foliolis subrotundis, argute incis; stipite laevi. LINN. Syst. Veg. p. 937.

An hoc *Polypodium Asplenoides.* SCOP. Carn. 2. n. 1275. t. 62.?

Ad rupes humidas circa balneum Bazinienſe; in mûro putei *Thomasbrunn* alibique. Aestate.

Plantula digitalis et semipedalis, stipite prope radicem squamulis ferrugineis adperso. Frondes semel pinnatae, pinnulis imis subalternis, subpedicellatis, incis, serrulatis: superiores sessiles; versus apicem confluentes, crenatae.

***) *Fronde subbipinnata.*

1025. *Polypodium phegopteris* frond. subbipinnatis; foliolis infimis reflexis; paribus pinnula quadrangulari connatis. LINN. Syst. Veg. p. 937.

Polypodium fol. pinnatis, reflexis; pinnis ovatis hirsutis: primis cum neruo confluentibus. HALL. Hist. n. 1698.

In sylvis supra *Ratzsdorf.* Julio, Augusto.

Stipes pedalis, inferne glaber, superne pilis fuscis tectus, vno latere convexus, altero sulco exaratus. Infimum par foliorum reflexum. Pinnulae hirsutae, integerrimae, obtusae, infimae cum scapo confluentes. Acervuli seminales luteoli dimidiam marginis partem occupant.

1026. *Polypodium cristatum* frond. subbipinnatis: foliol. ovato-oblongis; pinnis obtusiusculis, apice acute serratis. LINN. Syst. Veg. p. 937.

Poly-

Polypodium cristatum frond. subbipinnatis; pinnulis oblongis, obtusis, ferratis: ferraturis ciliatis; glomerulis capsularum duplici serie dispositis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 239.

In faxis humidis *im tiefen Weg unter dem Kalvariberg.* Iulio.

Stipes laete purpureus. Pinnulae ad lentem albis pilis ciliatae. Superior frondis pars tantum capsulas gerit, inferior sterilis est.

1027. *Polypodium Filix mas* frond. bipinnatis; pinnis obtusis, crenulatis; stipite paleaceo. LINN. Syft. Veg. p. 937.

Polypodium pinnis pinnatis, obtusis, dentatis. HALL. Hist. n. 1701.

Circa fossas humidas sylvarum. Iulio.

Fahrenweurz. Ördög barda gyökér. Kapradjkoren.

Officin. Radix *Filicis maris.*

1028. *Polypodium Filix femina* frond. bipinnata; pinnulis lanceolatis, pinnatifidis, acutis. LINN. Syft. Veg. p. 937.

Polypodium pinnis pinnatis; pinnulis lanceolatis, femipinnatis; lobis acute bifectis. HALL. Hist. n. 1704.

In sylvis frequens. Iulio, Augusto.

1029. *Polypodium rhaeticum* frond. bipinnatis; foliolis pinnisque remotis, lanceolatis: ferraturis acuminatis. LINN. Syft. Veg. p. 937.

Polypodium pinnis pinnatis, laxe diuifis: pinnulis femipinnatis, acutis. HALL. Hist. n. 1708.

In sylvis cum *Filice mare.* Iulio, Augusto.

Segmenta pinnularum apice incisa.

1030. *Polypodium fragile* frond. bipinnatis; foliolis remotis: pinnis subrotundis, incisis. LINN. Syft. Veg. p. 938.

Polypodium pinnis pinnatis, laxe diuifis; pinnulis femipinnatis; lobulis subrotundis, dentatis. HALL. Hist. n. 1707.

In fissuris rupium bei den Steinbrüchen am Thomasbrunn.
Julio.

M V S C I.

A. FRONDOSI, *pétalo calyptrato, styligero; capsula operculata*. HEDWIG. Hist. Musc. Frond. Part. 2.
p. 63.

a) *Peristomate nullo.*

396. PHASCUM. HEDW. MUSC. 2. p. 85.

Caps. cum rudimento operculi nunquam abscedente,
sed inaperta de fetula decedente.

1031. *Phascum subulatum* foliis lanceolato-linearibus,
patulis; summis e latiuscula basi subulatis, rigidis.
SCHREB. HEDW. Stirp. Crypt. Tom. I. p. 93. t. 35.

Phascum subulatum acaule; anthera sessili; fol. subula-
to-setaceis, patulis. LINN. Syst. Veg. p. 944.

In via neglecta sylvestri glareosa unter dem Lägerhaus in
der alten Au. Maio.

1032. *Phascum cuspidatum* caulescens; fol. muticis,
concauis, conniuentibus. SCHREB. WILLDEN. Fl. Ber.
p. 296.

Phascum acaulon acaule; anthera sessili; fol. ovatis,
acutis, conniuentibus. LINN. WEIS. Crypt. pag.
266.

Ad terram humidam in fossis sylvarum über dem Kinds-
graben. Junio.

b) *Per-*

b) *Peristomate nudo.*

397. SPHAGNUM. HEDW. Musc. 2. p. 85.

*Caps. Peristoma nudum.**Masc. Flos* de ramulorum superiorum extremitate clauaeformis: folliculi intra eius foliorum alas, filamento saeculento cincti.1033. *Sphagnum palustre* ramis deflexis. LINN. Syst. Veg. p. 944.*Sphagnum palustre* furculo ramofo: ramusculis dependentibus; thecis terminalibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 297.*Sphagnum cauliferum*, ramis teretibus, pendulis. HALL. Hist. n. 1724.In paludosis circa *Sr. Georgium* frequens.

398. GYMNSTOMVM. HEDW. Musc. 2. p. 87.

*Caps. Perist. nudum.**Masc. Flos* disciformis, terminalis dioicus.1034. *Gymnostomum pyriforme* foliis explanatis, oblongis, acutis; thecis pyriformibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 298.*Bryum pyriforme* anther. erectis, obouatis; furculis acaulibus, fol. ouatis, muticis. LINN. Syst. Veg. p. 947.*Bryum* caule breuissimo; fol. ouato-lanceolatis; caps. erectis ouatis; operculo breui. HALL. Hist. n. 1832.

In argillofis et in hortorum areis. Maio.

1035. *Gymnostomum truncatum* fol. explanatis, apiculatis; thecis truncatis. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 13. t. 5.*Bryum* anther. erectis, subrotundis; operculo mucronato. LINN. Syst. Veg. p. 948.*Bryum* fol. ouato-lanceolatis; caps. erectis, ouatis, aristatis. HALL. Hist. n. 1833.

In muris argillofis, femitis, hortisque. Vere.

1036. *Gymnostomum ouarum* fol. ouatis, concavis, piliferis; thecis ouatis. HEDW. Stirp. Crypt. I. pag. 16. t. 6.

In muris argillofis, cum *G. truncato*. Aprili, Maio.

c) *Peristomate figurato, ordine simplici.*

399. TETRAPHYS. HEDW. Musc. 2. p. 87.

Capf. Perist. dentibus integris 4. pyramidalibus.
Masc. Flos capituliformis, puluerulentus.

1037. *Tetraphys pellucida* furculo simplici; fol. ouatis; thecis cylindricis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 299.
Mrium pellucidum caule simplici; fol. ouatis. LINN. Syft. Veg. p. 946.

In fyluis ad arborum truncos putridos; passim.

400. LEERSIA. HEDW. Musc. 2. p. 88.

Capf. Perist. dentibus 16. angustis, erectilibus, integris.

Masc. Flos gemmiformis e foliorum alis.

1038. *Leersia vulgaris* calyptra laxa, conica, aequali; vaginulae membranula pileiformi. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 46. t. 18.

Leersia vulgaris furculo simplici; fol. lanceolatis; thecis cylindricis; calyptris campaniformibus, margine integris; thecis longioribus. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 300.

Bryum exinctorium anthera erecta, oblonga, minori; calyptris laxis, aequalibus. LINN. Sp. Pl. p. 1116. α) Syft. Veg. p. 948.

Vulgatissima in muris argillaceis areisque hortorum. Maio, Iunio.

1039. *Leersia ciliata* calyptra laxa, conica; ora laciniata; vaginulae membranula cylindrica. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 49. t. 19.

Bryum

Bryum exinctorium. LINN. Sp. Pl. p. 1116. β .

Bryum caule folioso; calyptra cylindrica, ciliata, longe aristata. HALL. Hist. n. 1828.

In sylvis montanis ad saxa, et margines viarum sabulosas, inque muris vetustis. Iunio, Iulio.

401. WEISIA. HEDW. Musc. 2. p. 90.

Capf. Perist. dentibus 16. integris.

Masc. Flos e summitate capituliformis, dioicus.

1040. *Weisia controuersa*, erecta, fol. acute lanceolatis, ficitate perquam contortilibus; thecis ouatis, HEDW. Stirp. Crypt. III. p. 12. t. 5. B.

Bryum viridulum capsulis erectis, ouatis; furculis simplicibus; fol. imberbibus, lanceolatis. SCOP. Carn. 2. n. 1297.

In herbidis circa fossas. Maio.

Tota vix tres lineas longa. Folia capillaria.

402. POLYTRICHUM. HEDW. Musc. 2. p. 90.

Capf. Perist. dentibus 32. integris; apicibus membrana adglutinata.

Masc. Flos disciformis terminalis.

1041. *Polytrichum commune* caule simplici; antherae parallelepipedae. LINN. Syst. Veg. p. 946.

Polytrichum commune furculo simplici, prolifero; fol. lineari-lanceolatis, ferrulatis; thecis oblongis, tetraedris: calyptris villosis. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 304.

In humidis argillofis syluestribus. Iunio.

Folia supra medium ferrulata.

1042. *Polytrichum juniperinum* furculo simplici, prolifero; fol. lineari-lanceolatis, integerrimis, mucronatis; thecis oblongis, tetraedris: calyptris villosis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 305.

Polytrichum commune β . LINN. Sp. Pl. p. 1109.

In sterilibus ericetis über der Lägerischen Mühle. Iulio.

1043. *Polytrichum piliferum* furculo simplici; fol. lanceolatis, integerrimis, apice piliferis; thecis oblongis, tetraedris: calyptris villosis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 305.

Polytrichum commune γ. LINN. Sp. Pl. p. 1109.
Iisdem cum priore locis. Julio.

1044. *Polytrichum aloides* fol. versus apicem evidenter ferrulatis; theca cylindrica, obliquata. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 37. t. 14.

Polytrichum aloides furculo simplici; fol. lanceolatis, apice ferrulatis, thecis cylindricis; calyptris villosis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 306.

Mnium polytrichoides β. LINN. Sp. Pl. p. 1112.

In argillosis fyluarum viis, scrobibusque. Vere, etiam aestate.

1045. *Polytrichum undulatum* fol. lanceolatis, ferratis, undulatis, patentibus; calyptra ad apicem paraphysiphora; theca cylindrica, cernua. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 43. t. 16. 17.

Polytrichum undulatum furculo simplici; fol. lanceolatis, ferratis, undulatis; thecis cylindricis; operculi acumine longe producto: calyptris dimidiatis, glabris. WILLDEN. Fl. Ber. p. 306.

Bryum undulatum anther. erectiusculis; pedunculis subsolitariis; fol. lanceolatis, carinatis, undulatis, patentibus, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 948.

In umbrosis humidis montanis et insularis. Vere.

403. FISSIDENS. HEDW. Musc. 2. p. 91.

Caps. Perist. dentibus 16. brevioribus, inflexis.
Masc. Flos in alis foliorum gemmiformis.

1046. *Fissidens adianthoides* fronde pinnata, subramosa, medio setifera: pinnis oblongis, acutis; thecis subcylindricis: operculi acumine breui. WILLDEN. Fl. Ber. p. 309.

Hypnum adianthoides fronde pinnata, ramosa, erecta, medio pedunculifera. LINN. Syst. Veg. p. 950.

In

In pratib vdis *feitwärts von der Hohenei*. Aestate.

1047. *Fissidens sciuroides* (Hypnum) furculis erectis, ramosis, incuruatis. LINN. Syst. Veg. p. 952.

Hypnum caulibus teretibus, ramosis; fol. adpressis, pilo aristatis; operculis conicis. HALL. Hist. n. 1749.
In truncis arborum vbique.

1048. *Fissidens pulvinata*. HEDW. in litt.

Leersia pulvinata furculo ramoso; fol. oblongis, piliferis: thecis subrotundis, nutantibus; calyptris minutis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 300.

Bryum pulvinatum, anther. subrotundis; pedunculis reflexis; fol. piliferis. LINN. Syst. Veg. p. 949.

In faxis, muris et tectis vbique. Vere.

404. DICRANVM. HEDW. MUSC. 2. p. 91.

Capf. Perist. dentibus 16. brevioribus, bifidis, inflexis.

Masc. Flos e distinctae stirpis summitate, capituliformis.

1049. *Dicranum scoparium* furculo ramoso; fol. linearilanceolatis, recuruis, secundis; thecis erectis, oblongo-cylindraceis: operculis conicis, acuminatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 311.

Bryum scoparium anther. erectiusculis; pedunculis aggregatis; fol. secundis, recuruatis; caule declinato. LINN. Syst. Veg. p. 948.

Hypnum foliis falcatis, heteromallis; vaginis multifloris. HALL. Hist. n. 1777.

In syluis ad arborum radices copiose. Aestate.

Variat seta vnica et pluribus ex vno perichaetio.

1050. *Dicranum heteromallum* foliis e membranacea basi subulatis, secundis; theca ouata: operculo rostro. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 68. t. 26.

Dicranum heteromallum furculo subsimplici; fol. setaceis, recurvis, secundis; thecis ouatis: operculis acuminatis, recuruis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 311.

Bryum heteromallum anther. erectis; fol. letaceis, secundis. LINN. Syst. Veg. p. 948.

In arenosis syluestribus über dem Teufelsjessel. Aprilii.

405. TORTVLA. HEDW. Musc. 2. p. 92.

Caps. Perist. ciliatum: ciliis spiraliter conuolutis.

Masc. Flos gemmiformis, monoicus.

1051. *Tortula subulata* furculo breuissimo simplici; fol. ouatis, obtusiusculis; thecis cylindricis: operculo conico, acuto. WILLDEN. Fl. Ber. p. 312.

Bryum subulatum anther. erectis, subulatis; furculis acaulibus. LINN. Syst. Veg. p. 943.

In fossis et ad femitas syluarum super terra. Aprilii.

406. BARBVLA. HEDW. Musc. 2. p. 92.

Caps. Perist. ciliatum: ciliis spiraliter conuolutis.

Masc. Flos capituliformis, dioicus.

1052. *Barbula ruralis* furculo ramoso, fol. reflexis, obouatis, obtusis, apice piliferis; thecis cylindricis: operculis conicis, acutis. WILLDEN. Fl. Berol. pag. 313.

Bryum rurale anther. erectiusculis; fol. piliferis, recuruis. LINN. Syst. Veg. p. 948.

In tectis stramineis, muris et campis vbique. Vere.

1053. *Barbula muralis* HEDW. in litteris.

Tortula muralis furculo breuissimo subdiviso; fol. ouatis, acutis, apice piliferis; thecis oblongis: operculis conicis, acutis. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 312.

Bryum murale anther. erectis; fol. piliferis, rectiusculis; furculis simplicibus, cespitosis. LINN. Syst. Veg. p. 948.

In muris et tectis mixtim cum *Bryo argenteo*. Martio, Aprilii.

1054.

1054. *Barbula vnguiculata* fol. lineari-lanceolatis, carinatis, surrectis, perigonalibus masculi floris cum fasciculo: theca obliqua. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 59. t. 23.

Barbula vnguiculata furculo subramoso; fol. lineari-lanceolatis, carinatis; thecis subcylindricis: operculo conico. WILLDEN. Fl. Ber. p. 313.

Bryum vnguiculatum anther, erectis, oblongis; pedunculis axillaribus; furculis in summitate crassioribus. LINN. Syst. Veg. p. 948.

In muris, fossis argillofis et araneosis abunde. Vere.

1055. *Barbula rigida* truncato exiguo; fol. patentibus, margine inuolutis; thecis oblongis, erectis. HEDW. Stirp. Crypt. I. p. 65. t. 25.

Bryum stellatum acaule; foliis inuolutis; operculis cuspidatis; pectine spirali. SCHREB. Spic. p. 80.

In sabuloso-argillaceis *am neuen Damm in der Bruckau*. Septembri.

d) *Peristomate figurato, ordine duplici.*

407. ORTHOTRICHVM. HEDW. Stirp. Crypt. Tom. II. p. 96.

Capf. Perist. extern. 16. dentatum, denticulis reflexilibus: *intern.* processuli filiformes, albi, lineares, excisso-fimbriati.

Masc. Flos gemmiformis, alaris capituliformisque terminalis.

1056. *Orthotrichum striatum* foliis lanceolatis, margine reuoluto patulis, summis apice erosis; calyptrae limbo subaequali. HEDW. Stirp. Crypt. II. p. 99. t. 36.

Bryum striatum anther. sessilibus, sparsis; calyptris striatis sursumve pilosis. LINN. Syst. Veg. p. 947.

Grimmia striata furculo ramoso; fol. lanceolatis, acutis; thecis oblongis sessilibus, axillaribus terminalibusve; operculo acuminato: calyptris pilosis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 302.

In corticibus arborum. Vere.

1057. *Orthotrichum anomalum* fol. lanceolato-carinatis, margine revoluto patulis; theca oblonga, striata, peristomate interno destituta. HEDW. Stirp. Crypt. II. p. 102. t. 37.

Bryum striatum. LINN. Sp. Pl. p. 1115. β.

In corticibus salicium annularum in der Bruckau commune. Vere.

1058. *Orthotrichum crispum* foliis e latiori basi linearibus, confertis, ficitate crispis; thecis ex ampliata pedunculi summitate ovatis. HEDW. Stirp. Crypt. II. p. 96. t. 35.

Bryum striatum. LINN. Sp. Pl. p. 1115. δ.

In corticibus arborum sylvarum montanarum. Iulio.

408. *NECKERA*. HEDW. Musc. 2. p. 93.

Caps. Perist. exter. dentato: dentibus 16. cillisque apice liberis.

Masc. Flos gemmiformis, dioicus.

1059. *Neckera dendroides* furculo erecto, inferne nudo, superne fasciculato-ramoso, folioso; fol. linearilanceolatis, imbricatis; thecis subcylindricis erectis; operculis rostello incurvo. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 314.

Hypnum dendroides furculo erecto; ramis fasciculatis, terminalibus, simpliciusculis; anther. erectis. LINN. Syst. Veg. p. 951.

In nemorosis humidis ad margines sylvarum.

1060. *Neckera curtispindula* furculis ramosis, erectis, teretibus, foliosis; fol. oblongo-ovatis, acutis, imbricatis; thecis nutantibus, ovatis; operculis acuminatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 315.

Hypnum curtispindulum furculis vagis, teretibus; fol. ovatis, acutis, patulis; anther. pendulis. LINN. Syst. Veg. p. 952.

In truncis arborum sylvestrium. Iunio.

1061. *Neckera serpens* furculis ramosis decumbentibus, vagis, filiformibus; foliis minutissimis oblongis, acuminatis; thecis oblongo-cylindricis: operculis obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. 317.

Hypnum serpens, furculis repentibus; ramis filiformibus; fol. oblitteratis. LINN. Syst. Veg. p. 954.

In truncis arborum, muris et saxis vulgaris. Vere et autumno.

1062. *Neckera cupressiformis* furculis ramosis decumbentibus; fol. oblongo-lanceolatis, recurvis, secundis; thecis cylindricis: operculo acuminato, recto. WILLDEN. Fl. Ber. p. 317.

Hypnum cupressiforme furcalis subpinnatis; fol. secundis, recurvis, apice subulatis; anther. erectis. LINN. Syst. Veg. p. 954.

In arborum truncis, inter frutices in terra, passim. Iulio, Augusto.

1063. *Neckera sericea* furculo ramoso, repente; fol. oblongis, seta terminatis, arcte imbricatis; thecis cylindricis erectis; operculis acuminatis, recurvis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 317.

Hypnum sericeum furculo repente; ramis confertis, erectis; fol. subulatis; anther. erectis. LINN. Syst. Veg. p. 954.

In arborum truncis vbique. Maio.

1064. *Neckera lutescens* furculis ramosis, vagis; fol. oblongis, acuminatis; thecis oblongis, obliquis; operculis acuminatis, recurvis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 317.

Hypnum lutescens furculis vagis, procumbentibus; fol. ovato-lanceolatis, subulatis, striatis; capsulis obliquis. SCHREB. Spic. p. 98.

In pratis et nemoribus ad terram, Iunio.

409. LESKEA. HEDW. MUSC. 2. p. 93.

Capj. Perist. exter. dentibus 16. acutis: *inter.* ciliis
vniiformibus, basi membranacea connexis.

Masc. Flos gemmiformis, dioicus.

1065. *Leskea trichomanoides* furculo ramoso; fol. distichis, oblongis, sublanatis, obtusis; thecis subcylindricis: operculi rostello reflexo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 318.

Hypnum trichomanoides fronde ramosa; fol. distichis, imbricatis, acinaciformibus, obtusis. SCHREB. Spic. p. 88.

In humidis syluaticis ad arborum radices. Vere.

1066. *Leskea polyantha* furculis ramosis, ramis brevissimis; fol. subulatis, acutis thecis oblongis; operculis conicis, obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 319.

Hypnum filifolium furculis vagis, ramosissimis; ramis filiformibus; anther. obliquis. LINN. Syft. Veg. p. 952.

Hypnum myosuroides, β . *filiforme*. WEBER. Spic. pag. 93.?

Hypnum polyanthos furculis ramosissimis; ramis rectis, teretibus, multifloris; capsulis erectis. SCHREB. Spic. p. 97.

In truncis Salicum annosarum in der Pötschen, Bruckau copiose. Aestate.

Surculi perquam intricati capsulis procerioribus maturantibus, versus extremitatem iuventas setulas calyptratas eleuant.

1067. *Leskea palustris* furculis repentibus, vagis, ramosis; fol. ouatis, acutis, secundis; thecis cylindraceis: operculis obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 319.

Hypnum palustre furcul. repentibus; ramis confertis, erectis; fol. ouatis, secundis; anther. erectiusculis. LINN. Syft. Veg. p. 951.

In vdis glareosis infularum Danubii, vbique. Aestate.

1068. *Leskea nitens* (Hypnum) ramis brevissimis; foliis lanceolatis, subulatis, nitentibus. LINN. Syst. Veg. p. 952.

Hypnum *nitens* furculis erectis, ramulis brevissimis; foliis lanceolatis, appressis, striatis; perichaetiis longissimis; capsulis obliquis. SCHREB. Spic. p. 92.

In pratis paludosis passim. Iunio.

1069. *Leskea prolifera* ramis ramosis, attenuatis, foliis concavis enerviis; capsulis erectis.

Hypnum *viuiparum* furculis ramosissimis: ramis teretibus subulatis, antheris erectis. NECK. del. Gallobelg. p. 475.

Ad arborum, praeprimis Salicum truncos imos. Vere. Surculus decumbens, rami erecti valde ramosi, ramulis versus apicem attenuatis, saepe incurvis: capsulae ochreae, peristoma albidum.

410. HYPNUM. HEDW. Musc. 2. p. 94.

Caps. Perist. exter. dentibus 16. acutis: inter. ciliato; ciliis e membrana difformibus.

Musc. Flos gemmiformis, dioicus.

*) *Surculis pinnatis.*

1070. Hypnum *flicinum* furculis pinnatis, ramulis distantibus; foliis imbricatis, incurvis, acutis, secundis. LINN. Syst. Veg. p. 900.

Hypnum *flicinum* furculo simpliciter pinnato; foliis oblongis, acuminatis, reflexis, secundis; thecis subcylindricis: operculis conuexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 320.

In pratis paludosis im *Kramern.* Aprili.

1071. *Hypnum proliferum* furculis proliferis, plano-pinnatis; pedunculis aggregatis. LINN. Syst. Veg. p. 950.

Hypnum proliferum furculis duplicato-pinnatis, proliferis; fol. lanceolatis, imbricatis; thecis oblongis: operculis acuminatis, incuruis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 321.

In sylvis ad arborum radices, et supra lapides. Vere.

1072. *Hypnum delicatulum* furculis subproliferis, plano-pinnatis, cuspidatis; pedunculis aggregatis. LINN. Syst. Veg. p. 950.

Hypnum delicatulum furculis duplicato-pinnatis, proliferis, apice cuspidatis; fol. oblongis, acuminatis, imbricatis; thecis cylindraceis: operculi rostello obtuso, incuruo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 321.

In pratis, sylvis, et inter frutices. Vere.

1073. *Hypnum parietinum* furculis plano-pinnatis, continuatis; pedunculis aggregatis. LINN. Syst. Veg. p. 950.

Hypnum parietinum furculis subtriplicato-pinnatis, proliferis; fol. ovatis, acutis, imbricatis; thecis cylindraceis: operculi rostello incuruo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 322.

In pratis, pomariis, ad arborum truncos et in terra. Aestate.

1074. *Hypnum praelongum* furculis subpinnatis, decumbentibus: ramul. remotis; fol. ovatis; anther. cernuis. LINN. Syst. Veg. p. 951.

Hypnum praelongum furculis subsimpliciter pinnatis subproliferis; fol. lanceolatis, laxe imbricatis; thecis oblongis; operculis conicis; rostro subulato, longo, incuruo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 322.

In arborum truncis. Aestate.

**) *Surculis erectis.*

1075. *Hypnum triquetrum* ramis vagis, recurvis; fol. ovatis, recurvatis, patulis. LINN. Syst. Veg. pag. 950.

Hypnum triquetrum furculis ramosis; fol. oblongis, acutis, subreflexis, patulis; thecis oblongis: operculis obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 323.

In nemoribus et pratis vdis *bei der Hohenei*. Vere.

1076. *Hypnum Schreberi* furculis pinnato-ramosis, apice tubulatis; fol. oblongis, acutis, laxe imbricatis; thecis oblongis: operculis conicis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 325.

Hypnum compressum ramis apice attenuatis; fol. ovato-lanceolatis; setis elongatis; capsulis inclinatis: operculo conico. SCHREB. Spic. p. 96.

In humidiusculis sylvarum.

Diversum ab *Hypno compresso* LINNAEUS.

Ad arborum, praeprimis *Salicuri* truncos. Vere.

***) *Surculis vagis.*

1077. *Hypnum rutabulum* ramis vagis, subrepentibus; fol. ovatis, mucronatis, imbricatis. LINN. Syst. Veg. p. 950.

Hypnum rutabulum furculis ramosis, vagis; fol. ovatis, acutis, mucronatis, patulis; thecis oblongis, obliquis: operculis conicis, acutis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 327.

In arborum truncis copiose. Vere.

1078. *Hypnum velutinum* furculo repente, ramis confertis, erectis; fol. subulatis; anther. nutantibus. LINN. Syst. Veg. p. 952.

Hypnum velutinum furculis ramosis, repentibus; fol. ovatis, acuminatis; thecis oblongis: operculis conicis, obtusis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 328.

In arborum truncis. Vere.

1079. *Hypnum intricatum* furculis ramosis; ramis brevibus; fol. lanceolatis, acutis, patulis; thecis oblongis, obliquis: operculis conicis, acutis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 328.

Hypnum intricatum furculis repentibus, ramis brevibus; fol. laxis, lanceolatis, acuminatis; capsulis obliquis, cernuis; mucrone obliquo. SCHREB. Spic. p. 99.

In corticibus arborum, ad truncos et in muris. Vere.

1080. *Hypnum fliforme* furculis tenerrimis parum ramosis, fol. ovato-acuminatis, concavis, imbricatis; thecis erectis cylindricis. TIMM. Prodr. p. 225.

In truncis Salicum in der Pötschen et Bruckau. Aestate.

1081. *Hypnum riparium* furculis teretibus, ramosis; fol. acutis, patulis, distantibus. LINN. Syst. Veg. p. 952.

Hypnum ramis teretibus et pinnatis; fol. ovato-lanceolatis, pilo terminatis; setis caulinis brevibus. HALL. Hist. n. 1746.

Circa rivulos in Kramern, alibique. Vere.

411. BRYUM. HEDW. Musc. 2. p. 94.

Caps. Perist. exter. dentibus 16. acutis: inter. e membrana carinata ciliis difformibus.

Masc. Flos capituliformis, dioicus.

1082. *Bryum androgynum* furculo ramoso, erecto; fol. lanceolatis, patulis; thecis cylindricis: operculis acuminatis, seta terminali. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 329.

Mnium androgynum caule ramoso, androgynum. LINN. Syst. Veg. p. 946.

In truncis arborum in der Mühlau. Vere.

1083. *Bryum argenteum* furculo ramoso, erecto; fol. oblongis, apice subulatis, dense imbricatis; thecis
nutan-

nutantibus, oblongis: operculis conuexis; seta axillari. WILLDEN. Fl. Ber. p. 329.

Bryum argenteum anther. pendulis; furculis cylindricis, imbricatis, laeuius. LINN. Syst. Veg. p. 949.

In muris, tectis, sepibus rupibusque abunde. Vere et autumno.

412. MNIVM. HEDW. MUSC. 2. p. 94.

Caps. Perist. exter. dentibus 16. acutis: *inter.* e membrana ciliis difformibus.

Masc. Flos disciformis, dioicus.

1084. *Mnium palustre* furculo ramoso, dichotomo; fol. subulatis, acutis, carinatis; thecis oblongis: operculis conicis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 330.

Mnium palustre caule dichotomo; fol. subulatis. LINN. Syst. Veg. p. 946.

In paludosis cum *Sphagno palustri* bei St. Georgen. Maio.

1085. *Mnium serpyllifolium* furculo simplici; fol. obouatis, obtusis; thecis nutantibus, ouatis: operculis conicis, acutis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 332.

Mnium serpyllifolium pedunculis aggregatis; fol. patentibus, pellucidis. LINN. Syst. Veg. p. 947. *α. punctatum.*

Bryum punctatum capsulis cernuis; pedunculis aggregatis; fol. obouatis, integerrimis, obtusis, punctatis. SCHREB. Spic. p. 85.

Ad radices *Salicum* in der Bruckau.

1086. *Mnium cuspidatum* furculo subsimplici; fol. ouatis, acutis, ferratis; thecis nutantibus, oblongis: operculis conuexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 332.

Mnium serpyllifolium β. cuspidatum pedunculis aggregatis; fol. alternis, acutis, ferratis. LINN. Syst. Veg. p. 947.

Bryum cuspidatum caps. nutantibus; pedunc. aggregatis; fol. ouatis, acutis, ferratis. SCHREB. Spic. p. 84.

In nemoribus et fossis humidis. Vere.

1087. *Mnium roseum* furculo simplici, prolifero; fol. oblongis, acutis; thecis nutantibus, oblongis: operculis conuexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 333.

Mnium serpyllifolium γ . *proliferum*, pedunc. aggregatis; fol. rosacee congestis, lanceolatis, acutis. LINN. Syst. Veg. p. 947.

Bryum roseum capsulis nutantibus; pedunculis aggregatis; fol. rosacee congestis, lanceolatis, acutis. SCHREB. Spic. p. 84.

Iisdem cum priore locis.

1088. *Mnium undulatum* furculis erectis; ramis fasciculatis, foliol. ellipticis, undulatis, argute dentatis; pedunculis aggregatis. WEIS. Crypt. p. 158.

Mnium serpyllifolium δ . *undulatum* pedunc. aggregatis; fol. oblongis, undulatis. LINN. Syst. Veg. pag. 947.

Mnium ligulatum furculo subsimplici, fol. oblongo-lanceolatis, ferrulatis undulatisque; thecis nutantibus oblongis: operculis conuexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 334.

Bryum ligulatum caps. nutantibus; peduncul. aggregatis; fol. oblongis, undulatis, ferrulatis. SCHREB. Spic. p. 84.

In syluis, ad vias roridas, circa rivulos et scaturigines. Vere.

1089. *Mnium cespitium* furculis subramosis, ramis brevissimis; fol. lanceolatis apice setaceis; thecis ovatis, nutantibus: operculis conuexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 334.

Bryum cespitium anther. pendulis; fol. lanceolatis, acuminato-setaceis; pedunculis longissimis. LINN. Syst. Veg. p. 949.

In arenosis insularum Danubii. Aprili.

1090. *Mnium capillare* capsulis cylindricis pendulis, foliis ovato-lanceolatis, pilo cano terminatis.

Mnium capillare anther. pendulis: foliis ovatis, setiferis, carinatis; pedunculis longissimis. LINN. Syst. Veg. p. 947.

In

In vdis syluestribus.
Variat setis vix lin. 3. longis.

413. KOELREUTERA. HEDW. Musc. 2. p. 95.

Caps. Perist. exter. dentibus 16. apice cohaerentibus,
obliquis: *inter.* cilia totidem, membranacea,
plana.

Masc. Flos disciformis, dioicus.

1091. Koelreutera *hygrometrica* furculo subsimplici;
fol. oblongis, acuminatis; thecis ouatis, nutanti-
bus; operculis planis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 335.

Mnium hygrometricum acaule; anther. nutante; calyp-
tra reflexa, tetragona. LINN. Syst. Veg. p. 946.

Bryum hygrometricum caps. pendulis, obouatis; furcu-
lis simplicibus; fol. piliferis, ouatis. SCOP. Carn. 2. n.

1303.

In syluarum locis deustis circa *Blumenau*.

414. BARTRAMIA. HEDW. Stirp. Crypt. T. II. p. III.

Caps. Perist. exter. dentes 16. cuneiformes: *intern.*
membrana conica, plicato-carinata, in apertu-
ram lacinulatam coniuens.

Flos androgynus.

1092. Bartramia *pomiformis* capsulis sphaericis, tan-
tillum obliquatis in setis elongatis rectis.

Webera pomiformis furculo ramoso; fol. lineari-lan-
ceolatis, seta terminatis, imbricato-patulis; thecis
sphaericis; operculo plano. WILLDEN. Fl. Ber. pag.
336.

Bryum pomiforme anther. erectis, sphaericis. LINN.
Syst. Veg. p. 947.

In argillofis ad margines viarum in syluis Modrensisibus.
Iunio.

415. WEBERA. HEDW. Musc. 2. p. 95.

Capf. Perist. exter. dentibus 16. acuminatis; *intern.* membranaceo - carinatum cum et absque ciliis.

Flores hermaphroditi.

1093. Webera *nutans* fol. lanceolatis; capsulis oblongis, nutantibus. HEDW. Stirp. Crypt. Tom. I. p. 9. tab. 4.

Webera *nutans* furculo simplici; fol. ovato-lanceolatis, conniuentibus; thecis cylindraceutis: operculis conicis, mucronatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 336.

Bryum *nutans* fol. lanceolatis, subulatis; capsulis vrceolatis, cernuis: operculo conico. SCHREB. Spic. p. 81.

In sylvis abiegnis circa *Modram*. Iunio.

416. BUxbaUMIA. HEDW. Musc. 2. p. 95.

Capf. Perist. extern. dentibus 16. truncatis; *intern.* membranaceo - plicatum.

Masc. Flos discoideus.

1094. Buxbaumia *aphylla* furculis folisque nullis; theca ouara, dimidiata: operculo conico, obliquo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 337.

Buxbaumia *aphylla* pedunculo elongato. LINN. Syst. Veg. p. 945.

In arenosis umbrosis tenui gramine vestitis in *der Bürgerau*. Novembri.

417. FONTINALIS. HEDW. Musc. 2. p. 96.

Capf. Perist. extern. dentibus 16. *intern.* reticulatum.

Masc. Flos gemmiformis in alis foliorum.

1095. Fontinalis *antipyretica* furculo ramofo, vago; fol. lanceolatis laxè imbricatis; thecis subcylindricis: operculis planis, mucronatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 338.

Fontinalis antipyretica fol. complicato-carinatis, trifariis, acutis; anther. lateralibus. LINN. Syft. Veg. p. 945.

In Danubii ramo bei dem Iägerhaus am Damm olim copiose: nunc insulae ibidem prodire.

B. *HEPATICI* petalo calyptrato, styligero; capsula valvis dehiscente. NEDW. Musc. 2. p. 63.

418. IUNGGERMANNIA. LEYSER. Hal. Ed. 2. p. 274.

Masc. Flores sessilis, nudus.

Fem. Caps. pedunculata, nuda, 4—valuis.

*) *Frondebis pinnatis, secundis.*

1096. *Iunggermannia asplenioides* frondibus simpliciter pinnatis; foliolis ovatis, subciliatis. LINN. Syft. Veg. p. 953. SCOP. Carn. 2. n. 1338. t. 62.

Iunggermannia fol. pinnatis, subrotundis, serratis; ex apice florifera. HALL. Hist. n. 1868.

In truncis arborum, etiam in terra inter Muscos.

1097. *Iunggermannia bidentata* frond. simpliciter pinnatis, apice floriferis; fol. bidentatis. LINN. Syft. Veg. p. 953.

Iunggermannia bidentata furculis procumbentibus ramosis, apicibus floriferis; fol. ovatis, bicuspidatis; stipulis lanceolatis, quadridentatis. SCHREB. Spic. p. 104.

In umbrosis humidis im Rutschegraben.

**) *Frondebis imbricatis.*

1098. *Iunggermannia complanata* furculis repentibus; fol. inferne auriculatis, duplicato-imbricatis; ramis aequalibus. LINN. Syft. Veg. p. 954.

Iunggermannia fol. rotundis, alterne imbricatis, caule plano, multifloro; fetis brevissimis. HALL. Hist. n. 1860.

In variarum arborum corticibus.

1099. *Iungermannia dilatata* furculis repentibus; fol. inferne auriculatis, duplicato-imbricatis; ramis apice latioribus. LINN. Syst. Veg. p. 954. SCOP. Carn. 2. n. 1341.

Iungermannia fol. imbricatis, alternis, orbiculatis; setis brevissimis. HALL. Hist. n. 1874.
In corticibus arborum.

419. MARCHANTIA. LEYSER. Hal. p. 274.

Masc. Flos sessilis campanulatus.

Fem. capsula pedunculata, peltata.

1100. *Marchantia polymorpha* calyce communi decemfido. LINN. Syst. Veg. p. 955.

Marchantia polymorpha fol. obtuse lobatis; receptaculis planis, orbiculatis, *) receptaculis 10 vel 12-fidis, laciniis liberis, linearibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 344.

Marchantia stellata pileo laciniato, laciniis teretibus, apice dilatatis. SCOP. Carn. 2. n. 1354.

In vdis umbrosis inter vineas im tiefen Weg hinten des Grafen Palfy Garten. Vere.

A L G A E.

a) Terrestris.

420. LICHEN.

Receptaculum subrotundum, planiusculum, nitidum.
Fronde farinâ adpersae.

A. Leprofi.

a) Pulverulenti.

Leprae. HALL. HOFFMANN. Enum. Lich. Part. I.

1101. Lichen *antiquitatis* pulverulentus, ater. SCHREB. Spic. p. 138. HOFFMANN. Lich. I. p. 1. t. 3. f. 5.
Lichen

Lichen crustaceus, saxatilis, omnium minimus, ater.
HALL. Hist. n. 2081.

Byssus *antiquitatis*. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Lepra *antiquitatis*; pulvis ater. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 370.

In rupibus, muris, asseribus, fere vbique.

1102. Lichen *flavus* pulverulentus, flavus. SCHREB.
Spic. p. 139. HOFFMANN. Lich. p. 2. t. 1. f. 4.

Byssus *candelaris* pulverulenta, flava, lignis adnascens.
LINN. Syst. Veg. p. 974.

Lepra *flava*; pulvis flavus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 370.

In arborum truncis, corticibus asseribusque putrescentibus.

Crusta tenuissima flava et aurantis, farinosa.

1103. Lichen *lutescens* pulverulentus, verrucosus, sulphureus. HOFFMANN. Lich. p. 3.

Lichen crustaceus arboribus adnascens; farinaceus, verrucosus et non rimosus, luteus. MICHEL. Gen. p. 99. n. 61.

In cortice Salicum *in der Au*, et in Juglandibus *im Rutschegraben*.

Crusta verrucosa farina lutescente adspersa.

1104. Lichen *roseus* pulverulentus, conglomeratus, roseus. SCHREB. Spic. p. 140. HOFFMANN. Lich. p. 5.

Lepra *rosea* pulvis e glebis maximis, sparsis, roseis constans. WILLDEN. Fl. Ber. p. 371.

In cortice Salicum annosarum *in der Mühlaus*.

Glebulae diuersae magnitudinis, pulverulentae, amoenae roseae.

1105. Lichen *borryoides* pulverulentus, viridis. HOFFMANN. Lich. p. 6. t. 1. f. 1.

Byssus *borryoides* pulverulenta, viridis. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Lepra *borryoides*, pulvis acerustim sparsus luteo-viridis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 372.

In humidis umbrosis; cortice arborum putrescentium.

Crusta pulverulenta viridis, et ex viridi flavescens.

1106. Lichen *lacteus* puluerulento-crustaceus, albissimus. SCHREB. Spic. p. 139. HOFFMANN. Lich. p. 7. t. 1. f. 3.

Byssus *lactea* puluerulento-crustacea, albissima. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Lepra *lactea*, puluis candidus. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 371.

In arborum corticibus et Muscis:

Crustae albae valde fragili inspersi sunt acervuli conglomerati, cretaei, albissimi.

1107. Lichen *incanus* puluerulentus, albus; glebulis rotundatis. SCHREB. Spic. p. 139. HOFFMANN. Lich. p. 7. t. 1. f. 6.

Byssus *incana* puluerulenta, incana, farinae instar strata. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Lepra *incana*, puluis incanus. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 371.

In corticibus arborum et terra humida.

Glebulae difformes albae et cinereo-virentes farinae instar disperfae adparent.

1108. Lichen *tuberculofus* puluerulento-crustaceus, verrucosus, subcinereus. HOFFMANN. Lich. p. 9. t. 2. fig. 1.

Verrucaria *tuberculosa* crusta orbicularis cinerea tuberculosa; tuberculis minimis, fuscescentibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 368.

In cortice Fagi.

Crusta tenuis cinereo-virens, orbiculata, margine albo cincta. Verrucae fuscescentes, minimae, versus centrum maiores sunt.

b) *Tuberculati.*a) *Tuberculis sessilibus.*

Herpes. HALL. Verrucaria. HOFFMANN. l. c.

1109. Lichen *rugosus* leprosus, albicans; lineolis simplicibus punctisque nigris, confertis. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 10. t. 2. f. 5.

Verrucaria *rugosa* albicans, tuberculis minutissimis, in lineas et puncta confertis dispositis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 369.

In arborum, praecipuis Fagorum cortice.

1110. Lichen *scriptus* leprosus, albicans; lineolis nigris, ramosis, characteriformibus. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 11. t. 3. f. 2. a.

Lichen de rimis efflorescens, bivaluis, ater, characteristicus. HALL. Hist. n. 2079.

Verrucaria *scripta* albicans; tuberculis atris, planis, linearibus, varie flexis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 369.

In cortice Fagi, Carpini frequens.

Crusta cinerea et virefcens, lineis simplicibus et ramosis, diuersimode flexis, polline atro repleta.

1111. Lichen *hebraicus* leprosus, albicans; lineolis nigris, diuaticatis. HOFFMANN. Lich. pag. 13. tab. 3. fig. 2. c.

Verrucaria *hebraica* albicans; tuberculis planis, linearibus apice diuisis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 369.

Cum priore frequens.

A Lichene *scripto* vel primo intuitu diuersus adparet: lineolae crassae simplices et ramosae, atrae, diuaticatae, ad angulum fere rectum distantes.

1112. Lichen *pulicaris* leprosus, albicans; lineolis nigris, breuissimis, simplicibus. HOFFMANN. Lich. p. 14. t. 3. f. 2. f.

Verrucaria *pulicaris* albicans, tuberculis planis, linearibus, breuissimis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 370.

In cortice Fagi.

Tubercula oblonga, conferta, nigerrima insident crustae cinereae.

1113. Lichen *pertusus* leprosus; verrucis subteffelatis, laeuigatis, pertusis, poro vno alterone cylindrico. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 16. t. 3. f. 3. 4. JACQV. Collect. V. 2. p. 181. t. 13. f. 3.

Lichen crusta verrucosa, areis polygoniis, punctiferis. HALL. Hist. n. 2053.

Verrucaria *pertusa* crusta albicans; tuberculis impressis, atris. WILLDEN. Fl. Ber. p. 368.

In cortice Fagi, nec in faxis rarus.

Crusta rugosa albo-cinerea aut cinereo-virescens. Verruciae confertae, inaequales, polygonae, albae, in medio poro nigro perforatae.

1114. Lichen *fagineus* leprosus, albus; tuberculis albis, farinaceis. LINN. Syst. Veg. p. 957.

Verrucaria *faginea* crusta albicans, tuberculis planis, farinosis, concoloribus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 368.

Var. a) HOFFMANN. Lich. p. 18. t. 2. f. 4. Crusta tenuissima admodum friabilis, glaucescens, rugosa; tubercula difformia, alba farina plena.

b) HOFFMANN. Lich. p. 19. t. 7. f. 2. Crusta paulo solidior, viridescens, zona repanda pallidiore limitata.

Vtraque in variis arboribus frequens.

1115. Lichen *sanguinarius* leprosus, cinereo-virescens, tuberculis atris. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 27. t. 5. f. 3. 4.

Lichen *limitatus* crusta glauca aut cinereo-virens; linea marginali, repanda, nigra; tubercula plurima, nigra. SCOP. Carn. 2. n. 1370.

Verrucaria *sanguinea* cinereo-virescens, tuberculis atris. WILLDEN. Fl. Ber. p. 367.

In variis arborum corticibus.

Crusta cinerea et cinereo-virescens, linea marginali repanda, nigra circumsepta. Tubercula solitaria, compressa, marginata, nigra.

III16. Lichen *fusco-ater* leprofus, fuscus, tuberculis atris. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 22.

Lichen crusta farinacea inseparabili, cinerea; scutis nigerrimis conferta. HALL. Hist. n. 2062.

Verrucaria fusco-atra, crusta fusca: tuberculis planis, atris. WILLDEN. Fl. Ber. p. 368.

In lapidibus coaceruatis inter vineas.

Crusta tenuissima a lapide inseparabilis, cinerea et fuscescens, cui minutissima insident tubercula, nigerima.

III17. Lichen *niger* leprofus, ater; tuberculis subrotundis, concoloribus. LINN. Syst. Veg. p. 957. HOFFMANN. Lich. p. 23. t. 3. f. 6.

Lichen crusta continua aterrima; glebulis subrotundis. HALL. Hist. n. 2084.

Verrucaria nigra crusta atra, tuberculis planis, concoloribus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 367.

In rupibus passim.

Crusta lata, nigra, tubercula conuexa, atra.

III18. Lichen *muscorum* crusta farinosa, tuberculis atris. HOFFM. Lich. p. 32. WEBER. Spic. p. 183. SCOP. Carn. 2. n. 1375.?

Lichen crustaceus musco plerumque innascens, polline cinereo veluti conflatus; receptaculis florum nigris. MICH. Gen. p. 98. n. 41.

Crusta *Byssi incanae* LINN. Tubercula copiosa, atra. WEBER. l. c.

In muscorum stratis et arborum corticibus, Muscis obductis.

β) *Tuberculis fungosis, stipitatis.*

Tubercularia. HOFFM. l. c.

III19. Lichen *Sabuletorum* leprofus, virescens; tuberculis substipitatis, planiusculis, atris. SCHARER. Spic. p. 134. HOFFM. Lich. p. 36.

In muris argillaceis im Oberufer, et bei den Ziegelöfen.
Tubercula ad lentem breviter pedicellata, nigra.

1120. Lichen *fungiformis* crustaceus, cinereo-viridis;
tuberculis stipitatis, fuscis. SCOP. Carn. 2. n. 1364.
HOFFM. Lich. p. 38. t. 8. f. 2.

Verrucaria *fungiformis* crusta glauco-virescens; tuber-
culis fuscis, stipitatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 366.

In argillofis humidis infra M. Caluariae Decembri in-
veni.

Crusta verrucosa cinereo-virens: stipiti albo infidet tu-
berculum vnum, rarius duo, primo pallide ferrugi-
neum, dein fuscum.

c) *Scutellari.*

Scutellaria. HOFFMANN. l. c.

1121. Lichen *tartareus* crustaceus, ex albido-vires-
cens; scutellis flavescentibus, margine albo. LINN.
Syst. Veg. p. 958. HOFFM. Lich. p. 12.

Lichen sessilis, scutellis sordide virentibus, oris albis.
HALL. Hist. n. 2057.?

In rupibus et lapidibus.

Crusta cum paucis virore cinerea: scutellae primo ex
flavo-virentes, dein fusciscentes, margine albo.

1122. Lichen *aurantiacus* leprosus, albido-cinereus;
scutellis aurantiacis. HOFFM. Lich. p. 45.

Lichen crustaceus arboribus adnascens, ex albo subci-
nereus, receptaculis florum aureis. nudis. MICHEL.
Gen. p. 98. n. 33.

In Cerasis in der alten Au copiose.

In crusta cinerea scutellae copiosissimae coloris auran-
tiaci, margine paululum pallidiore.

1123. Lichen *byssinus* puluerulentus, nigricans; scu-
tellis minutissimis, flavis. HOFFM. Lich. p. 46. t. 4.
fig. 7.

Lichen crusta farinacea, verrucosa, glauca; scutellis
flavis, planissimis. HALL. Hist. n. 2046.?

In

- In ollis hortulanorum, frequens etiam in asseribus putridis.
- Crusta farinosa cinereo-nigricans; scutellae minutissimae, flavae, oris albicantibus.
1124. Lichen *fulvus* leprosus, luteo-viridis; scutellis fulvis. SCHREB. Spic. p. 137. HOFFM. Lich. p. 48.
- Lichen crustaceus — — farinaceus, verrucosus, sulphureus; receptaculis florum fuscis. MICH. Gen. p. 96. n. 4.
- In corticibus arborum annosarum, imprimis Salicum.
- Crusta iunior ex viridi flavescens, per senium sensim cinerascit. Scutellae fulvae iuniores margine eleuatione gaudent, qui demum obliteratur.
1125. Lichen *pallidus* crustaceus, albicans; scutellis pallide rubris, margine albo, crenato. HOFFM. Lich. p. 50. t. 5. f. 2.
- Lichen crusta tenaci, verrucosa, cinerea; scutellis rufis, marginatis. HALL. Hist. n. 2049.
- In variarum arborum corticibus.
- Figura Cl. HOFFMANNI cum nostro specimine bene conuenit, sed scutellae sunt subfuscae, irregulares, conuexae, margine albo, crenato et reuoluto. Crusta crassa granuloso-puluerulenta, cinerea.
1126. Lichen *subfuscus* crustaceus, albicans; scutellis subfuscis: margine cinereo, subcrenato. HOFFM. Lich. p. 51. t. 5. f. 3. LINN. Sp. Pl. Ed. Holm. pag. 1142.
- Lichen crusta farinosa; scutellis fordide rufis, planiusculis. HALL. Hist. n. 2047.
- Mixtum cum *L. sanguinario*, et in rupibus.
- Crusta verrucosa, cinerea. Scutellae copiosae, planae, margine eleuato, albo, integro, vinctulato et crenulato.
1127. Lichen *ater* crustaceus, albicans; scutellis atris, margine albo, subcrenato. HOFFM. Lich. p. 53. t. 4. f. 4. SCHREB. Spic. p. 132.

Lichen *subfuscus* crustaceus, albicans; scutellis nigris; iunioribus vrceolatis, cauis. LINN. Syst. Veg. pag. 958.

In corticibus arborum, et in saxis.

Crustae cinereae, crassae, rimosae insident scutellae: iuniores verrucosae in medio puncto nigro, notatae; adultae disco atro, margine inaequali albicante undulato, et a compressione scutellarum saepe angulato.

1128. Lichen *androgynus* crustaceus, albicans, tuberculis pulverulentis; scutellis pallidis; margine albo, crenulato, pulverulento. HOFFM. Lich. p. 56. tab. 7. fig. 3.

In arborum truncis putridis.

Crusta grisea, tuberculata: tuberculis farinaceis; scutellae spadiceae margine albicante crenulato, pulverulento.

B. *I m b r i c a t i*.

a) *Crustacei*.

Flora. HALL. HOFFMANN. l. c.

1129. Lichen *candelarius* crustaceus, flavus; scutellis luteis. LINN. Syst. Veg. p. 958. HOFFM. Lich. p. 57. t. 9. f. 3.

Lichen fronde laciniata, rotunde lobata, flava, concolore. HALL. Hist. n. 2023.

In arboribus, muris antiquis, saxis.

Crusta rugosa, lutea constat foliolis minutis, imbricatis, crispis. Scutellae concolores: iuniores integrae; adultae margine crenulato.

1130. Lichen *flavescens* crustaceus, flavo-virescens; scutellis rufo-luteis. HOFFM. Lich. p. 59.

In corticibus arborum.

Crusta orbicularis, foliacea ex flavo virescens. Scutellae iuniores aurantiacae, adultae rufescentes.

1131. Lichen *murorum* crustaceus, imbricatus; foli-
pulposis, angustis, luteis, scutellis concoloribus.
HOFFM. Lich. p. 63. t. 9. f. 2.

In muris argillaceis, scandulisque putrescentibus.

Crusta orbicularis, foliacea, foliolis minimis dum hu-
mida sunt, pulposis; supra aureis, subtus albidis.
Scutellae fulvae margine integerrimo concolore.

1132. Lichen *orbicularis* crustaceus, imbricatus; fo-
liolis margine verrucosis, pulverulentis; scutellis
fusco-nigricantibus. HOFFM. Lich. p. 68. t. 9. f. 1.

Lichen fronde semipinnata, rotunde lobata, cinerea;
scutellis nigris. HALL. Hist. n. 2016.

In cortice Fagi, Carpini.

Rotundas constituit rosulas, cinereas, foliolis apice ob-
tusis, laciniatis, crenulatis. Scutellae nigrae mar-
gine cinereo.

b) *Foliacei.*

Lichen. HOFFMANN. l. c.

1133. Lichen *ciliatus* imbricatus, foliolis linearibus,
multifidis, obscure viridibus; scutellis pullis, cilia-
tis. HOFFM. Lich. p. 69. t. 14. f. 1.

In cortice Fagi, Carpini.

Primo intuitu *L. orbiculari* iuniori simillimus: at arma-
to oculo statim apparent scutellae atrae margine ci-
liatae.

1134. Lichen *stellaris* imbricatus: foliolis oblongis,
laciniatis, angustis, cinereis, scutellis pullis. LINN.
Syst. Veg. pag. 959. HOFFM. Lich. pag. 71. tab. 13.
f. 1. 2.

Lichen fronde cinerea, profundius divisa, laciniata,
obtusè lobata; scutellis glaucis, nigrescentibus.
HALL. Hist. n. 2017.

In arborum truncis.

Cinereus, orbiculatus, in medio scutellae iuniores,
fuscae, adultae nigricantes.

1135. Lichen *tenellus* foliaceus, laciniatus, albus; laciniis suberectis, obtusis, pilosis; scutellis sessilibus. SCOP. Carn. 2. n. 1405.

An Lichen *stellariformis* foliolis oblongis, planis, laciniatis; scutellis fuscis. HOFFM. Lich. p. 73.?

In cortice Cerasi, Carpini.

Exiguus foliola albida, laciniata, apice dilatata, crenata, tumida, reflexa et pulverulenta, dorso punctulis nigris notata. SCOP. l. c.

1136. Lichen *centrifugus* imbricatus; foliolis obsolete multifidis, laevibus, albidis, centrifugis; scutellis rufo-fuscis. LINN. Syst. Veg. p. 958. HOFFM. Lich. p. 78. t. 10. f. 3.

Lichen fronde profunde laciniata, semipinnata, rotunde lobata, crasse villosa, scutellis peramplis. HALL. Hist. n. 2015.

In faxis fylvarum über den Flächen: rarius in corticibus.

Iunior ex luteo virens, adultus cinereus, inferne semper niger. Scutellae in centro variae magnitudinis, planae, puniceae, margine virescente farinose.

1137. Lichen *pulverulentus* imbricatus, foliolis lobatis, crenatis, obtusis, viridibus, polline conspersis; scutellis nigris, margine crenatis. SCHREB. Spic. p. 128. HOFFM. Lich. p. 76. A. t. 12. f. 2.

Lichen fronde cinerea, profunde laciniata, rotunde lobata; scutellis nigris. HALL. Hist. n. 2016.

In truncis Salicum frequens.

Recens viridis polline albo adpersus, siccus cinereus. Scutellae nigrae farina cinerea obductae.

1138. Lichen *omphalodes* foliaceus, centrifugus, saturate absque nitore viridis, deficcatione fuscus; foliolis subpinnatifido-ramosis, subtus per oras crinitis; scutellis atro-rubentibus, margine eleuato, integerrimo, albedo cinctis. WULFFEN in JACQV. Collect. V. 2. p. 196. t. 15. f. 2. a. b.

- Lichen *pullus* imbricatus, foliolis lobatis, oliuaceis; scutellis integerrimis. SCHREB. Spic. p. 131. HOFFM. Lich. p. 87. C. t. 13. f. 4. var. B.
- Lichen fronde semipinnata, rotunde lobata, oliuacea; scutellis laevibus. HALL. Hist. n. 2013.
- In arboribus sylvaticis, Fago, Carpino: rarius in saxis.
1139. Lichen *oliuaceus* imbricatus; foliolis lobatis, nitidis, liuidis. LINN. Syst. Veg. p. 959. HOFFM. Lich. p. 86. A. t. 13. f. 3.
- Lichen *oliuaceus* foliaceus, centrifugus, flauo-fuscescens; foliol. lobato-multifidis, nitidis; scutellis centro sessilibus, concoloribus, integris crenatisue. WULFFEN in JACQV. Collect. V. 2. p. 194.
- Lichen fronde semipinnata, rotunde lobata, oliuacea, pulla; scutellis crenatis. HALL, Hist. n. 2014.
- In arboribus pomiferis et sylvaticis, passim.
1140. Lichen *parietinus* imbricatus; foliol. crispis, fulvis; peltis concoloribus, fulvis. LINN. Syst. Veg. p. 959. HOFFM. Lich. p. 89. t. 18. f. 1.
- Lichen fronde rugosa, rotunde lobata, flaua, concolor. HALL. Hist. n. 2021.
- In arborum truncis, sepibus murisque abunde.
1141. Lichen *physodes* imbricatus: laciniis obtusis, subinflatis. LINN. Syst. Veg. pag. 959. HOFFM. Lich. t. 15. f. 2.
- Lichen *physodes* foliaceus, laciniatus, glaber; laciniis tubulosis, obtusis, clausis. SCOP. Carn. 2. n. 1405.
- Lichen *physodes* imbricatus, laciniis angustis apice inflatis; scutellis pedicellatis. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 354.
- In arboribus, praecipue Fago.
- Superne cinereus, inferne ater, laciniis apice inflatis, scutellis pedicellatis.
1142. Lichen *pulmonarius* foliaceus, laciniatus, obtusus, glaber, supra lacunofus, subtus tomentosus. LINN. Syst. Veg. p. 960.

Lichen lacunatus inferne gibbosus, reticulo farinoso, scutellis lateralibus. HALL. Hist. n. 1986.

In sylvis ad annosiores arborum radices.

Lungenmoos. Fai-tüdö-fü.

Officin. Herba *Pulmonariae arboreae*.

1143. **Lichen furfuraceus** foliaceus, decumbens, furfuraceus: laciniis acutis, subtus lacunosis, atris. LINN. Syst. Veg. p. 960.

Lichen furfuraceus foliaceus, erectus, laciniatus; subtus niger, puluerulentus, apicibus albidis; scutellis fuscis, concavis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 357.

Lichen cornubus planiusculus, ouatis, superne farinosus, inferne atris et reticulatis. HALL. Hist. n. 1976.

In sylvis ad arborum truncos.

1144. **Lichen prunastri** foliaceus, erectiusculus, lacunofus; subtus tomentosus, albus. LINN. Syst. Veg. p. 960.

Lichen prunastri foliaceus, erectus, laciniatus, subtus candidus; scutellis fuscis, concavis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 357.

Lichen complanatus vtrinqve lacunofus, vndique farinosus. HALL. Hist. n. 1984.

In Pruno domestica et spinosa, nec non in Pyro sat frequens.

Junior glaucus et totus glaber est, adultus inferne incanus, lanuginofus.

C. Coriacei.

1145. **Lichen venosus** coriaceus, repens, ouatus, planus, subtus venosus, villosus; peltis marginalibus, horizontalibus. LINN. Syst. Veg. p. 961.

Lichen stbelliformis, subtus reticulatus; scutellis marginalibus, planis. HALL. Hist. n. 1993.

Ad latera viarum in sylvis humidis umbrosis *unter dem Gensenberg*.

1146. Lichen *aphrosus* coriaceus, repens, lobatus, obtusus, planus; verrucis sparsis; pelta marginali adscendente. LINN. Syst. Veg. p. 961. SCOP. Carn. 2. n. 39.

Lichen fronde obtuse lobata; superne verrucosa, inferne villosa. HALL. Hist. n. 1992.

Peltigera *aphrosa* fronde obtuse lobata; superne verrucosa, inferne alba, villosa. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 347.

In sylvis super terra et lapidibus perpetuo humentibus, über den Flächen.

Humidus insigni virore gaudet; verrucæ sparsæ, scabrae, fuscescentes, saepe etiam magnitudinem lentis superant.

1147. Lichen *caninus* coriaceus, repens, lobatus, obtusus, planus: subtus venosus, villosus; pelta marginali adscendente. LINN. Syst. Veg. p. 961.

Lichen fronde subrotunda, lobata, inferne reticulata; peltis conuexo-concauis. HALL. Hist. n. 1988.

Peltigera *canina* fronde obtuse lobata, subrus venosovillosa; peltis oblongis adscendentibus. WILLDEN, Fl. Ber. p. 347.

In sylvis et pomariis ad terram inter Muscos.

D. Umbilicarij,

(Squalentes quasi fuligine).

1148. Lichen *pustularus* umbilicatus, subtus lacunofus; furfure nigro adpersus. LINN. Syst. Veg. p. 962.

Lichen fronde cinerea, inferne lacunata; arbusculis superne nigris. HALL. Hist. n. 1996.

In summis rupibus montis Kobel supra Theben et in Pallenstein prope Stampfen.

1149. Lichen *deustus* umbilicatus vndique laevis. LINN. Syst. Veg. p. 962.

Lichen fronde rotunde lobata, inferne nigerrima, globosa. HALL. Hist. n. 1998.

Cum priore passim.

E. *Scyphiferi*. *)

1150. Lichen *pyxidatus* scyphifer, tubulosus: basi squamoso-foliacea. LEYSER. Hal. 2. p. 283.
Cladonia polymorpha. WILLDEN. Fl. Ber. p. 362.
1. Lichen *pyxid. simplex*. WEIS. Crypt. p. 84.
 Lichen coralloides caule simplici, pyxidato, nudo: marginibus integerrimis (*scypho integerrimo*). SCOP. Carn. 2. T. 2. p. 370.
 Lichen *scypho infundibuliformi, simplici*. HALL. Hist. n. 1912.
 Ad terram inque truncis arborum.
2. Lichen *pyxid. tuberculatus*. WEIS. Crypt. pag. 85.
 Lichen *pyxidatus* scyphifer, simplex, crenulatus; tuberculis fuscis. LINN. Syst. Veg. p. 963.
 Lichen scyphiger, infundibulorum fungis fuscis. HALL. Hist. n. 1919.
 Iisdem cum priore locis.
3. Lichen *pyxid. cornutus*. WEIS. Crypt. p. 86.
 Lichen *cornutus* scyphifer simpliciusculus, subventricosus; calycibus integris. LINN. Syst. Veg. p. 963.
 Lichen cornubus subramosis, acutis, farinosis. HALL. Hist. n. 1903.
 Lichen coralloides, caule subulato, bifido. SCOP. Carn. 2. Tom. 2. p. 374. 14. (*frutice ceratoid. a*)
 In fyluis inter Muscos.
4. Lichen *pyxid. prolifer*. WEIS. Crypt. p. 87.
 Lichen *pyxidatus* caule simplici, calyce turbinato: centro simpliciter prolifero. LINN. Sp. Pl. Ed. *Helm.* p. 1151. n. 59. β.

Lichen

*) Omnes lichenes scyphiferos esse varietates vnus speciei, *Lichenis* videlicet *pyxidari* obseruarunt Cel. SCOPOLI et HALLER; confirmarunt Cel. WEIS et LAY-
 TNER.

- Lichen coralloides caule simplici pyxidato; marginibus proliferis (*scypho prolifero*). SCOP. Carn. 2. T. 2. p. 372. II.
- Lichen infundibulis ferratis, proliferis. HALL. Hist. n. 1924.
- Cum prioribus.
5. Lichen *pyxid. fimbriatus*. WEIS. Crypt. p. 88.
- Lichen *fimbriatus* scyphifer, simplex, denticulatus; stipite cylindrico. LINN. Syst. Veg. p. 963.
- Lichen coralloides caule sim lici; marginibus foliatis (*scypho squamoso*). SCOP. Carn. 2. T. 2. p. 373. 13. et
- Lichen coralloides caule simplici, pyxidato; marginibus ferratis (*scypho ferrulato*). SCOP. l. c. p. 370. 7.
- In syluis ad terram et trunc s arborum.
6. Lichen *pyxid. cocciferus*. WEIS. Crypt. p. 90.
- Lichen *cocciferus* scyphifer, simplex, integerrimus; stipite cylindrico; tuberculis coccineis. LINN. Syst. Veg. p. 963.
- Lichen scyphiger, infundibulorum fungalis coccineis. HALL. Hist. n. 1918.
- Cladonia coccifera* scyphifera simplex; tuberculis coccineis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 361.
- In syluis abiegnis circa *Modram*.
7. Lichen *pyxid. digitatus*. WEIS. Crypt. p. 91.
- Lichen *digitatus* scyphifer, ramosissimus; ramis cylindricis; calycibus integris, nodosis. LINN. Syst. Veg. p. 963.
- Lichen infundibulis palmatis; fungulis coccineis. HALL. Hist. n. 1939.
- Cum priore.
8. Lichen *pyxid. gracilis*. WEIS. Crypt. p. 93.
- Lichen *gracilis* scyphifer, ramosus, denticulatus, filiformis. LINN. Syst. Veg. p. 963.
- Lichen coralloides, caule simplici, subulato, nudo (*corniculo subulato*). SCOP. Carn. 2. Tom. 2. p. 368. I.
- In putridarum arborum truncis.

F. *Fruticulosi.*

1151. Lichen *rangiferinus* fruticulosus, perforatus, ramosissimus; ramis nutantibus. LINN. Syft. Veg. p. 963. Sp. pl. β . *sylvaricus*.

Lichen fruticosus, farinosus; furculis innumeris, nutantibus. HALL. Hist. n. 1957.

Cladonia rangiferina fruticulosa, ramosissima, glauca; ramulis nutantibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 364.

In vicinis prope *Kaltenbrunn* inque truncis Pin. sylvestris *über dem Teufelsessel*; haud frequens.

1152. Lichen *subulatus* fruticulosus, subdichotomus; ramis simplicibus, subulatis. LINN. Syft. Veg. pag. 963.

Lichen caule fruticoso, erecto; ramis ascendentibus, dichotomis. HALL. Hist. n. 1955.

Cladonia subulata fruticulosa, ramosa, apicibus simplicibus, subulatis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 365.

In saxis et rupibus inter muscos montis *Kobel* supra *Theben*.

G. *Filamentosi.*

1153. Lichen *plicatus* filamentosus, pendulus; ramis implexis; scutellis radiatis. LINN. Syft. Veg. pag. 964.

Lichen pendulus, teres, exasperatus, ramis descendentes; scutellis radiatis. HALL. Hist. n. 1971.

In Abietibus sylvarum *Modrensi*um.

1154. Lichen *iubatus* filamentosus, pendulus; axillis compressis. LINN. Syft. Veg. p. 964.

Lichen barbatus, pendulus; filamentis nigris, prolixis, HALL. Hist. n. 968.

Cum priore, et in *Quercubus* sylvarum altiorum.

1155. Lichen *articulatus* filamentosus, articulatus; ramulis tenuissimis, punctatis. LINN. Syft. Veg. p. 964. SCOP. Carn. 2. n. 1361.

In variis arboribus sylvarum.

1156. Lichen *floridus* filamentosus, ramosus, erectus; scutellis radiatis. LINN. Syst. Veg. p. 965.
Lichen barbatus ramis teretibus; furculis parallelis simplicibus; scutellis radiatis. HALL. Hist. n. 1972.
In Fagorum, Quercuum, Abietumque cortice.

421. TREMELLA.

Frustrificationes vix manifestae in corpore gelatinoso.

1157. Tremella *juniperina* sessilis, membranacea, auriformis, fulva. LINN. Syst. Veg. p. 965.
Agaricum gelatinosum, flavo-rubrum, superne tuberculosum. HALL. Hist. n. 2260.
Ad Juniperos *bei Kaltenbrunn* frequens.
1158. Tremella *Auricula* subrotunda, concava, plicata, nigrescens. WILLDEN Fl. Ber. p. 418.
Tremella *Auricula* sessilis, membranacea, auriformis, cinerea. LINN. Sp. Pl. p. 1157.
Peziza *Auricula* concava, rugosa, auriformis. LINN. Syst. Veg. p. 979.
In truncis sambuci *nigrae*, etiam in salicibus *in der Bruckau*. Vere et Autumno.
1159. Tremella *Noctae* plicata, vndulata. LINN. Syst. Veg. p. 965.
Tremella *Noctae* sessilis, subrotunda, plicata, vndulata, fusco-virens. WILLDEN. Fl. Ber. p. 418.
Lichen gelatinosus, plicatus, vndulatus; laciniis crispatis, granulosis. HALL. Hist. n. 2041.
In hortis et pratis, post pluvias.
1160. Tremella *arborea* sessilis, subrotunda, vndulata, nigrescens. WILLDEN. Fl. Ber. p. 418.
In truncis Salicum, ramulisque putrescentibus. Autumno.
Substantia carnosa, diversimode plicata; humida atrofusca, sicca nigerrima.

1161. *Tremella verrucosa* tuberculosa, solida, rugosa.
LINN. Syst. Veg. p. 965.?

In cauitate humida arborum putrescentium *in der alten Au.* Augusto.

Subrotunda, plana, solida, margine inflexo, spadiceo, caeterum nigerrima; disco verrucoso, e quo liquor niger atramenti ad instar exsudat.

422. BYSSVS.

Lanugo per lentem filis innumeris constans.

WILLDEN.

1162. *Byffus flos aquae* filamentis plumosis, natantibus.
LINN. Syst. Veg. p. 974.

Conferua crustacea, tenerrima, subviridis. HALL. Hist. n. 2113.

In aquis stagnantibus.

Num vera planta, aut putredine orta? ventilant plures.

1163. *Byffus phosphorea*, lanuginosa, violacea, lignis adnascens. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Byffus purpurea delicatissima, arborum corticibus adhaerens, breuissimis ac tenuissimis filamentis. MICH. Gen. p. 211. n. 12. t. 90. f. 3.

In Quercubus putrescentibus, etiam supra lapides in syluis.

1164. *Byffus velutina* capillacea, viridis: filamentis ramosis. LINN. Syst. Veg. p. 974.

In hortulanorum ollis, etiam hortorum arcis ad terram.

1165. *Byffus coriacea* perennis, densissima, albicans.
SCHREB. Spic. p. 144.

Byffus — — tenuissima ac densissima, filtrum et pannum laneum textura sua aemulans. MICH. Gen. pag. 211. n. 17. t. 90. f. 6.

In Iuglande *in der Mühlan.* Aestate inveni.

Panno

Panno fericeo *welfches Dünnsuch* dicto *simillima*, albicans.

1166. *Byssus floccosa* euanida, floccosa, nivea. SCHREB. Spic. p. 144.

Byssus bombycina lanuginosa, albissima; filamentis longioribus implexis, lignis adnascens. WILLDEN. Fl. Ber. p. 373.

In cellis vinariis ad trabes.

b) *Aquaticae.*

423. CONFERVA.

Tubercula inaequalia in fibris capillaribus, longissimis.

*) *Filamentis simplicibus, aequalibus, geniculis destitutis.*

1167. *Conferua rivularis* filamentis simplicissimis, aequalibus, longissimis. LINN. Syst. Veg. pag. 972. HALL. Hist. n. 2115.

In Danubio nauibus lapidibusque adnata. Saturate viridis, fluitans.

1168. *Conferua fontinalis* filamentis simplicissimis, aequalibus, digito breuioribus. LINN. Syst. Veg. p. 972.

Ad scaturigines et in canalibus aquas ducentibus.

**) *Filamentis ramosis, aequalibus.*

1169. *Conferua bullosa* filamentis aequalibus, ramosis, bullas aëreas includentibus. LINN. Syst. Veg. pag. 973.

Conferua filis tenerrimis, vellere bombycino. HALL. Hist. n. 2120.

In fossis, aquis stagnantibus et inundatis.

***) *Filamentis anastomosantibus.*

1170. *Conferua reticulata* filamentis reticulato-coadunatis. LINN. Syft. Veg. p. 973. HALL. Hist. n. 2119.
In fossis ad vias et inter prata.

F V N G I.

424. AGARICVS.

Fungus horizontalis, subtrus lamellosus.

*) *Stipitari*, pileo orbiculato.

1) *Lamellis albis.*

a) *Pileo concolore.*

α) *annulati.*

1171. *Agaricus procerus* stipitatus, annulo mobili; pileo conuexo, albido, squamoso; squamis fusciscentibus: lamellis albis; stipite bulboso. WILLDEN. Fl. Ber. p. 381.

Agaricus pileo plano, papillari; stipite conuergente, procero, annulato, fistuloso, annulo peculiari inserto. SCOP. Carn. 2. n. 1465.

In fyluis über dem Gefang im Thebenschen. Autumno.

Stipes dodrante altior, squamosus, fuscus, fistulosus, annulo crasso et persistente cinctus. Pileus conicus, squamosus, albus, superne spadiceis et filamentosis squamis in apicem acutum vsque vestitus. Lamellae latae, fragiles, luride albae.

1172. *Agaricus albellus.* SCOP. Carn. 2. n. 1462.

Agaricus volua exceptus, fordide albus; pileolo orbiculari, maculis lacteis distincto et in margine striato; petiolo annulato in basim tuberofam desinente. GLEDITSCH Fung. p. 84. d.

In herbis fyluarum locis. Septembri.

Totus

Totus albus. Pileus planus margine striato, junior rarior minutisque verrucis adpersus, quae sensim in adultiore copiosiores maioresque fiunt. Stipes solitarius, fistulosus, annulo permanente cinctus,

β) *Stipite nudo.*

1173. *Agaricus umbelliferus* stipitatus; pileo plicato, membranaceo; lamellis basi latioribus. LINN. Syst. Veg. p. 976.

Agaricus pileo conuexo, plicato, membranaceo, tenero; lamellis remotis; stipite procero, capillaceo nudo, lamellis concolore. SCOP. Carn. 2. n. 1571. WILLDEN. Fl. Ber. p. 389.

In foliis defectis inter Castaneas *im Ruscchegraben*, etiam cortice Salicum putridarum. Octobri.

Pileus exiguus umbelliformis, margine lacero, plicato; lamellae candidae, latae, crenatae. Stipes tener, striatus, cylindraceus, fistulosus.

1174. *Agaricus piperatus* stipitatus, pileo planiusculo lactescente: margine deflexo; lamellis incarnato-pallidis. LINN. Syst. Veg. p. 975. BATSCH. Elench. Cont. I. p. 33. Icon 59.

Agaricus piperatus pileo concauo, saepius lactescente; lamellis ramosis; stipite nudo cylindrico. SCOP. Carn. 2. n. 1550.

Amanita umbilicatus albus, lacte acri manans. HALL. Hist. n. 2338.

In fyluis sat frequens post humidam aetatem.

Esculentus, *german. Pfefferling, Slauis Mliets* audit.

1175. *Agaricus niveus* albus; pileo conuexo, glabro, viscido; stipite cylindrico, nudo, fistuloso. SCOP. Carn. 2. n. 1488.

Agaricus candidus, pileolo plano et viscido; lamellis paucis et angustis; petiolo fistuloso. GLEDITSCH Fung. p. 119. c.

In salicetis inter muscos. Octobri.

Noster solitarius et multiplex, totus albus, semidiaphanus. Lamellae remotae inter tres dimidiatas duae inter-

integrae interpositae, stipiti adligatae. Pileus convexus, in adultiore centro depresso, margine inflexo.

1176. *Agaricus Iozzulus* albus; pileo conuexo, viscido; lamellis ramosis; stipite cylindraceo, nudo, procero, tandem fistuloso. SCOP. Carn. 2. n. 1489.

Agaricus candidus, pileolo plano et viscido; lamellis crispis. GLEDITSCH Fung. p. 118. a.

Inter Castaneas *am Kalvariberg*. Autumno.

Totus opacus, multiplex. Pileus viscidulus, striatus, albus, adultior flavescent. Lamellae simplices et ramosae. Stipes fistulosus, albus.

1177. *Agaricus virgineus* stipitatus, niueus; pileo hemisphaerico; lamellis arcuatim per stipitem decurrentibus. JACQV. in LINN. Syft. Veg. p. 975. Miscell. Austr. Tom. 2. p. 104. I. 15. f. 1.

In pomariis *über dem Kindsgraben*. Autumno.

Solitarius, totus candidus, laevis, nec viscidus.

1178. *Agaricus umbilicatus* multiplex, lamellis diffitis, a stipite divulsis; stipite nudo, fistuloso. SCOP. Carn. 2. n. 1490. *Diagn.*

Agaricus candidus ex vna basi multiplex, pileolo umbilicato. GLEDITSCH Fung. p. 131. b.

In fyluis montanis ad radices arborum. Autumno.

Multiplex, totus candidus, pilei centro depresso, margine inflexo. Stipes nitens.

1179. *Agaricus collinus* stipitatus, pileo albo, planiusculo; lamellis raris, albis; stipite rigidulo, fistuloso, nudo.

Agaricus collinus pileo sicco, planiusculo, non striato; stipite nudo, fistuloso. SCOP. Carn. 2. n. 1492.

Diagn.

In herbidis collibus. Iulio, Augusto.

Multiplex; pileus vneialis fere diametri, candidus, fuscus. Stipes firmus, basi et vsque medium fuscus, dein albus.

1180. *Agaricus gallinaccius* stipitatus, pileo albo, conuexo; lamellis albis, decurrentibus; stipite nudo, pleno.

Agaricus Gallinaccius. SCOP. Carn. 2. n. 1494.

In syluis. Augusto.

Pilei diameter semiuncialis. Lamellae tenuissimae.

Stipes sesquiuncialis, 2. lin. crassus. Sapor acris.

1181. *Agaricus androsaceus* stipitatus, albus; pileo plicato, membranceo; stipite nigro. LINN. Syst. Veg. p. 976. WILLDEN. Fl. Ber. p. 389.

Agaricus pileo conuexo, plicato, membranaceo; lamellis remotis, stipite nigro, procero, capillaceo, nudo. SCOP. Carn. 2. n. 1570.

Amanita petiolo nigro; pileo albo, striato, excarni. HALL. Hist. n. 2351.

In foliis Quercum putrescentibus. Octobri.

Pileus magnitudine lentis, albus, vertice flavescente.

Lamellae paucae. Stipes vncia saepe longior primo albus, dein nigrescens.

1182. *Agaricus cyathiformis* stipitatus, pileo inverso, glabro, albo; lamellis albis; stipite cylindrico, fistuloso, nudo.

In syluis. Octobri.

Totus candidus, pileo infundibuliformi semiuncialis diametri. Stipes sesquiuncialis. Lamellae torosae, alternae dimidiatae, per stipitem decurrentes.

1183. *Agaricus Sacharinus* pileo conico-explanato, laxe plicato-vndulato, niueo; laminis paucis concoloribus; stipite subulato, albo rubente. BATSCH Elench. Cont. I. p. 93. Icon 83.

In neruis marginibusque foliorum Quercus putrescentium. Octobri.

Tener; pilei diameter lin. 1—1½, candidus. Lamellae raras, alternae dimidiatae. Stipes a lin. 3. ad semiunciam longus, fuscescens, versus apicem attenuatus, albidus.

1184. *Agaricus Trichopus* pileo albo, substriato, campaniformi; lamellis cum proceris, fetaceo, caudato stipite pariter albis. scor. Carn. 2. n. 1493.

Agaricus exiguus albus; pileolo hemisphaerico; petiolo fetaceo longissimo. GLEDITSCH Fung. pag. 120. b.

In furculis inter muscos. Octobri.

Exiguus, totus albus. Stipes fetaceus, vncialis et longior.

b) *Pileo flavo; ochraceo.*

1185. *Agaricus variegatus* pileo conuexo, versus oram rubro-variegato; stipite aequali, nudo, pleno. scor. Carn. 2. n. 1499. *Diagn.*

In syluis. Octobri.

Gelber Täubling. Sluta Holubic'ka.

Esculentus. Pileus conuexus, saturate flavus, versus oram rubens et striatus. Lamellae albae, continuae.

1186. *Agaricus pratensis* pileo conuexo, umbonato, albo, pallide ochraceo griseoque; stipite elongato, subsubulato, concolore, pallidiore; lamellis griseo-albis. BATSCH Elench. p. 77. Icon 5.

In pratis insularis. Septembri.

Noster ochraceus; lamellis albicantibus; stipite pallidiore.

1187. *Agaricus renellus* pileo pallide sulphureo, margine pliculis teneris striato; stipite concolore filiformi; laminis albis, longitudine subaequalibus, latitudine alternis. BATSCH. Elench. Cont. I. p. 103. Icon 88.

In furculis arborum putridis. Autumnno.

Similis *Agarico trichopo*, sed pileoli flauo margo sinuato-striatus. Stipes fetaceus, vncialis. Lamellae albae.

c) *Pileo viridi.*

1188. *Agaricus vivens* pileo conuexo, viridi; lamellis vna cum aequali, nudo, cylindraceo, pleno stipite albis. SCOP. Carn. 2. n. 1507.

In herbidis *bei den Landmühlen*. Septembri.

Pileus iunior campanulatus, viridis, viscidulus; e cuius margine prodit membrana alba, cingens stipitem album, plenum, centro gelatinoso in hac aetate aqueis guttulis roridum. Ros hic cum membrana plenarie euanescit in adulto, cuius pileus demum fit conuexus, virescens. Lamellae albae, simplices et ramosae.

d) *Pileo rubro.*

1189. *Agaricus muscarius* stipitatus; lamellis dimidiatis, solitariis; stipite voluato, apice dilatato; basi ouato. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Agaricus pileo plano, miniato, verrucoso: verrucis et lamellis albis; stipite albo, voluato, bulbofo, annulato, longo, apice dilatato, pleno. SCOP. Carn. 2. n. 1459.

Agaricus imperialis. BATSCH. Elench. p. 59. n. 55.

In syluis vbique. Autumno.

Fliegenschwamm.

1190. *Agaricus integer* stipitatus, lamellis omnibus magnitudine aequalibus. LINN. Syst. Veg. p. 974.

Agaricus integer stipitatus; pileo planiusculo, rubro; lamellis albis, integris, aequalibus; stipite concolore. WILLDEN. Fl. Ber. p. 385.

In syluis *am. Gernsenberg*. Autumno.

1191. *Agaricus purpurascens* pileo conuexo, subrubro, viscido; lamellis vna cum bulbofo, nudo et pleno stipite albis. SCOP. Carn. 2. n. 1477.

In pratis syluestribus. Octobri.

Pileus 2—3, vncialis diametri, conuexus, purpureus, viscidus. Lamellae cum stipite solitario, crasse albae.

1192. Agaricus *Ruffula* pileo plano, rubro; lamellis albis, transversim basi rugosis; stipite rubro, cylindraceo, nudo. SCOP. Carn. 2. n. 1502. Var. 1.

Agaricus pileo orbiculari, carneo, in margine rugoso et striato, vertice tumido: petiolo carneo, breui. GLEDITSCH Fung. p. 106. a.

In herbidis sylvarum locis. Augusto, Septembri. Esculentus.

1193. Agaricus *sanguineus* pileo glaberrimo, sanguineo, vel roseo; lamellis stipiteque albis. BATSCH Elench. p. 39. Icon 13.

Agaricus *emerisus*. MATVSCHKA. Fl. Siles. p. 331.

In sylvis. Autumnno.

Speiteufel.

Pileus biuncialis diametri et latior, ficcus, amoene ruber, vertice parum depresso. Lamellae apice cum dimidiatis concreatæ, albae.

e) *Pileo cinereo, cervino, murino.*

1194. Agaricus *verrucosus* stipitatus, pileo planiusculo, fuscescente, albo-maculato; lamellis albis; stipite bulboso. WILLDEN. Fl. Ber. p. 381.

Agaricus *pustulatus*. SCOP. Carn. 2. n. 1461.

In sylvis. Septembri.

Pileus pallide murinus, verrucis albis variegatus. Lamellae albae. Stipes fistulosus, floccotus, diametro pilei longior, annulo lato persistente cinctus.

1195. Agaricus *tristis* pileo campanulato, dein conuexo, sicco; lamellis rarioribus; stipite fistuloso, annulo fugacissimo cincto. SCOP. Carn. 2. n. 1512.

Diagn.

Inter Castaneas *im Rurschegraben*. Octobri.

Pilei margo inflexus. Lamellae albae, latae, alternae dimidiatae. Stipes pileo concolor, iunior annulo cinctus, qui evanescit in adultiore.

1196. Agaricus *cinnaabulum* pileo semiovali, cinereo, lateribus dense striatis; lamellis concoloribus; stipite

- stipite lineari, elongato, subconcolore, flauente, pallidiore. BATSCH Elench. p. 67 Ic. 3.
In cauis Salicum putrescentium, gregatim. Octobri.
Lamellae iuniores albae sensim cinerascunt.
1197. *Agaricus lacerus*, stipitatus; pileo fornicato, cinamomeo, filis laceris fasciculatisue hirtis; lamellis albis, stipite annulato pileoque concolore.
Fungus esculentus, pileolo fornicato, desuper ceruini coloris, cute lacera; lamellis albis; pediculo concolore, annulo perangusto cincto; radice quasi bulbosa. MICH. Gen. p. 172. n. 6.
In herbidis in der Bruckau, aliisque syluis. Autumno.
Esculentus. Lamellae iuniores albae, adultae fuscescunt perque stipitem ad annulum vsque decurrunt.
1198. *Agaricus extintorius* stipitatus, pileo campaniformi, albido, lacero, lamellis niueis; stipite subbulbofo, subulato, nudo. LINN. Syst. Veg. p. 976.
In putridis Salicum truncis. Autumno.
Stipes bi-triuncialis, fuscescens, ad lentem subpilosus, basi bulbosus. Pilei vertex tumidus, viscidulus, stipiti concolor, margine cinereo, albicante, striato; Lamellae albae, alternae dimidiatae, angustissimae.
1199. *Agaricus esculentus* stipitatus, pileo conuexo, argillaceo; stipite gracili, fistuloso, ex albo sordide flauente; lamellis albis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 976. Miscell. Austr. V. 2, p. 103. t. 14. f. 4.
Agaricus prunulus. scor. Carn. 2. n. 1508.?
In pratis et pascuis. Vere et autumno.
Esculentus, sub nomine *Nagelchwamm* ad forum adfertur.
1200. *Agaricus pilosus* pileo conuexo vel semiouali, lateribus plicis latis plicato-fulcato, fuscocinerascente; lamellis concoloribus; stipite filiformi, concolore, inferne pilis radicalibus lateraliter lanato. BATSCH Elench. p. 67. t. 1. f. 2.

In sylvis inter Muscos; et inter folia putrescentia *in der alten Au.* Autumno.

Stipes longitudine digiti, gracilis, fistulosus, striatus, prope basim villosus. Pileus campaniformis, striatus, margine intracto, cum stipite murinus. Lamellae primo sordide albae, dein concolores.

1201. *Agaricus caesius* stipitatus, pileo albo-glaescente, conuexo, oblongo; lamellis subramosis, stipite concolore, subsistuloso. WILLDEN. Fl. Ber. pag. 385.

Agaricus caesius. BATSCH Elench. Cont. I. p. 113. t. 18. f. 94.

In cauis Salicum putridis *in der Bruckau.* Novembri.

Fungus ex vna basi multiplex elegantes cespitulos format, stipitibus diuersae magnitudinis a lin. 6. ad unciam vsque, totis semidiaphanis, basi corneis, dentibus albae lana vestitis; versus apicem non inamoene ex griseo caerulescentibus. Pileus feminis Cannabis et Pisi magnitudine, conicus, iunior glaucus, tandem murinus. Lamellae albae, alternae dimidiatae, continuae basi subundulatae.

f) *Pileo fusco, nigricante.*

1202. *Agaricus scandicinus* pileo luride ferrugineo, viscido, non striato; lamellis albis; stipite pileo concolore, bulbo rugoso. SCOP. Carn. 2. n. 1463. *Diagn.*

Inter Castaneas, passim. Octobri.

Pileus verrucosus, viscidus, fusco-ferrugineus. Stipes sordide ruber, annulo striato cinctus. Tuber succulentus, fragilis.

1203. *Agaricus spinulosus* pileo conuexo, spinuloso; lamellis albis, stipite cylindraco, annulato, fistuloso.

Inter Muscos *bei den Landmühlen.* Autumno.

Pileus fuscus bi- et triuncialis diametri, tuberculis striatis, copiosis adpersus, e quorum medio prodeunt spinulae molles, trigonae. Lamellae simplices et ramosae.

mosae. Stipes longitudine diametri pilei, basi pileo concolor, apice albus, annulo fugacissimo cinctus.

1204. *Agaricus Iacobinus* pileo fusco, amplo, striato; lamellis albis; stipite breui, ventricoso, albo.

Agaricus Iacobinus. scop. Carn. 2. n. 1511.?

In syluis. Augusto, Septembri.

Pileus triuncialis diametri, plicatus, nitens, margine inflexo, striato. Lamellae simplices et ramosae, latae. Stipes breuis, basi fuscus, medio et apice albus, basi et apice paulo tenuior.

1205. *Agaricus rusticanus.* scop. Carn. 2. n. 1554.

Fungus parvus succum lacteum et acrem fundens; superne colore obscuriori, subtus lamellis et pediculo albis. MICH. Gen. p. 143.

In syluis. Autumno.

Wilder Brätling.

Pileus biuncialis, fuscus, planus, centro depresso. Lamellae cum stipite sesquiunciali, fistuloso, albae.

1206. *Agaricus clauatus* pileo conuexo, villoso, fusco: stipite procero, crasso, pleno; lamellis albis.

Agaricus clavus pileo luteo, conuexo, striato; lamellis stipiteque albis. MATUSCHKA Fl. Siles. p. 328. nostro proximus.

In syluis *am Gensenberg.* Octobri.

Fungus ex tuberosa basi multiplex. Pileus semiuncialis diametri, tota superficie squamulis filamentosis hirtus, margine filamentis araneosis albis adnectitur stipiti 4. unciali, striato. Caro alba. Lamellae albae undulatae. Tuber farina sulphurea adpersus.

Figura *Agarici clauati* scop. *Diff. ad Hist. nat. pertin.* 1. t. 36. nostrum fungum exacte exprimit, sed descriptio non conuenit; an ergo sola varietas subdiialis?

1207. *Agaricus caudatus* pileo conuexo, ferrugineo, margine striato. Lamellis albis; radice caudata.

In syluis. Iulio, etiam autumno.

Ex vnica tenui longaque radice caudata prodeunt stipites 3—4. digitum longi, pleni, fuscescentes, striati, glabri. Pileus iunior campanulatus, adultus conuexus, ferrugineus, margine striatus. Lamellae undulatae, alternae dimidiatae.

1208. *Agaricus plicatus* pileo plicato, inuerso, squamoso, nigricante; lamellis torosis, albis; stipite pleno, nudo; radice caudata.

In syluis. Autumno.

Radix fusiformis ad 6. uncias longa. Stipes biuncialis, pollicem crassus, albus. Lamellae undulatae a stipite secedentes. Pileus palmaris diametri, nigricans, margine plicato, pallidiore.

2) *Lamellis flauis, ochroleucis.*

1209. *Agaricus isticus* pileo conuexo, croceo; stipite cylindrico, annulato, pleno, nitido, squamoso, plano. scor. Carn. 2. n. 1514.

In pratibus syluestribus. Octobri.

Totus croceus, carne pallidiore. Lamellae confertae, copiosae. Stipes breuis, nitens, filamentosus, annulo tugacissimo cinctus.

1210. *Agaricus deliciosus* stipitatus, pileo testaceo; succo lutescente. LINN. Syst. Veg. p. 975.

Agaricus deliciosus pileo vertice depresso, luteo-fuscescente; lamellis luteis, subdecurrentibus, succo luteo farctis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 387.

Amanita fulvus, lacte croceo. HALL. Hist. n. 2419.

In syluis sat frequens. Autumno.

Esculentus sub nomine *Reitzker*, Rizik: cum aceto conditus pro hyeme adferuatur.

Variat. lamellis virentibus, quem *Kröenschwamm* appellant,

1211. *Agaricus dentatus* stipitatus; pileo conuexo; lamellis basi mucrone dentatis. LINN. Syst. Veg. p. 975.

An *Agaricus Hyacinthus*. BATSCH Elench. p. 81. t. 7.
Ic. 28.?

In truncis arborum putridis. Autumno.

Solitarius et gregarius, pileo campanulato, aureo, viscido. Lamellae pallidiores, basi denticulo instructae. Stipes citrinus, striatus fistulosus, basi aureus.

1212. *Agaricus aureus stipitatus*, solitarius, carnosus; pileo conuexo, saepe deformi, granulato, aurantio: lamellis citrinis; petiolo tereti, flavo, basi tuberoso. MATUSCHKA Fl. Siles. p. 331.

In sylvis über den Flaken. Octobri inueni.

Pileus aurantius, iunior conuexus, adultus planus uncialis diametri. Lamellae paululum pallidiores, continuae a stipite secedentes. Stipes basi crassiusculus. Pollen feminalis fuscus.

1213. *Agaricus flammeus flammeo-croceus*, demum flauescens; pileo conuexo, stipite cylindrico, fistuloso, nudo. scor. Carn. 2. n. 1527.

In gramineis syluestribus. Autumno.

Pileus hemisphaericus saturate croceus. Stipes sesquuncialis, cylindricus, apice crassescens, pileo concolor. Lamellae alternae, dimidiatae, decurrentes, flavae.

1214. *Agaricus viscidus* pileo conuexo, non striato, gelatina obducto; lamellis congestis; stipite cuticula filamentosa tecto. scor. Carn. 2. n. 1521.

Diagn.

Amanita glutinosus, flavus, pileo umbonato. HALL. Hist. n. 2420.

In gramineis inter Castaneas, unter dem Kalvariberg. Septembri.

Totus flavus, limacino glutine obductus; stipes sesquuncialis, striatus, filamentosus. Pileus umbonatus; lamellae pallidiores.

1215. *Agaricus inanis* pileo conuexo, stramineo, ficeo non striato; lamellis remotis, cum longo et nitido stipite flauis. scor. Carn. 2. n. 1519. *Diagn.*

In fylulj. Autumno.

Pileus conuexus, pallide stramineus. Stipes nudus, 1—2. vncialis, nitens, cum lamellis, per stipitem decurrentibus flavus. Inter duas integras lamellas vna dimidiata est.

1216. *Agaricus albipes* pileo vmbonato, citrino, siccio; lamellis continuis; stipite albo, fistuloso, nudo.

Agaricus albipes. scop. Carn. 2. n. 1522.?

In fyluis. Autumno.

Pileus planus, centro depresso. Lamellae pallidiores. Stipes diametro pilei longitudine aequalis.

1217. *Agaricus fragilis* stipitatus, pileo conuexo, viscido, pellucido, lamellis que luteis; stipite nudo. LINN. Syst. Veg. pag. 976. MATVSCHEKA Fl. Siles. p. 328.

Inter Muscos. Octobri.

Exiguus, solitarius et gregarius. Pileus aureus vertice papillato. Lamellae cum vnciali stipite pallidiores.

3) *Lamellis cervinis, ferrugineis.*

1218. *Agaricus marginatus* pileo ochraceo-ferrugineo, glabro, margine angustissimo extimo vltra laminas prominulo membranaceo; stipite fibrilloso, liuide ochraceo, basi niueo, superne annulo fugaci cincto; laminis ochraceo-ferrugineis. BATSCH Elench. Cont. II. p. 65. Ic. 207.

Inter folia deiecta in der alten Au. Novembri legi.

Polymorphus, totus ochraceo-ferrugineus, pileo paululum pallidore, conuexo; stipes annulo fugacissimo cinctus.

1219. *Agaricus ferrugineus*: stipite subouato, pallidore. scop. Carn. 2. n. 1473. *Diagn.*

In fyluis humidioribus. Octobri.

Totus ferrugineus, pileo conuexo, laeui, iuniore pallidore. Lamellae vndulatae, striatae, decurrentes. Stipes brevis, subouatus, crassus, solitarius.

1220. *Agaricus lacrymalis* pileo ochraceo vel fuscescente, depresso; stipite lineari, elongato, basi bulboso, obscuriore; lamellis ochraceo-fuscis. BATSCH Elench. p. 75. Ic. 7.

In gramineis in der Bürgerau. Autumnno.

1221. *Agaricus Mitra* pileo campanulato, ceruino; lamellis pileo concoloribus, stipite albo, nudo, pleno.

In syluis. Autumnno.

Pileus semiuncialis diametri, colore pulueris Chin-chinae, margine inflexus. Lamellae per stipitem biunciales decurrentes.

1222. *Agaricus crinitus* stipitatus, pileo infundibuliformi, piloso; lamellis aequalibus; stipite filiformi. LINN. Syst. Veg. p. 976.

In syluis inter Muscos. Octobri.

Pileus infundibuliformis, ceruinus, pilis raris lineam longis hirtus. Lamellae pallidiores, cum stipite fistuloso, pileo concolore, pariter hirtae.

4) *Lamellis viridibus.*

1223. *Agaricus fascicularis* stipitatus, pileo conuexo, luteo; lamellis virescentibus; stipite flauo (annulo fugaci). WILLDEN. Fl. Ber. p. 380.

Agaricus mutabilis. SCOP. Carn. 2. n. 1515.?

a) *Agar. Carneolus*. BATSCH Elench. p. 83. n. 116.

β) *Agar. Ienenfis*. BATSCH. l. c. pag. 83. n. 113. Icon 29.

In truncis *Salicum putridis*. Autumnno.

1224. *Agaricus tricolor* stipitatus, pileo conuexo, spadiceo; lamellis virescentibus; stipite albo, nudo, pleno.

Inter Muscos in syluis. Autumnno.

Pileolus magnitudine lentis maioris, margine inflexo. Lamellae alternae dimidiatae. Stipes uncialis apice subularus.

5) *Lamellis rubris et consimilibus.*

1225. *Agaricus pratensis* albus; lamellis carneis, annulo crasso et spongioso. SCOP. Carn. 2. n. 1467.
Diagn.

Agaricus pileolo hemisphaerico, candido; lamellis subrubentibus; petiolo longiore, crasso, annulo amplo et permanente cincto. GLEDITSCH Fung. p. 116. a)

In pratis et pascuis. Augusto, Septembri.

Esculentus. Lamellae marasmo pereunt, nec diffluunt.

1226. *Agaricus vinaceus*. SCOP. Carn. 2. n. 1529.

In sylvis. Autumno.

Totus fungus vini rubri aequi colore. Pileus planus, non striatus, margine inflexo. Lamellae undulatae, pallidiores. Adultus obscure roseus fit.

1227. *Agaricus squamosus stipitatus*, pileo convexo, squamoso, centro depresso, cum stipite cinamomco; lamellis rubris.

Agaricus squamosus. SCOP. Carn. 2. n. 1535.?

In sylvis. Autumno.

Stipes biuncialis, striatus, nudus, fistulosus, apice dilatatus; pileus squamulis fusciscentibus hirtus. Lamellae latae, remotae.

1228. *Agaricus murinus stipitatus*, pileo convexo, murino, vertice elevato; lamellis obscure violaceis, undulatis; stipite cylindrico, nudo.

In sylvis montanis. Autumno.

Pilei diameter uncialis, margine fascia profundioris coloris cinctus. Stipes pileo concolor.

1229. *Agaricus violaceus stipitatus*, pileo rimoso; margine violaceo-tomentoso; stipite caerulescente, lana ferruginea. LINN. Syst. Veg. p. 975.

Agaricus violaceus stipitatus, pileo fusciscente convexo, vertice depresso; margine violaceo; lamellis violaceis; stipite caerulescente. WILLEN. Fl. Ber. p. 386.

Inter Castaneas im Ruzschegraben. Autumno.
 Iunior totus violaceus. Stipes basi lana violacea hirtus.

1230. *Agaricus clavularis* tener, subcaesius; pileo umbilicato, obsolete plicato; laminis paucis, stipite gracili, basi distincte bulbosa; bulbo confluyente, dilatato. BATSCH Elench. Cont. I. p. 89. Ic. 81.

In corticibus arborum putrescentium. Octobri.

Solitarius et gregarius, totus corneus, iunior griseus. Pileus linearis diametri, convexus, superne depresso, et punctulis saturatoribus ad lentem adpersus, margine striatus. Lamellae luwescentes. Stipes linearis, tener, basi in bulbillum definit.

6) *Lamellis fuscis, nigricantibus.*

1231. *Agaricus campestris* stipitatus; pileo convexo, squamato-albido; lamellis rufis. LINN. Syst. Veg. p. 975.

Agaricus pileo plano; lamellis solitariis diffluentibus; stipite voluato, bulboso, annulato, pleno. SCOP. Carn. 2. n. 1478.

In pascuis montanis. Augusto ad Octobrim vsque.

Kukenmuken, Champignon. Tseperke gomba.

Pileus convexus, albus, vertice tumido, squamoso. Lamellae primo roseae, dein nigricantes, breui in liquorem nigrum diffuentes. Stipes albus, bulbosus, annulo fugaci cinctus.

1232. *Agaricus lubricus* stipitatus; pileo viscido rufescente; lamellis fuscescentibus; stipite cylindraceo, filamentoso.

Agaricus lubricus. SCOP. Carn. 2. n. 1541.

In sylvis. Autumno.

Totus gelatina obductus. Pileus iunior campanulatus, dein convexus, adultus saepe inverfus, margine membrana gelatinosa stipiti adligatus. Lamellae margine obscure caerulescentes. Stipes striatus, viscidus, apice fuscus, albicans.

1233. *Agaricus digitalis* pileo semiovato, livido caescescente, vertice ferrugineo; lateribus confertissime striatis, margine tenuissime crenulato; lamellis atris; stipite elongato, albo, valido. BATSCH Elench. p. 61.

Icon I.

In fyluis ad arborum truncos putrescentes über den Kramern. Septembri.

Stipes fistulosus, opacus. Pileus vertice cinamomeus, centro parum depresso, circuloque euidenti cinctus.

1234. *Agaricus fimetarius* stipitatus, pileo campanulato, lacero; lamellis nigris, lateraliter flexuosis; stipite fistuloso. LINN. Syst. Veg. p. 976.

a) *Agaricus fimetarius* stipitatus, pileo campanulato, albo, subsquamoso; lamellis nigricantibus; stipite albo, fistuloso, annulo fugaci. WILLDEN. Fl. Ber. p. 378.

Agaricus fimetarius. SCOP. Carn. 2. n. 1484.

Agaricus Mizella. BATSCH Elench. p. 63. n. 65.

In cellis, fimetis, pomariisque. Autumno.

β) *Agaricus ouatus* cespitosus; pileo ovato, striato; lamellis diffluentibus; stipite cylindrico, fistuloso, annulato, longo; annulo fugaci. SCOP. Carn. 2. n. 1479.

Agaricus Chamaeleo. BATSCH Elench. p. 63. n. 64.

Ad radices Salicum in der Bruckau. Autumno.

1235. *Agaricus Lignorum* stipitatus, pileo campanulato, flavo-fuscescente, striato. Lamellis griseis; stipite subulato albo. WILLDEN. Fl. Ber. p. 388.

Agaricus Lignorum. SCOP. Carn. 2. n. 1482.

In Salicum truncis putridis.

Pileus iunior sordide flavescens, adultus nigricans; lamellis dum diffuunt nigerrimis, pollinem quaquaversum explodentibus.

**). *Parasitici, acaules, dimidiati.*

1236. *Agaricus quercinus* acaulis, lamellis labyrinthiformibus. LINN. Syst. Veg. p. 976.

Amanita sessilis, durissimus; lamellis cartilagineis, imbricatis. HALL. Hist. n. 2330.

In Quercuum aliarumque arborum truncis.

Lamellae ramosae, globulis albidis adspersae.

1237. *Agaricus flabelliformis*. scop. Carn. 2. n. 1579.

Agaricus flabelliformis, villosus; pileoli margine fornicato. GLEDITSCH Fung. p. 133.

Agaricum auriculæ vel flabelliforme, superne subobscurum, inferne album et lamellatum. MICH. Gen. p. 123. n. 4. t. 65. f. 1.

In truncis Salicum. Octobri.

Superne cinereus arachnoideoque tomento hirtus. Lamellae simplices, albae.

1238. *Agaricus depluens* acaulis, albidus, villosus; lamellis fuscescentibus, interruptis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 377.

Agaricus depluens pileo dimidiato, cano, sericeo; lamellis subcarneis, fusco-rubellis, latis, laxis, quadruplici ordine digestis. BATSCH Elench. Cont. I. p. 167. Ic. 122.

In emortuis Salicum truncis. Novembri.

Multiplex, superne albus, villosulus. Lamellae iuniores ex carneo flavescent.

1239. *Agaricus perpusillus* (*Amanita*) sessilis, minimus, albus. HALL. Hist. n. 2335.

In putridis Salicum corticibus. Octobri.

Pisi magnitudine, totus albus, superne villosus.

Proximus *A. applicato* BATSCHII, a quo differt colore et hirsutie pilei.

425. MERVLIUS.

HALL. SCOP. Carn. 2. Gen. 439.

Fructificationes expositae in superficie infera, venosa aut plicata fungi horizontalis.

1240. *Merulius Chantarellus*. SCOP. Carn. 2. n. 1581.
Merulius flavus, oris contortis et laceris. HALL. Hist. n. 2326.
Agaricus Chantarellus stipitatus, lamellis ramosis, decurrentibus. LINN. Syst. Veg. p. 974.
Agaricus Chantarellus stipitatus, pileo infundibuliformi, luteo; lamellis venosis, ramosis, decurrentibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 386.
 In sylvis, tota aestate.
Rechling, gelber Nagelschwamm. Rántzos gomba, Sár-ga vargánya. Herrhubkj.
 Esculentus, flavus, infundibuliformis, superficie externa venosa venis ramosis, anastomozantibus.

426. BOLETUS.

Fungus horizontalis, subtus porosus.

*) *Parasitici, acaules.*

1241. *Boletus igniarius* acaulis, pulvinatus, laevis, poris tenuissimis. LINN. Syst. Veg. p. 977. SCOP. Carn. 2. n. 1594.
 In arborum truncis passim.
 Figura fere vngulae equinae, superne fuscescens, subtus albidus. SCOP.
1242. *Boletus fomentarius* acaulis, pulvinatus, inaequalis, obtusus, poris teretibus, aequalibus, glaucis. LINN. Syst. Veg. p. 977. WILLDEN. Fl. Ber. p. 390.
 In arborum truncis fylvarum montanarum.
 Pileus dimidiatus, ceruinus, puluerulentus, sulcis concentricis inaequalis.

1243. *Boletus Favus* acaulis, subpuluinatus, scaber, fetis erectis, ramosis; poris patulis, angulatis. LINN. Syst. Veg. p. 977.

In truncis Salicum putrescentibus in der Bruckau.

Superne fasciae albae tectae sunt pilis ramosis, fericeo nitore splendentibus: subtus poruli angulati, aequales, ex albo fusciscentes favum eleganter repraesentant.

1244. *Boletus hepaticus* acaulis, convexus, sublobatus, rufus, laevis, poris teretibus, flavis. WILLDEN. Fl. Ber. p. 391.

In luglande in der Mühlau; primo vere inveni.

Nußschwamm. Slavis Bstrien.

Esculentus, amplus, mollis, carnosus, sat gratum odorem spargit. Superficies supera spadicea; caro albidā; pori quadranguli flauescentes.

1245. *Boletus fulvus* acaulis, totus fulvus, inaequalis; poris tenuissimis, aequalibus, teretibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 391.

In Salicibus in der Bruckau; vulgaris.

1246. *Boletus suberosus* acaulis, puluinatus, laevis; poris acutis, difformibus. LINN. Syst. Veg. p. 977.

In arborum truncis; passim.

Superne fusciscentes fulcis circularibus exaratus; pori inaequales, flexuosi, confluentes.

1247. *Boletus citrinus* acaulis, puluinatus, imbricatus, flavus, laevis; poris tenuissimis concentricis.

Polyporus sessilis, convexo-planus, laciniatus, flavus, imbricatus et cespitosus. HALL. Hist. n. 2291.?

In Salice bei der Schwarzzöhrlichen Mühle. Maio inveni.

Totus citrini coloris, imbricatus, poris tenuissimis. Caro paululum pallidior.

1248. *Boletus caudicinus* acaulis, pileo rugoso, lobato; tubulis tenuissimis. scor. Carn. 2. n. 1596. Var. 2.

- Fungus Ceraforum. 1. BAVH. Hist. III. p. 842.
 In Ceralo repertus Septembri.
 Lobatus; pagina superior flauo-crocea, medio fascia
 albidiore; inferne margo sulphureus, reliqua pars
 flaua. Caro flauescens; tubuli tenuissimi, nonnisi
 armato oculo distinguibiles.
1249. *Boletus verficolor* acaulis; fasciis discoloribus;
 poris albis. LINN. Syst. Veg. p. 977.
Polyporus sessilis, cespitosus, planus, hirtus, annulis
 verficoloribus. HALL. Hist. n. 2282.
 Ad siccos arborum truncos vulgaris.
 Cespitosus, imbricatus, margine lobatus et undulatus;
 fasciis superne varie coloratis. Poruli inaequa-
 les.
1250. *Boletus adustus* acaulis, fuscescens, margine ni-
 gro; poris tenuissimis reticulatis. WILLDEN. Fl. Ber.
 p. 392.
 In truncis arborum in der alten Au.
 Gregarius, durus: iunior superne albidus; adultior
 fuscescens, margine semper atro; inferne recens al-
 bo-flauescens, ficcus liuidus, poris reticulatis.
1251. *Boletus suaueolens* acaulis, superne laeuis, salici-
 nus. LINN. Syst. Veg. p. 977.
Boletus suaueolens acaulis; superne laeuis; poris inae-
 qualibus. WILLDEN. Fl. Ber. p. 392.
 In truncis Salicum frequens.
 Totus albus, post pluuias praeprimis odorem Anisi
 spargit. Pori saepe confluentes.
1252. *Boletus Medulla panis* crustaceus, albus, effusus,
 difformis. JACQV. in LINN. Syst. Veg. p. 977. Misc.
 Auftr. V. I. p. 141. t. 11.
Polyporus crustaceus, effusus, farinosus, albus. HALL.
 Hist. n. 2272.
 In vinetis an Weinstöcken, rarius ad arborum truncos.
 Crusta niuea, porosa tenaciter ligno adhaeret.

**) *Stipitati.*

1253. *Boletus perennis stipitatus*, perennis; pileo utrinque planiusculo. LINN. Syst. Veg. p. 977. WILLDEN. Fl. Ber. p. 393.

In fyluis. Aestate et Autumno.

Pileus planus, superne fuscus. Pori inaequales, fuscuscentes. Stipes apice attenuatus.

1254. *Boletus luteus stipitatus*, pileo puluinato, subviscido; poris rotundatis, conuexis, flauissimis; stipite albido. LINN. Syst. Veg. p. 978.

Boletus luteus stipitatus, pileo conuexo, viscido, fusco; poris rotundatis, flauis; stipite cylindrico, annulato. WILLDEN. Fl. Ber. p. 393.

Inter Castaneas sub monte Caluariae. Octobri.

